


## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.





~~JK~~ / ~~JPB~~  
2W 0



# OPVS ARTI

CVLORVM SIVE CONCLV-  
sionum à sanctæ memorię clarissimo uiro  
Huldrycho Zuinglio in uernacula lingua  
conscriptum, à Leone uero Iudæ in  
Latinam uersum. Cuius argu-  
mentum uersis aliquot  
paginis inuenies.




Matth. XI.

Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis,  
et ego requiem uobis praestabo.



PIO LECTORI HEINRY  
chus Bullingerus, Gratiam & uitę  
innocentiam à Domino.



Vanta pietate, eruditione, simplicitate, &  
puritate, de potissimum religionis nostrae ca-  
pitibus dogmatis issue differuerit & scripse-  
rit in ecclesia Christi Huldrychus Zuin-  
glius, olim Tigurinæ antistes ecclesie, non est huius uel  
loci uel temporis persequi copiosius, cum omnium pro-  
rum hoc satis prædicet consensus. Id potius admirandum Iniqua in  
ne an dolendum dicam nescio, quod tanti uiri ex de ec-  
clesia piissq; omnibus optime meriti nomen apud multos  
peſime audit. Inuenias enim qui uel ad Zuinglii nomen  
obdurent aures, alios autem qui illis paulo cordatores  
præterrationem attant ab eius libris ceu præsentissi-  
mo ueneno sibi caueant, quid quod alij nihil nisi heret-  
cum & hereticorum execranda nomina plenis buccis  
& in hunc ex in libros eius expuunt? Atqui non opor-  
tebat furia in consilium admissa temere de optimo fra-  
tre iudicare: ut iam non dicam quod multi incognita dam  
nati. Quid enim iniquius (quod et Tertullianus in ore ha-  
buisse dicitur) quam ut oderint homines quod ignorant,  
etiamsi res meretur odium? Tunc etenim meretur cum  
cognoscitur an mereatur: uacante autem meriti notitia,  
unde odij iustitia defenditur? que non de euentu sed de  
conscientia probanda est. Neg; uero temere aliorum iu-

## EPISTOLA BULLING.

dicijs credendum est. Multos enim inuidia, multos glo-  
ria uexat inanis. Vetus exemplum est nobilissima quaq;  
ingenia semper odijs pressa laborasse iniquis. Et quis in  
ecclesia Christi post apostolos & apostolicos clarior ex-

**Quæ nota-** titit Origene? quis unus plus laborauit? quis egit fidelis-  
**uir in hoc** us? quis uixit sanctius? quis in sacris enarrandis sudauit  
**Augusti-** nus nō pro utilius? At quis uicissim omnium calumnijs et odijs perit  
**nus nō pro** bamus inter- de patuit atq; optimus hic & innocentissimus senetios?  
tim.

Non parsum est ætati, imò ne dignitati quidem, neque e-  
ruditioni, pietatiue aut diligentie quicquam, solus hic di-  
gnus uidebatur, quem omnes hostilibus obruerent telis.  
Itaque uir dignissimus à plurimis præter meritum indi-  
gnissimis modis tractatus est, quasi de ecclesia & episco-  
pis nil meruisse unquam. Sed & hi nonnunquam ini-  
debant & arrodeabant, qui quod norant ab illo didice-  
rant. Solet enim inuidia suipius obliuisci & in bene me-  
ritos etiam linguam nocentissimum malum stringere. Et  
nos quidem de uictuissimis illis exemplis purius possu-  
mus iudicare, utpote quos nullius factionis partisue stu-  
dium occœcauit. Plerique hodie non uidemus Zuinglio  
& alijs uiris bonis & uim & iniuriam irrogari ab emu-  
lis. Nam studio partium hallucinantur oculi, iudicabit au-  
tem seculum posterius & rectius & syncerius. Id ni de-  
xteriora consolaretur ingenia, quis non obstupesceret  
ad istam omnium seculorum iniquissimam ingratitudi-  
nem? Nil mirum si optimorum ingenia uirorum ad u-  
num depravata ad adulandum turpiter deflecterentur.

Nimium

A D L E C T O R E M .

Nimium enim uere sentimus dixisse Comicum, Obsequium  
amicos, ueritas odium parit.

Iam si in noxiis quoque heresies lapsus Zuinglius,  
impurius de nonnullis iudicasset dogmatis, omnia tamen  
hominis eruditissimi & piissimi scripta non erant pror-  
sus aspernanda, abicienda & proculcanda. Notatus er-  
roris Origenes, Tertullianus quoque, imo & sanctissi-  
mus martyr Cyprianus, de Arnobio & Apollinario  
nunc nihil dicam. At quis tam impudens & ingratus qui  
sanctissima maximorum uirorum scripta omnia exoleta  
sepultaq; cupiat? Audi obsecro quid super hac ipsa re  
censuerit D. Hieronymus. Ad Tranquillum enim scri-  
bens, Ego, inquit, Gracos pariter ac Latinos scriptores  
ecclesiasticos sic legendos arbitror, ut bona eorum eliga-  
mus uitemusq; contraria, iuxta apostolum dicentem, O-  
mnia probate, quae bona sunt tenete. Cæterum qui uelim  
amorem eius nimium uel in odium stomachi sui prauita-  
te ducuntur, uidentur mihi illi maledicto propheticō sub-  
iacere, Vnde his qui dicunt bonum malum & malum bo-  
num: qui faciunt amarum dulce & dulce amarum. Nec  
enim propter doctrinam eius prauasuscipienda sunt do-  
gmata, nec propter dogmatum prauitatē, si quos  
Commentarios in scripturas sanctas utiles adidit, pe-  
nitus respuendi sunt. Quod si contentiosum inter se  
amatores eius & obtrectatores funem duxerint, ut  
nil medium appetant nec seruent modum, sed totum  
aut probent aut improbent, libentius piam rusticita-

Sæntentia D.  
Hieronymi  
de legendis  
libris eoru  
qui de haere  
si sunt suspe  
cti.

De Orige-  
ne loquitur  
potissimum.

## EPISTOLA BVLLING.

tem quam doctam blasphemiam eligam. Hæc Hieronymus.

Zuinglius Porro si exactius Zuinglij dogmata ad scripturas ex-  
nit pecca-  
uit in preci pendamus canonicas, deprehendemus hunc in statis cer-  
pua dogma  
ta fidei. tisq; per Symbola expressis dogmatibus nihil variasse à  
consensu sanctæ catholice & uere Christianæ ecclesiæ.  
Testabitur id potissimum is liber qui ad Carolum scri-  
ptus Casarem, rationem Zuinglianæ fidei reddit. Cur  
ergo immoritum tanta mentis atrocia explodimus? Cur  
hereticum & nouatorem rerum omnium cum calum-  
niamur qui uetus statis diligentissimus extitit cultor? Re-  
ete sensit de scripturarum autoritate, de fide, de sancta  
Trinitate, de Christo Deo & homine, saluatore, hostia,  
iustitia, mediatore, & uita totius mundi, de peccato, de  
poenitentia & peccatorum remissione, de corporum re-  
surrectione, de Sacramenis, idq; genus capitibus religio-  
nis nostræ alijs. In Eucharistiam & usum Simulachro-  
rum tamen creditur potissimum peccasse, & quod ue-  
ram corporis Christi in coena presentiam abnegasse pu-  
tatur, & quod omnia simulachra semel sustulisse dici-  
tur. Cæterum si posito liuore & animi improbitate  
fopita, noua conferamus ueteribus, concordiam soli-  
  
**Sententia** **Christi** **Hoc est cor** **Sancta Domini uerba**, **Hoc est corpus meum**, exposuit,  
**pus meum** **Hoc significat corpus meum**. Vel, **Hoc est signum**, fi-  
gura & memoria corporis mei. At Tertullianus hæc  
ipsa Domini uerba exponens, Acceptum (inquit) pa-  
nem

## AD LECTOREM.

nem & distributum discipulis, corpus suum illum fecit,  
Hoc est corpus meum, dicendo, id est figura corporis  
mei. Et D. Aurelius Augustinus libro contra Adiman=  
tum Manichei discipulum cap. 12, dicit, Non dubitauit  
dominus dicere, Hoc est corpus meum, cum signum daret  
corporis sui. Idem Psalmum 3. exponens ferè in princia=  
pio, Et in historia, inquit, noui testamenti ipsa domini no=  
stritanta & tam miranda patientia, quod eum (Iudam)  
tam diu pertulit tanquam bonum, cum eius cogitatio=  
nes non ignoraret, cum adhibuit ad conuiuum in qua  
corporis & sanguinis sui figuram discipulis commendau=  
it & tradidit. His consentiunt quo ab Ambrosio quo=que  
tradita sunt in hæc uerba: Ostendit illis (exponit au=tem uerba Pauli 1. Corinth. 12.) mysterium eucharistie  
inter cœnandum celebratum non esse cœnam. Medici=na enim spiritualis est, que cum reuerentia degustata pu=  
rificat sibi deuotum. Memoria enim redemptionis est  
nostræ, ut redemptoris memores maiora ab eo conser=qui  
mercamur. Et iterum in hæc uerba, Mortem Dos=mini annunciatibitis. Quia enim, inquit, morte domini  
liberati sumus, huius rei memores in edendo & potane=do carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt, si=gnificamus. Audistis nimirum trium maximorum Latini=ne ecclesie doctorum expositionem: at ab hac quid obse=ero uariauit Zuinglius? illi nihil peccarunt opinor, so=lus Zuinglius peccauit. Verum illi, inquit, tamet=si uerba Christi sic exposuerint, tamen ueram Christi

## EPISTOLA BULLING.

Verā Christi in coena præsentiam non abnegarunt. Fatemur id quia  
st̄ in coena dem et nos, qui nouimus ne Zuinglium quidem Christi  
præsentia spoliasse Cœnam mysticam. Calumnia enim est  
confitetur Zuinglius qua dicitur à nobis defendi in Cœna nil dari fidelibus,

quām signa inania. Audiatur iterum quid scripserit D.  
Augustinus. 3. enim libro de Doctrin. Christ. cap. 9. de si-  
gnis differens inter alia de temporibus noui testamenti lo-  
quens, Pauca quædam inquit pro multis eademq; factu fa-  
cilius et intellectu augustinissima et obseruatione ca-  
stissima ipse dominus et apostolica tradidit disciplina,  
sicuti est baptismi sacramentum et celebratio corporis  
et sanguinis domini: que unusquisque dum percipit  
quo referantur imbutus agnoscit, ut ea non carnali sera-  
uitute sed spirituali potius libertate ueneretur. Ut autem  
literam sequi et signa pro rebus quæ his significantur  
accipere seruiliis infirmitatis est, ita inutiliter signa inter-

Quare uide pretari male uagantis erroris est. Et quæ sequuntur. Hanc  
atut nega- atuero moderationem, siue discretionem uocare malis, se-  
fe Zuingli us Christi quens Zuinglius, principio ne literæ affixus seruili infir-  
præsentia. mitate signa pro rebus quæ illis significantur acciperet,

dixit pane et uino significari corpus Christi. Deinde ue-  
ro ne signa inutiliter interpretaretur, hoc est sacra-  
mentum euacuaret, ut quod nihil haberet mysterij post pa-  
nem et uinum, hoc est, quod nihil aliud esset quam pa-  
nis et uinum, adiecit Christi carnem et sanguinem fi-  
de et spiritu uere adesse et manducari in actione cœne.

Verba Zuinglij clara et brevia si quis requirat hæc  
sunt,

## A D L E C T O R E M.

Sunt, Adserimus uere sed non sic carnaliter et crasse man-  
ducari corpus Christi in coena ut Papistæ perhibent,  
cum dicunt eam magnitudine qua in cruce pependit et in  
sepulchro iacuit manducari, sed uerum Christi corpus  
credimus in coena sacramentaliter et spiritualiter edi à  
religiosa fidei et sancta mente, quomodo et D. Chry-  
sostomus sentit. Hactenus Zwinglii uerba recensiimus.  
At quid in his desyderare potes? An non omnes scripto-  
res ecclesiastici ita de hoc sacro senserunt? Quod enim  
fatetur se non posse tam carnaliter de manducaione uel  
etiam præsentia corporis et sanguinis Christi loqui,  
quàm loquuti sunt Papistæ, id quidem ex ipso etiam Au-  
gustino hausit, qui in 3. de Doctrin. Christian. lib. cap. 16.  
de figuratis et non figuratis disputans loquutionibus,  
Si præceptiva inquit loquutio est aut flagitium aut fa-  
cetus uetans, aut utilitatem aut beneficentiam iubens, Christus  
non est figurata. Si autem flagitium aut facetus uidetur non mandu-  
catur car-  
naliter.  
iubere aut utilitatem aut beneficentiam uetare, figurata  
est. Nisi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis  
et sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis, fa-  
cetus uel flagitium uidetur iubere: figura est ergo præ-  
cipiens passioni domini esse communicandum et suau-  
ter atque utiliter recondendum in memoria quod pro no-  
bis caro eius crucifixæ et uulnerata fit. Vide Lector  
quàm diligenter et sancte Zwinglius ueterum more lo-  
quutus fit, quàm diligenter cauerit ne in alteram pecca-  
ret partem, sacramento nimium uel deferendo uel deron-

## EPISTOLA BVLLING.

gando. Ceterum derogare uidetur, als, qui sacramenta symbola tantum esse confitetur fideiq; duntaxat ueram tribuit manductionem. Nam fide uel extra symbolum uel centies in die carne Christi uesti et sanguine eius potari licebit. Atq; ita consequens erit inutiliter instituta

**Evidētia et virtus sacra  
mentorum,  
& peculia  
ris quedam** esse symbola. Verum audi quid ad hæc iam olim respon-  
derit ipse Zwinglius. Scribens enim in 27. Ieremiæ cap.  
**Quid opus, inquit, fuisse isto paradigmate siue ostento,**  
**num enim non satis erat monuisse uerbo, nisi quod eiuf-**

**cemodi facta, sensuum plures et i cирco etiam uehemen-  
tius mouent ad recipiendum monita quam dum unus tan-  
tum sensus mouetur. Si Ieremias tantummodo prædi-  
caret, solus auditus feriretur, cum uero ei quod prædi-  
cat simile osteneum uisui exhibet, iam duo nobilissimi  
sensus percelluntur et frangitur cōtumacia oscitantiaq;  
pellitur. Sic in coena domini uehemencius ducitur mens  
ad eius contemplationem quod agitur, dum externa sym-  
bola uisui et gustui idem suadent quod auribus prædica-  
tio: cum tamen hæc omnia sint externa, sola uero fides  
que domi sedet et regnat, horum uirtutem recipit. Hæc  
enim si defit, audire uerbum, uidere actionem, degu-  
stare symbolum, nihil quam risum mouent. Stultitia e-**

\* Plura hic nim incredulis gentibus est euangelium. \* Quomodo  
interpoluit et presenti loco uidetur. Qui à propheta monentur  
que breuitatis causa atque ostento manu ducuntur, cum à timore dei ac fide  
omisi. alieni essent, nihil potuit neque uerbum neque factum  
uerbo simile. Constat igitur quod quaecunq; symbolis tri-  
buuntur

## AD LECTOREM.

biuntur, fidei sunt principaliter, sed iusta & equa ratio  
ne tribuantur, cum quod pars sacramenti sunt (quamvis  
inferior utpote externa: constat enim ex spirituali re &  
corporali sacramentum) tum quod idem significant sen-  
sibus quod spiritus menti, quo infestum spiritui corpus  
compescant & obsequiosum reddant ad id quod mens  
agit. Vnde nemo tam rudit est quem huiusmodi ut rego xere  
offendant, Christi uerum corpus in coena uere etiam  
editur cum panis & uinum preuentur. Verum enim cor-  
pus non falsum assumpit. Vere edit mens fidelis, cum  
non simulate recipit Christum, cum uere fidit Christo.  
Sed uide an non haec omnia cum de symbolis dicantur,  
non tamen uirtute symbolorum sed spiritus ac fidei ope-  
ratione fiant? ut allelo eos uirtute symbolis tribuatur al-  
teri sacramenti parti quod fidei solius, dummodo rem  
ad uiuum resecare uolumus, esse cognoscitur. Verum  
ergo corpus cum edi dicitur, illud uerum corpus quod  
coelo illatum est intelligimus: sed illud ipsum non natu-  
raliter, hoc est quemadmodum ipsum naturale est eti-  
am naturaliter a nobis editur, sed spiritualiter hic edi-  
mus quod isthic naturaliter est. Haec omnia Zwingli uer-  
ba sunt, quibus per omnia concordant Augustini uerba  
*Quæstio. lib. in Leuit. 3. cap. 84. Aduertendum est, in-*  
quit, quoties dicit, Ego dominus qui sanctifico eum, lo-  
quens de sacerdote cum hoc etiam Mosi dixerit, Et san-  
ctificabis eum. Quomodo ergo ex Moses sanctificat ex  
Dominus? Non enim Moses pro domino, sed Moses

Quomodo  
deus & q-  
modo mini-  
ster sanctifi-  
cer, exhibe-  
at, distribu-  
at, conda-  
net, &c.

## EPISTOLA BVLLING.

uisibilibus sacramentis per ministerium suum, Dominus autem inuisibili gratia per spiritum sanctum, ubi est T O T V S fructus etiam uisibilium sacramentorum. Nam sine ista sanctificatione inuisibilis gratiae uisibilia sacramenta quid prosunt? Et quae sequuntur. Plura enim huius generis clare et fuse subiungit. At ex his omnibus facile collegerit Lector equus Zuinglium ab Augustino ne latum quidem culmum hac in causa discessisse, et proinde sacramentum corporis et sanguinis Domini non euacuasse, tametsi omnem fructum interiori tribuerit uirtuti. Christus enim solus dat nobis panem de coelo uerum, ipse carne sua nos pascit et sanguine potat, ipse se nobis exhibit, sed inuisibili ter per fidem in spiritu et uirtute. Minister uero uisibilibus sacramentis corpus et sanguinem Domini nobis administrat, sed suo more hoc est ministerialiter siue sacramentaliter. Hinc enim et ueteres circumspete de hac re loquentes, dixerunt a ministris sacra-

Impij non manducant corpus do mini uerum uere. Carēt enim ore si- menta corporis et sanguinis Domini administrari. Cestum enim est hypocritas non re sacramenti, sed signo modo participare. Qui enim carnem Christi edat et sanguinem eius bibit, in hoc manet Christus et ipse in Christo. Hypocrite autem non manent in Christo, proinde carnem et sanguinem eius nec ederunt nec biberunt, sed signo modo participarunt, quod cum corporis et sanguinis ueri sacramentum esse non ignorarunt, non panis et uini, sed corporis et sanguinis semel in cruce

## AD LECTOREM.

truce afflitti effusiq; rei fiunt. Verum copiosius de hac re quam institeram differui. Hoc enim tantum indicare uolui Zwingli sententiam quam in negotio Euchristiæ sequutus est non esse nuperam, sed uetus tam illam quam & D. Aurelius Augustinus ut catholicam tradidit ecclesijs, cui & Zumglius in libello ad Principes Germanie per omnia in hac causa subscripsit. Proinde iniuria & calumnia est quicquid iniuriarum innocens & uir bonus huius causæ gratia uel mortuus sustinet.

Non negauit Christi in cœna præsentiam, nec euacuauit uerbi & sacramentorum ministerium, sed de rebus & signis contra errores uarios discrete simpliciter & plane, ut decebat fidelem domini seruum, loquutus est, profecto ne posteriori sæculo uerborum amphibologia & intricatura ansam daret cœcutiendi & aberrandi à uero. Hac insigni fide meruit scilicet ut nunc ab omnibus ueluti nocentissimus exhibetur explodaturq; hæreticus. Hic nimurum non immerito exclamauerit aliquis, O tempora, ô mores.

Nunc pauca dicemus de Simulachrorum abrogatione, in qua plus quam capitaliter peccasse à quibusdam dicitur. Sed ne hac quidem peccauit quicquam uel contra Dei uel contra Cæsaris leges, immo nihil contra exemplum maximorum in ecclesia scriptorum. Neminem enim latet quid præceperit deus Exod. 20. quid hanc legem exponentes prophetae & apostoli senserint, Isaïas in 40. & 44. cap. Psalmista Psal. 115. Paulus ad Rom. 1.

Econoclastes Zwinglius nec in Dei nec in Cæsaris leges aut Ecclesiasticæ peccauit exemplum.

## EPISTOLA BULLING.

Ioannes 1. Ioan. 5. imò uniuersus apostolorum chorus Aetor. 15. Valens & Theodosius Augusti imperatores praefecto prætorio ad hunc modum scripsere, Quum sit nobis cura diligens in rebus omnibus superni numinis reliquias tueri, signum saluatoris Christi nemini quidem concedimus coloribus, lapide, aliqua materia fingere, insculpere aut pingere, sed Q V O C V N Q V E repe-

Animad-  
uertunt Cę  
sa is leges  
in simila-  
chroma fa-  
briacatores.  
ritur tolli iubemus, grauißima poena eos multando qui contrarium decretis nostris & imperio quicquam tentauerint. Hanc legem citauit & Petrus Crinitus libro de

honest. discip. 9. cap. 9. Atqui ea nihil potuit uel dici uel scribi clarius, adde & religiosius magisq; ecclesiasticum. Nam hoc ipsum Epiphanius ille Salaminae Cypri episcopus fecisse dicitur, quod Dei & Cæsaris lege precepitur. Ipse enim de se interprete D. Hieronymo refert, quod in Syria ecclesiam ut oraret ingressus, inueniret ibi uelum pendens (ipsius uerbis utimur) in foribus eiusdem ecclesie tintillum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi uel sancti cuiuscum, illudq; discerpserit. Cum enim, inquit, uidisset in ecclesia Christi

### STI CONTRA AVTHORITATEM

Obserua  
hominis pē-  
dere imagi-  
nem. SCRIP TV RARVM hominis pendere imaginē, scidi illud & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci ut pauperem mortuum eo obuoluerent & efferrent. Quod si nescis quis hic fuerit Epiphanius catholicus an hereticus, audi de hoc D. Hieronymi testimonium, Tanta uenerationis semper fuit Epiphanius, ut regnantes

## A D L E C T O R E M.

gnantes heretici ignominiam suam putarent, si tales uirorum persequerentur. Hic scripsit aduersus omnes hereses libros. Huius item uiri honorifica mentio fit in Tripart. Hist. lib. 9. cap. 48. Verum audi quid uir tatus in ea adiecerit epistola quam supra citauimus et quam Latinam fecit Hieronymus. Precor (inquit ad Ioannem patriarcham Hierosolymitanum) ut iubeas presbyteros eiusdem loci deinceps præcipere in ecclesia Christi istiusmodi uela que contra religionem nostram uenient non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere sollicitudinem ut SCRIPVLOSITATEM tollat, quæ indigna est ecclesia Christi et populis qui tribi crediti sunt. Zuinglius ergo ecclesiæ sibi à Deo commissæ consulens imagines Christi et sanctorum eius ad exemplum Mosis Apostolorum et Epiphanius sustulit. Quid? an in hoc accusabimus quod sanctissimi quicquid in alijs laudauerunt? Vides nimurum inuidia non ratione operi nomen et scripta Zuinglii.

Iam ergo quid restat in quo uel tantopere in Deum, in leges aequas, in scripturas sanctas et in exempla ecclesiastica prisca et sincera peccauit? Audistis hominem ijs accusationis capitibus quibus maxime pretitur in religionem ueram peccasse nihil. Nil ergo restat nisi ut Opus articulorum animo recipias securo, huic contemptis calumniis emulorum iungas scripta uiri optimi alia, in quibus quedam hic breuius et obscurius, ibi et fusi et dilucidius exposuit. Magna semper

Epiphanius omnibus hereticis formidabilis.

Aduersus eos qui dicunt, seruerunt ut doceant & movent.

Catastropha.

EPISTOLA BVLLING.

per eorum fuit gloria in ueteri ecclesia , qui utiles libros  
ex aliena lingua transferebant in commodiorem . Non  
opinor ingratus eris Leoni nostro uiro per omnia docto-  
pio & Christiano . Vides nil parsum uel uigilijs uel im-  
penfis , tu modo candide Lector gratus esse per-  
ge . Forfan & alia huius generis dabunt  
pietatis studiosi , si senserint &  
quos esse Lectores .  
Vale .


# RELIGIONIS ANTI-

QVAE ET VERE CHRISTIA-  
næ potissima capita ad uitæ ueritatis can-  
dorem pura simplicitate summaq; diligen-  
tia excussa, opera clarissimi viri D. Chas-  
triei Cogelij, olim in Alemanica nunc  
ab Arieo Cōfessore in Latina ædita,  
cuius Elenchum in sequenti-  
bus paginis inuenies.

CHRISTVS.

Ioan. 8. cōr 4.

Si quis sitit ueniat ad me cōr bibat. Quisquis biberit ex  
aqua quam ego dabo ei non sitierit in æternum, sed  
aqua quam ego dabo ei fieri in eo fons aquæ  
saliens in uitam æternam.



ELENCHVS ARTICVLORVM

passim hoc in opere contentorum: una cum numeris  
in margine adiectis, maiusculo charactere arti-  
culum, minutulo uero folia indicante.



Vicunq; Euangelion nihil  
esse dicunt, nisi ecclesiæ cal-  
culus & adprobatio acce-  
dat, errant & deum blasphemant.

Summa Euāgelij est, quod Chri<sup>ii</sup>  
stus filius dei uiui innotuerit nobis<sup>10</sup>  
uoluntatem patris cœlestis, & quod  
innocentia sua nos de morte eterna  
redemerit, & deo reconciliauerit.

Hinc sequitur Christū esse uni-<sup>iii</sup>  
cam uiam ad salutem omnium qui<sup>13</sup>  
fuerunt, sunt, & erunt.

Quicunq; aliud ostium uel quæ-<sup>iii</sup>  
rit uel ostendit, errat, quin animarū<sup>14</sup>  
latro est & fur.

Quicunq; ergo alias doctrinas v<sup>v</sup>

E L E N C H V S

Euangelio uel æquant uel preferūt,  
errant, nec intelligunt quid sit Euangeliū.

vi Nam Christus Iesus dux est &  
43 imperator à deo toti generi huma-  
no & promissus & præstitus.

vii Ut sit ipse salus & caput omnium  
46 credentium, qui corpus eius sunt;  
quod quidem absq; ipso mortuum  
est, & nihil potest.

viii Ex his sequitur, quod omnes qui  
47 in isto capite uiuunt, sunt membra  
& filij dei, Et hæc est ecclesia seu cō-  
muniō sanctorū sponsa Christi ec-  
clesia catholica.

ix Quemadmodū membra corpo-  
57 ris sine administratione capitis nihil  
possunt: sic in corpore Christi ne-  
mo quidquā potest sine capite eius  
Christo.

Quum

Quum membra absq; capite ali<sup>x</sup>  
quid operantur, ut dum sese lacerat<sup>58</sup>  
aut perdunt, demens est homo : sic  
dum mēbra Christi sine capite Chri-  
sto aliquid tentant, insana sunt, sese  
grauant & perdunt imprudentibus  
legibus.

Colligimus hinc Ecclesiasticorū<sup>x1</sup>  
(quos uocant) traditiones & leges,<sup>61</sup>  
quibus fastum, diuitias, honores, ti-  
tulos, legesq; suās fulciunt & defen-  
dunt, causam esse omnis insanīæ,  
nam capitī Christo non consonant.

Adhuc ergo insanīunt, non pro<sup>xii</sup>  
capite, quod per gratiam dei pīj om<sup>64</sup>  
nes summo studio conantur erige-  
re, sed quod non permittuntur insa-  
nire & furere. Volunt enim pīj soli  
capiti Christo auscultare.

Verbo dei quum auscultant ho-<sup>xiii</sup>

ELENCHVS

mīnes, pure & synceriter uoluntatē  
dei discūt. Deinde per spiritum dei  
in deum trahuntur & ueluti trans-  
formantur.

xiii Summo igitur studio hoc unum  
69 in primis current omnes Christiani,  
ut euangelium Christi unice & syn-  
ceriter ubiqꝫ prædicetur.

xv Qui credit Euāglio saluus erit,  
69 qui nō credit cōdemnabitur. Nam  
in Euāglio omnis ueritas clarescit.

xvi In Euangelio discimus, hominū  
72 doctrinas & traditiones ad salutem  
nihil esse utiles.

xvii Christus unicus etermus & sum-  
115 mus est sacerdos. Qui ergo se pro-  
summis sacerdotibus uenditāt, glo-  
riæ & potentia Christi aduersan-  
tur, & Christum reīciunt.

128 Christus qui se se semel in cruce  
obtulit,

## ARTICVLORVM.

obtulit, hostia est, & uictima satisfa-  
ciens in æternum pro peccatis om-  
nium fidelium. Ex quo colligitur  
Missam non esse sacrificium, sed sa-  
crificij in cruce semel oblati comme-  
morationē, et quasi sigillum redem-  
ptionis per Christum exhibitæ.

Christus unicus est mediator in= xix  
186  
ter deum & nos.

Omnia nobis per Christū & in xx  
199  
nomine Christi præstat deus : hinc  
sequitur, nobis extra hanc uitam in-  
tercessore præter Christum nullo  
opus esse.

Quū mutuo pro nobis hic in ter xxi  
268  
ris oramus, in hoc facere debemus,  
quod per solum Christū omnia no-  
bis dari confidamus.

Christus est nostra iustitia. Hinc xxii  
278  
consequit opera nostra eatenus esse  
bona, quatenus sunt Christi, quate-

E L E N C H V S

nus uero nostra nō esse uere bona.

xxiii Quod Christus substantiā huius.

291 mundi & fastum contemnit, docet,  
quod hi, qui sub Christi titulo diui-  
tias ad se rapiunt, ipsum magna infa-  
mia afficiunt, quum cupiditatis suæ  
& luxus eum patronum faciunt.

xxiv nullus ad ea opera,

297 quæ Christus non præcepit, adstrin-  
gitur, quolibet tēpore quolibet ci-  
bo uesci potest. Cōsequitur ergo li-  
teras quas pro caseo & butyro dant  
pōtificij, Romanas esse imposturas.

xxv Tēpus & locus in potestate sunt.

299 hominis, non homo in illorum po-  
testate. Qui ergo tempus & locum  
alligant, Christiana libertate pios  
fraudant & spoliant.

xxvi Nihil magis displicet deo quam

302 hypocrisis : hinc discimus hypocri-  
sim esse grauem, & impudentem au-  
daciam

ARTICVLORVM.

daciam quidquid sanctum se simu-  
lat corā hominibus. Hic cadunt cu-  
culli, signa, rasus uertex, &c.

Omnes Christiani fratres sunt xxvii  
Christi, & fratres inter se, patrem <sup>307</sup>  
ergo super terram uocare non de-  
bent. Hic cadunt factiones & sectæ,

Quidquid deus nō uetat & per- xxviii  
mittit, iuste fit. Ex quo discimus ma- <sup>317</sup>  
trimonium omnibus ex æquo con-  
uenire.

Qui ecclesiastici uulgo seu spiri- xxix  
tuales uocantur, peccant, dum, po- <sup>320</sup>  
ste aquam senserint castitatem sibi à  
deo negatam, nō uxores ducunt aut  
nubunt.

Qui uouent castitatē, stulta præ- xxx  
sumptione & puerili arrogantiā te- <sup>325</sup>  
nentur. Qui ergo ab eis uota huius-  
modi uel exquirunt, uel oblata reci-  
piunt, iniuriā eis faciunt & tyran-

ELENCHVS

nidem in simplices exercent.

xxxii Excōmunicationem nemo pri-  
336 uatus ferre potest, sed ecclesia in qua  
excōmunicandus habitat unā cum  
episcopo.

xxxiii Nemo potest nec debet excom-  
346 municari, quā is, qui sceleribus suis  
publice offendit.

xxxiv Ablata iniuste non templis, mo-  
553 nasterījs, non monachis aut sacerdo-  
tibus, sed pauperibus danda sunt, si  
ījs quibus ablata sunt restituī com-  
mode non possunt.

xxxv Potestas quam sibi papa & epi-  
359 scopi, cæterīq; quos spiritales uocāt,  
arrogant, & fastus quo turgent, ex  
sacrīs līterīs & doctrīna Christī fir-  
mamentum non habet.

xxxvi Magistratus publicus firmatur  
364 uerbo & facto Christi.

xxxvii Iurisdictio aut iuris administra-  
367 tio

ARTICVLORVM.

tio quam sibi dicti spirituales arro<sup>g</sup>ant, tota magistratus s<sup>a</sup>ecularis est,  
si modo uelit esse Christianus.

Magistratibus publicis omnes <sup>xxxvii</sup>  
Christiani obedire debent nemine <sup>371</sup>  
excepto. Modo contra deum nihil <sup>xxxviii</sup>  
præcipiant. <sup>371</sup>

Leges magistratuū ad regulam <sup>xxxix</sup>  
diuīne uoluntatis sunt conforman<sup>s</sup> <sup>378</sup>  
dæ, ut oppressos & uim passos de=   
fendant & ab iniuria afferant, etiam  
si nemo queratur.

Magistratus iure duntaxat occi= <sup>XL</sup>  
dere possunt, atque eos tantum qui <sup>390</sup>  
publice offendunt. Idq<sup>b</sup> inoffenso  
deo, nisi deus aliud præcipiat.

Quū illis, pro qbus rationē red= <sup>XLI</sup>  
dere coguntur, consilia & auxilia le= <sup>393</sup>  
gitime administrāt, debent & illijpsi  
magistratibus subsidia corporalia.

Quādo uero perfide, & extrare <sup>XLII</sup>  
<sup>401</sup>

E L E N C H V S

ḡlam Christi egerint, possunt cum  
deo deponi.

xliiiii Huius regnum optimum est &  
4<sup>o</sup>s firmissimum qui ex deo & cum deo  
regnat. Huius uero pessimum et in-  
firmissimum qui sua libidine.

xliiiii Veri adoratores inuocāt deum  
4<sup>o</sup>7 in spiritu & ueritate, corde orantes,  
non clamore coram hominibus.

xlv Hypocritæ omnia opera sua fa-  
ciunt ut uideantur ab hominibus,  
propterea mercedem suam hic reci-  
piunt.

xlixi Cantiones ergo, seu uerius boa-  
4<sup>o</sup>9 tus, qui in tēplis sine deuotione pro  
mercede fiunt, aut laudem aut quæ-  
stum ab hominibus quærunt.

xlvii Potius mortem eligere debetho-  
4<sup>o</sup>3 mo, quam Christianum offendere  
aut pudefacere.

xlviii Qui ex infirmitate aut ignoran-  
4<sup>o</sup>7 tia

## ARTICVLORVM.

tia absq; causa uult offendī, nō pa-  
tiamur ut is infirmus & ignorās ma-  
neat, sed demus operam ut rite edo-  
ctus firmus tandem euadat, nec pec-  
catum ducat quod peccatum nō est.

Maius & grauius scandalum nō **XLIX**  
puto, quām quod sacerdotibus ma- **421**  
trimonio legitimo interdicitur, con-  
cubinas & scorta habere accepta ab  
eis pecunia permittitur.

Solus deus peccata remittit, idq; **L**  
per solum Christum Iesum dominū **424**  
nostrum.

Qui remissionē peccatorū crea- **L**  
ture tribuit, deum gloria sua spoliat **451**  
& idololatra est.

Confessio ergo quæ sacerdoti **LII**  
aut proximo fit, non pro remissio- **453**  
ne peccatorū, sed pro consultatione  
haberi debet.

Opera satisfactionis à sacerdote **LIII**  
**462**

E L E N C H V S.

imposita humanæ sunt traditionis  
(excepta excommunicatione) pec-  
catum nō tollunt, sed alijs in terro-  
rem imponuntur.

LXXXI Christus dolores nostros & o-  
465 mnes labores nostros tulit, qui uero  
operibus pœnitentialibus tribuit,  
quod Christi solius est, errat & deū  
blasphemat.

LXV Qui uel unicum peccatum pœ-  
465 nitenti remittere negat, is nō dei nec  
Petri sed diaboli uicem tenet.

LXVI Qui quædam tantū peccata, idq;  
471 pro mercede aut pecunia remittunt,  
Simonis & Balaami socj sunt, &  
ueri satanæ legati.

LXVII Scriptura sacra purgatoriū post  
473 hanc uitam nullum nouit.

LXVIII Defunctorum iudicium soli deo  
498 cognitum est.

LXIX Quo minus de hisce rebus nos-  
499 bis

ARTICVLORVM.

bis reuelat deus, hoc minus nobis  
peruestigandæ sunt.

Si q̄s pro mortuis sollicitus, apud <sup>LX</sup>  
deum gratiam eis implorat aut pre-<sup>500</sup>  
catur, nō damno, sed tempus de hoc  
definire, & propter quaestum men-  
tiri, non humanū est sed diabolicū.

De charactere, quem postremis <sup>LXI</sup>  
hisce temporibus excogitarunt sa-<sup>502</sup>  
crifici, nihil nouit diuina scriptura.

Scriptura alios presbyteros aut <sup>LXII</sup>  
sacerdotes non nouit quām eos qui <sup>503</sup>  
uerbum dei annunciant.

Illis uero presbyteris, de quibus <sup>LXIII</sup>  
diximus, qui uerbum dei prēdicant,<sup>506</sup>  
scriptura diuina iubet, ut necessaria  
ministrentur.

Qui errorem agnoscūt illis nihil <sup>LXIII</sup>  
damni inferendum, ferantur autem <sup>509</sup>  
donec in pace decedant, deinde sa-  
cerdotiorum bona iuxta Christia-

ELENCHVS ARTIC.

nam charitatem ordinentur.

LXV Qui errorem non agnoscunt nec  
ponunt, deo sunt relinquendi, nec  
uis corporibus illorū inferenda nisi  
tam enormiter ac tumultuose se ge-  
rant, ut parcere illis magistratui sal-  
ua publica tranquillitate non liceat.

LXVI Humilient se ilico quicunq; in ec-  
clesia sunt præfecti, crucemq; Chri-  
sti (nō cistam) erigant, aut perditio  
eorum adest, nam securis radici ar-  
boris est admota.

LXVII Si cui libet differere mecum de de-  
cimis, redditibus, de infantibus non  
baptizatis, de confirmatione, non  
detrectabo colloquium.

FINIS.

FINIS.

# ARTICVLVS I.

Quicunq; Euangelion nihil esse dicunt, nisi Ecclesiæ cal-  
culus & adprobatio accedat, errant & deum blasphemant.



V N C primo loco posui, q; Caussa, ob-  
eum hi qui Euangilio repu- quam arti-  
gnant sæpe conati sunt oppu- culus hic  
gnare, sed semper cum sum, primo loco  
mo pudore discedere coacti  
sunt. Sed ea spe, ut uel inuiti  
me præsente aliquando de hoc  
ex scripturis loqui cogerentur, omissis hominum  
commentis, quæ hactenus tantum apud eos obti-  
nuerunt, ut metus sit uerbum Dei apud eos nihil  
posse. Hoc uero articulo uiçtore, sperabam exerci-  
tus eorum bonam partem fractam & fusam, quem  
non sine ignominia dei hoc potissimum armarāt,  
quod Euangeliū dei absque adprobatione eccl-  
esiæ nihil sit. Hoc scutum obijciunt omnibus qui fa-  
stum eorum oppugnare tentant, idq; tanta impu-  
dencia, ut etiam se se offenderint. Nam quidam tam  
impudenter Euangeliū absq; ecclesiæ adproba-  
tione nihil esse prædicaruñt, ut etiam si nullum esset  
Euangeliū, ecclesiam tamen hanc habere potesta-  
tem ut leges condar, in quibus homines salui fi-  
ant. In quo tamen non solum errarunt, sed etiam  
uehementer peccarunt.

Hoc ergo impio eorum dogmate debellato, &  
sopito, certam spem concipio eos sequentibus arti-  
culis auscultaturos propensiis. At isti (quemadmo

dum contentiosæ solent mulierculæ quo tempore loqui oportuit, turpiter obticuerunt: in angulis uero ubi silendum ipsis fuerit, linguas suas more natricum acuent, ranasque inani loquacitate superrabunt.

Quandoquidem uero ex p̄is multi id quod expectabant propter illorum turpe silentiū impetrare ac audire minime potuerunt, rogarunt ut omnium articulorū, quos ad hoc parauerā, fundamenta producerem. Huic ergo eorum petitioni tam abest ut

**Temeraria aduersario-** quidam ex aduersarijs inaudita causa sic omnes articulos meos reiecerunt, ut nec scripturæ autoritatem audire, nec cur uel unum ex ijs rejiciant ostendere uoluerint, sed magna confidentia (ut huiusmodi homines decet) tantū damnarūt, non additis causis cur damnarint. Sed sic & Christus neci datus est, nam quū iudex quid causæ aduersus eum habent percunctatur, respondent Iudæi: Si non esset malefactor, non tibi tradidissimus eum.

Hunc ergo articulum in gratiam piorum omniū sic produco, ut prius tamen eum scripturæ firmitate suffultierim. Christus dicit Ioannis 3. Qui ē terra profectus est, terrenus est & ē terra loquitur: qui ē cœlo uenit, supra omnes est, & quod uidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit. Qui accepit eius testimonium, is obsignauit quod Deus uerax sit. Ex his uerbis breui summa colligimus eum qui ē supernis & ē cœlo uenit super omnes esse. Quum uero terreni de terra loquantur, quomodo

quomodo percipiet terrenus cœlestia? aut quomo-  
do adprobabit? quomodo iudicabit? præsertim quū  
Christus dicat neminem accipere eius testimoniuū,  
utcunq; ipse non nisi certissima quæ & uidit & au-  
diuit proloquatur ac testetur. Rursus, quicunque te-  
stimonium, hoc est, doctrinam Christi receperit, is  
obsignauit quod deus uerax est. Quid est obsigna-  
uit? quæ obsignantur manifesta, certa & indubita-  
ta fiunt. Summam ergo certitudinē & infallibilem  
his uerbis indicat, quæ est in doctrina Christi cœle-  
stis doctoris. Nullius hominis mortalis animus  
uerbi diuini & negocij cœlestis capax esse poterit,  
nisi à deo illustretur & doceatur. Mox ut hoc sit, tā  
certum & indubitatum fit homini uerbum Dei, ut  
ueritate diuina firmius & certius nitatur, quam om-  
nibus literis uicunque obsignatis.

Hoc iacto fundamento, sic pugno: Quicunq; de  
doctrina quæ è cœlo uenit (ea est Euangelion) ue-  
re & diuine loqui uoluerit, hunc à deo doctum, cō-  
firmatum, & obsignatū esse oportet. Ex quo iam ne-  
cessario sequitur, certam Euangelij intelligentiam,  
nulli hominum tribui posse, quæ solius dei est tra-  
hentis & illustrantis. Nam Paulus dicit: Animalis 1. Cor. 2.  
homo non accipit ea quæ sunt spiritus dei. Quum  
ergo solius dei sit, impossibile erit ut homo homi-  
nem Euangelij certum faciat.

Secundo, Christus dicit Ioan. 6. Nemo uenit ad  
me, nisi pater meus traxerit eum. An non iam seui-  
tur neminem posse hominis uel doctrina uel iudi-  
cio in Christi cognitionē puenire, sed solius patris

## 4 EXPLANATIO

tractu<sup>r</sup>? Quid ergo hominum adprobatio ad Christi cognitionem faciet?

- 3** Scripturæ, non hominū iudicia inuestiganda sunt. **Ioan. 5.** Tertio. Scrutamini inquit Christus scripturas, quia uos uidemini uobis in ipsis uitā æternā habere, & illæ sunt quæ testantur de me, nec utilis uenire ad me, ut uitam habearis. Gloriam ab hominibus non accipio. Hic ad scripturā dirigit Christus, non ad homines qui scripturas iudicent. Scripturæ inquit, de me testantur. Sed hi qui in incredulitate & perfidia perstant, non patiuntur se trahi ad Christum, sed cum Iudeis uel signa, uel hominum testimonia requirunt, quum ramen Christus testimoniū & gloriam ab hominibus non recipiat.

- 4** Solus spiritus diuina docet. **Quarto.** Testimonium Christi ex capite 14. **Ioan. 14.** Paracletus autem spiritus, quem pater in nomine meo mittet, is docebit uos omnia, & suggesteret uobis omnia quæ cunque dixi uobis. Solus ergo spiritus diuina docet, & docet omnia (nihil enim excipit Christus) omnia scilicet quæ de deo scientia hominem conuenit. Deinde suggesteret & in memoriam reuocabit aut exponet quæ cunque dixi uobis, inquit Christus. Quum ergo hoc officiū sit spiritus, quis tam impudens erit, ut sibi id temere usurpet? Præterea quum spiritus omnem ueritatē doceat, sequitur omnem humanā doctrinam mendacium esse et uanitatem, quum omnis ueritas sit à spiritu dei. Doctrinā humanā hic dicimus quæ ab homine inuenia & conficta est: nam quæ à deo est doctrina per homines uero prolatæ, humana non debet dici sed diuina.

**Doctrina humana.**

Quidquid

Quicquid ergo non ex summa illa æterna & incommutabili ueritate uenit, quicquid nō dictat spiritus ille diuinus, mendaciū est & uanitas. Omnis Rom. 3. enim homo mendax, solus autem deus uerax est.

Per Hieremiam dominus ita loquitur: Dabo le, Hierem. 31.2 gem meam in uiscera eorum, & scribā eam in corda ipsorum, & ero eorum deus, ipsi erunt mihi populus, nec docebit quisq; proximū suum posthac, ut dicat, Cognosce dominū: nam cognoscent me omnes à minimo ad maximum usq;. Hic audimus deum legem & uoluntatē suā tam clare tamq; certe in corda inscripturum esse, ut hanc ab hominibus discere non sit necesse. Nam tametsi homo externū uerbum adhibeat & administret, non tamen uerbum suū est, nec mouet pectus, nisi deus intus moveat, luceat & pectus trahat atq; immutet. Quod & Esaias testatur, quum dicit: Omnes pueri tui à deo Esaias 54. docti erunt. Hanc sententiam Christus ipse confitit Ioan. 5. quum Iudæis diceret: Est scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docti à deo: omnis ergo qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me. Summa, Quicunque Iesum Christum recte cognoscunt, à deo sunt docti non ab hominibus. Hi uero à patre audiunt & discunt, qui in cordibus suis luce diuina illustrati & tracti sunt.

Porro Paulus Euangelium à nullo hominū dicit Gal. 2. dicisse se testatur, sed per reuelationem Iesu Christi. Apostoli Quemadmodum & cæteri Apostoli, quum essent à nulla hominī Christo ad prædicationem Euangelijs amandari & num autoritate cōfirmissi, non expectant conciliorum sententiam aut maxi sunt.

## 6 EXPLANATIO

adprobationem, recipiendum sit Euangelium nec ne. Nam quum essent spiritu sancto in die Pentecostes impleti, Petrus post quorundam irrisio[n]em, in consultis cæteris (nam de hoc nihil scribitur) mox incipit Euangelium tam clare tamq[ue] certe propone re, ut post multa uerba dicat: Certo ergo sciat tota domus Israel, quod dominum & Christum fecerit deus hunc Iesum, quem uos crucifixistis.

Quod uero Paulus Hierosolymā uenit, & de Euangelio cum Apostolis contulit, non dubij gratia factum est, sed ad confirmationem quorundam simplicium ac infirmorum, qui Pauli autoritatem eleuabant, quod ex summis illis Apostolis non esset, eo quod cum Christo coram quemadmodum alijs nō egisset consuetudinem. Hoc clare colligi potest ex ipsius Pauli uerbis Gal. 2. quum ait: Nam hi qui uidebantur esse in pretio nihil contulerunt.

Ex omnibus quæ hactenus præmisimus, liquere puto satisq[ue] probatum esse, tantum abesse ut homines suo iudicio Euangelium adprobent & confirment, ut quid Euangelium si ne intelligere quidē possint, nisi id adflatu & doctrina numinis eis contingat. Aut potest quis de his iudicare & statuere, quæ nondum intelligit?

**C O N C I** Sed hic aduersarij telo fragili opponunt, dicentes:  
liorum ob- Concedimus Euangelium solius dei illustratione  
iectio. intelligi posse: sed quum Christus duobus in nomine suo potentibus quicquid postulauerint certo pollicetur: an non iam sequitur, quod concilium totū quū scripturarū intelligentiā à Deo petit, impetreret?  
Qua

Qua impetrata, æquum erit ut quicquid concilium statuerit, cæteri omnes seruent.

Ad hoc respondemus, multitudinē scripturarum intelligentiam confirmare & certam facere haud-  
quaquam posse, quod exemplo Micheæ, 3. Reg. 22. Heliæ, 3. Reg. 18. Christi, Pauli & aliorum manife-  
stum sit. Nam hi soli contra totam multitudinē pu-  
gnarunt & uictores extiterunt. Sed ut obiectioni  
quantum decet concedam. Non eo inficias conciliū  
quoties in spiritu dei congregatur & conuenit,  
errare non posse. Sed quando in spiritu dei conue-  
nit? Quando nihil contra uel præter scripturam sa-  
cram & ex deo inspiratam decernit. Quod si hoc  
modo congregatū fuerit concilium, nihil de se ma-  
gnifice iactabit, nō clamabit. Cōciliū conciliū: sed,  
Dominus exercituū hoc loquit. An uero in spiritu  
coierit, indice probandum erit, diligenterq; exami-  
nandū. Hoc Ioannes docet, dicens: Charissimi, ne  
cuius spiritui credatis, sed probate spiritus an ex Christus  
deo sint, quoniam multi pseudoprophetæ exierunt  
in mundum. Per hoc cognoscite spiritum dei. Om-  
nis spiritus qui cōfitetur Iesum Christum in carne Christus  
uenisse, ex deo est. (Audis ut spiritus omnem cogni-  
tionem in Christum ordinat). Et omnis spiritus,  
qui non confitetur Iesum Christum in carne uenisse,  
ex Deo non est. Christum credere in carne  
uenisse, nihil aliud est, quam credere eum ho-  
minem factum. Confiteri uero est agnoscere,  
prædicare, laudare dominum Iesum, cumq; pro ser-  
uatore agnoscere & habere.

*Concillorū  
frequentia;  
uerbi diuinū  
ueritatē non  
confirmat.*

*Concilium  
congregatū  
in spiritu, nō  
hī noui, nō  
hī ex se, nō  
hī contra  
scripturam  
statuet.*

*Christus  
est Lydius*

*1. Ioan. 4.*

Quæcunq; ergo cōcilia in unicum Christum ut  
in caput & certissimum scopum spectant, & iuxta  
uerbum eius omnia transfigunt, unius Christi glo-  
riam quærit, in spiritu coacta merito dicenda sunt.  
Quod si quæstui suo inluant, si gloriam suam quæ-  
runt, si nomen sibi parare student, non ex deo, sed  
ex cacodæmone collecta sunt, is enim suam gloriā  
quærit. Hoc ingenium est impietatis et infidelitatis  
ut sibi studeat, etiā si nonnunquam ore dominū Ie-  
sus nominet, etiam si ore cōfiteatur, in eum ramen  
non credit, eum pro capite suo non agnoscit. Hoc  
testatur Christus Ioh. 5. quā dicit: Quomodo uos  
potestis credere, qui gloriā à uobis inuicem accipi-  
tis, & gloriā quæ à solo deo proficiuntur, nō quæris  
*2d. uer. de dogmatis*  
ta & statuta examinare conuenit. Si Christū referūt,  
ex spiritu dei profecta agnoscamus: sed tū aberūt  
hæc nomina, Concilia, Mores, Cōsuetudines, Præ-  
scriptiones, & huiusmodi. Si uero patres referūt tra-  
ditionesq; humanas, ex deo non sunt.

Quæcunq; enim concilia suæ gloriæ student, ex  
deo esse non possunt, non enim mentiri ueritas po-  
test. Si concilia deo consentanea statuunt & Chri-  
stum referentia, quid opus est his hominum nomi-  
na adscribere? Si uero Christo pugnantia, cur aude-  
mus talia sub Christi nomine uenditare? Hoc *βασάνις*  
nō quisq; facile discet quo authore quæq; doctrina  
sit prodita, quæ sit doctrina Christi & spiritus, quæ  
sit hypocrisis, & humana traditio.

Satis iam articulū primū firmatū, nec plura iam  
testimonia

testimonia adferenda, ne tædiū pariamus Lectori, existimamus. An uero hoc nō error & blasphemia est, ut homo mortalis immortalis Dei mentē & sententiā adprober aut cōfirmet? Euāgelij ergo cognitio (intelligimus autem Euangelij nomine quodlibet bonum de deo, deq̄z gratia eius testimonium & nuntium) nō à sapientia & prudentia hominis, sed ab illustrante & docēte spiritu pendet. Quod Ioannes his uerbis confirmat: Hæc scripsi uobis de his qui uos seducunt: & iunctio quam uos accepistis ab eo, manet in uobis (per unctionem autem irradiationem diuini spiritus, qua in Christi cognitionem inducit piorum mentes, intelligit.) Et non necesse habetis ut quisquam uos doceat, sed sicut ipsa unctionio docet uos de omnibus, & uerax est, & non est mendacium. Et sicut docuit uos, manete in ea. Hæc quæ epilogi & subsidij uice subiunximus, diligenter sunt noranda. Friuola enim ostendunt quæ quidam blaterant. Iudice inquietum opus est, qui de uestro scripturæ sensu pronunciet. Quasi uero hominis sit de scriptura sacra & à deo inspirata, ut de prædio suorum, nullus aliquo pronunciare: quum tamen Ioannes dicat: Non est necesse ut uos aliquis doceat, &c.

Sed qui rem & gloriam à nobis querunt, simul querunt ut hoc imperent, ut iuxtra suas cupiditates uitæ scripturæ inferant. Sed in hoc hostes dei & Antichristi esse deprehenduntur, dum sibi quod solius dei est arrogant. Quis uero mortalium tam doctus unquam fuit, qui non aliquando hallucinatus sit? Deinde nemo ueritatis certus esse potest, quām is

cui deus hanc in corde certam et indubitatem facit.  
Quum haec ita habeant, quis unquam ueritatis cau-  
sam homini mortali tutò committeret? Quotquot eo  
rum sunt, uanisunt, & erroribus obnoxij. Solus er-  
go Deus iudex esto sanctæ scripturæ.

## ARTICVLVS II.

**S**umma Euangelij est, quod Christus filius dei uiui inno-  
stuerit nobis uoluntatem patris cœlestis, & quod innocentia  
sua nos de morte æterna redemerit, & Deo reconciliauerit.

**H**ic tam certus & indubitus est apud omnes  
fideles, ut probatione nulla fuerit opus, nisi  
essent Antichristi qui se Christianos simulant, inter-  
rim uerbo Christi repugnantes. Summam Euange-  
Summa Euangelij  
Lucx 2. lij nusquam breuius comprehensam puto, quam  
apud Lucam cap. 2. ubi angelus pastoribus dicit:  
Ecce euangelizo, hoc est, annūcio uobis gaudium  
magnum, quod erit omni populo, quia natus est  
nobis hodie seruator, qui est Christus dominus.

**E**phe. 1. Sed Paulus latius negotium explicat, breuibus ta-  
men uerbis, Benedictus deus & pater domini no-  
stri Iesu Christi, &c. qui elegit nos in ipso antequā  
iacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti et  
irreprehensibiles coram illo per charitatem, qui præ  
destinavit nos ut adoptaret in filios per Iesum Chri-  
stum in se, iuxta beneplacitum uoluntatis suæ, ut  
lauderetur gloria gratiæ suæ, qua charos reddidit nos  
per dilectum, per quem habemus redemptionem  
per

per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum iuxta diuitias gratiae suae, de qua ubertim nobis impartiuit, in omni sapientia & prudentia, patefacto nobis arcano uoluntatis suae iuxta beneplacitum suum quod proposuerat in seipso, usq; ad dispensationem plenitudinis temporum, ut summatur instauraret omnia (omnia scilicet genera intellectuallium creaturarum) per Christum, & quae in cœlis sunt, & quae in terris: & ea quæ sequuntur.

In his Pauli uerbis totum negotium Christi comprehensum est: nempe, quod deus per ipsum nos si bi attraxit, nullo nostro merito, sed ex mera liberalitate & gratia, ut ostenderet & patefaceret nobis bonitatis suarum thesauros & diuitias, ut ad cognoscendum, redamandum, & possidendum prouocaremur & accenderemur.

*Verus dei filius.*

Hoc non puto à quoquam negari, sed ut nemo hac in parte quid defuderet, adducemus probations. De hoc est Ioannis decimo clare pronunciatus. Clarius & expressius Ioannis 3.5.6.8.14.15. Philip. 2. Lucæ 1.3. Matth. 3. Marci 1. & alijs in locis.

*Voluntatem patris sui nobis manifestauit.*

His uerbis ostendere uolui Christum non tantum ut nos redimeret aduenisse, sed ad docendum quoq; quo pacto deum amaremus, quo cultu sit collendus, quæ sint ueræ bona opera quæ deus à nobis requirat, ut disceremus ab eo qui est æterna dei sapientia non ex nobis ipsis, quid deo esset gratu, quid diuinæ maiestati placeat, quidq; à nobis requirat.

Christus  
non salua-  
tor modo,  
sed & do-  
ctor est.

Hec quum abunde sint in Evangelistis omnibus, eluent tamen sententiæ quædam elegantissimæ ad formandos mores Christianorū, & ad charitatem erga proximum fouendam maximè accommodatæ, Matth. 5. 6. & 7. Deinde quæ fidem ueram in deum excolunt, habetur Ioan. 5. 6. & in ardenterissimo isto sermone quem Dominus post cœnam ad discipulos suos habuit, qui incipit Ioannis 13. & durat ad 28. usque.

*Et innocentia sua à morte æterna nos liberans deo reconciliauit.*

Mors Christi peccatum abutit.

1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos deo offerret, mortificatos quidē carne, sed uiuificatos spiritu. 1. Pet. 2. sic scriptū est: Christus passus est pro nobis, relinquentis nobis exemplum, ut in sequeremur uestigia eius, qui peccatum nō fecit, nec inuenitus est dolus in ore eius. Qui peccata nostra ipse perculit in corpore suo super lignum, quo peccatis mortui iustitię uiuamus. Rom. 3. Omnes peccauerunt & egēt gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemtionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus reconciliatorem per fidem interueniente sanguine ipfius, &c. Ioannis 1. Ecce agnus dei qui tollit peccatum mundi.

Ioan. 6. Dese testatur Christus, dicens: Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Sed lege totum caput 6. & 10. Rom. 5. Iustificati igitur per fidem pacem habemus cum deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & contigit

igit nobis ut perduceremur in gratiam hanc, &c.  
Simile habetur Col. 1. 2. Corinth. 5. alijsq; locis, p<sup>r</sup>e  
sertim 1. cap. Ioannis.

## ARTICVL VS III.

*Hinc sequitur Christum esse unicam viam ad salutem omo-  
nium qui fuerunt, sunt, & erunt.*

**D**E se dicit Christus: Ego sum uia, ueritas, & ui-  
ta, Ego sum ostium, Ioan. 10. Quod autem ip<sup>s</sup>o Ioan. 14.  
se unica sit uia qua ad deum itur, & nulla alia, ipse  
testatur, dicens: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Ioan. 14.  
Heb. 10. Quum igitur fratres habeamus libertatem  
adeundi in sancta (per partem templi cœlum intel-  
lige) per sanguinē Iesu, ea uia quam dedicauit nos-  
bis recentem ac uiuentem: per uelamentum, hoc est  
per carnem suā, cumq; habeamus sacerdotem ma-  
gnum præfectum domui dei, accedamus curu ne-  
ro corde in certitudine fidei, aspersi cordibus, &c.  
Hic clare discimus uiam paratam nobis per carnē,  
id est per passionem suam, in qua carnem suam pro-  
nobis obtulit sacrificium gratissimū patri, idq; nu-  
per, id est tēporibus istis postremis. Si Christus uni-  
ca est oblatio, unicū sacrificiū, unica uia fit oportet.

*Omnium qui à sœculo fuerunt, qui sunt, & qui futuri sunt.*

**H**æc probantur ex loco supra citato ex Ephesio-  
rum cap. 1. Summatim enim instaurare uoluit om-  
nia per Christum, unicum omnium piorum caput. In uno Chri-  
sto omnium  
hominū sa-  
lus est com-  
prehensa.

Paulus 1. Cor. 15. sic dicit: Quemadmodum in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Ioan. 6. Qui in me credit, habet uidtam æternam. Sed & omnes pij ante aduentū Christi in hunc unicum sperarunt, per hunc unicū Messiam paratam sibi salutem & uiam ad deum crediderūt. Hoc Abraham, Jacob, Moses, Dauid cæteriq; prophetæ in primis, & factis & uerbis expresserūt. Christus ipse clarissimis uerbis hoc indicat Ioan. 8. Abraham exultauit ut uideret diem meum, uidit & Ephes. 2. gauisus est. Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; (intellige Iudeos & gētes, eos qui ante se fuerant, & nos qui post) unum. Heb. 11. Atq; omnes hi testimonium promeriti per fidem, nō acceperant promissionem, quod deus de nobis melius quiddam prouiderat, ne sine nobis consummarentur.

## ARTICVLVS IIII.

*Quicunq; aliud ostium uel querit uel ostendit, errat, quin animarum latro est & fur.*

**C**larissima Christi uerba Ioannis 10. hunc articulum abunde probant, imò non solum prædictum articulum probant, sed & formam boni pastoris & episcopi, & pulchra antithesi mali pastoris & animarū parricidæ graphice depingunt. Ad hæc faciunt quæ habes Matt. 6. 15. 24. 2. Pet. 2. Act. 20. Quibus in locis, qui nam ueri animarum latrones sint, intelliges.

AR.

Quicunq; ergo alias doctrinas Euangelio uel aequant uel  
præferunt, errant nec intelligunt quid sit Euangelium.

**B**Ona pars huius articuli à superioribus pendet.  
Nam si Christus unicus est & solus per quem  
omnibus ad salutem aditus pater, non est æquum  
ut ei quiddam uel aequetur uel præferatur.

Quod uero qui contra sentiunt quid sit Euange-  
lium ignorent, statim probabimus. Primum. Euan-  
gelium legem putant humana ratione inuentā. At-  
que id ex eorum uerbis satis manifestum fit. Dicūt  
enim: Etiam si nullum Euangelium fuerit, potest et Quid de Eu-  
scit ecclesia nouas quasdam leges cōstituere, in qui pīj sentiūt,  
bus si recte uixerint homines, salui erunt. T  
Ponit pīj

Secundo. Nihil sublimius de Euangelio sentiūt,  
quam quod quidquid eorum rationi non est con-  
sentaneum, hoc iniquum, uanum & friuolum exi-  
stunt: dicunt enim, neminem in hoc posse uel in  
terpretari uel pronuntiare quam Papam.

Tertio. Non solum legem putant Euangelium  
esse, sed legem mancam & mutilam, utpote cui ad-  
huc multa defint ab ipsis scilicet supplēda. Sic enim  
loquuntur: Euangelium non continet omnia, non  
omnia scripta sunt in Euangelio, patres que defunt  
suppleuerunt. Has blasphemias & maiores, sacrile-  
go ore euomunt, quibus eorum impietas in deum  
& sacram scripturam satis nota fit.

Si iam coepero eos in hisce docere, laterem laue-  
ro. Nam si unquā audire & intelligere uoluissent,  
iamdudum in illis satis docti essent, sed neq; legūt

neq; audiunt ueritatem, nam corda eorum obcaeca sunt. Quandoquidem uero nihilominus pergit alios offendere & seducere, uolo pijs illorum errorum detegere, ut sibi ab his caueant ne seducantur, etiam si illi nihil de deo neq; legere, neq; audire suauent. Quo uero gratior fiat & magis cognita medicina & salus, morbum & cgritudinem primo loco aperiam.

**Morbi ini** 1. Quum Adamum creasset deus, præfecit eum uo  
tuum, Gene lucibus cœli & animantibus quæ in terra ac mari  
sis 2. 1. degebant, nam adhuc bonus erat: posuitq; eum in  
hortum uoluptratis ut eum coleret, operaretur et cu  
stodiret. Præcepit deinde ei, Ex omni ligno paradi  
si comedere, de ligno autem scientiæ boni & mali ne  
comedas. In quounque enim die comederis ex eo,  
morte morieris. Obseruandum hic qualis fuerit sta  
**Homo ante** 1. tus Adq; ante lapsum, qualis uero post. Ante lapsu  
lapsum libe  
rum arbitrii  
um habuit. creatus erat libera uoluntate, ut seruare legem si ue  
lit posset, si minus prænarinari & transgredi, nam  
transgressioni mortem annexit deus. Quum ergo  
mors transgressioni annexa est, quam & statim se  
quitur, sequitur & uitam ei in manu eius esse si le  
gem seruarit Hominem liberi arbitrij fuisse ex cap.  
2. Gen. testimonium adfero. Postquam deus è limo  
terræ omnia animantia terræ, uniuersaq; uolatilia  
cœli formasset, adduxit ea ad Adam, liberum ei fa  
ciës quo nomine ea uocaret. Clarius testimonium  
**Eccles. 15.** in Ecclesiastico est: Deus ab initio constituit homi  
nem, & reliquit eum in manu consilij sui: adiecit  
mandata & præcepta sua, Si uolueris mandata con  
seruare

seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidē placitā seruare. Apposuit tibi ignem & aquam, &c.

Hæc uerba indicant ante ruinā talem fuisse hominem, quum natura adhuc esset incorrupta, quū nō dum esset peccati morbo uitiata, ut in manu sua uitiam haberet, quod post ruinam & præuaricationē diuinæ legis, neq; de Adam neq; de quoquā homine duci potest. Si de fructu arboris nō edisset, uiuus peccatū manifestet cū tota posteritate sua, nec alio præceptio opus habuisset, nec enim aliud dederat deus, cui si paruisset, suisset deus dux eius, ratio, spiritus & mēs eius. Quum uero ex scire quid bonū quid malū, atque hac scientia sese cōtra deum efferre, imo deus esse uoluit (Hoc enim de fructu arboris scientiæ boni & mali edere intelligo) mortuus est ipse, nec solus ipse, sed quidquid ex eo nascitur. Verbum enim dei efficax est, certū & immutabile. Quod posteritas ex eo nata cum ipso sit mortua, testatur *Paulus* 1.

*Cor. 15. & Rom. 5.* Sed uide an nō uerbū dei certū, Verbū dei & immutabile fit. Serpentem primum incedere ius efficax & fit, dolores partus mulieri imprecatus est, laborē uiro iniunxit, quæ etiam num hodie immutata & certa sic fieri uidemus. Cui ergo dubium esse poterit Adam iuxta uerbum dei mox post esum pomi uerti mortuum esse?

Adam ergo mortuum cum posteritate sua, ad uitam quis excitare mortalium poterat, quum essent huius potest operari omnes mortui? Nec potest mortuus seipsum ad uitam reuocare. Quum ergo omnes homines in Adamo mortui sunt, nemo eos ad uitam potest reuocare,

Libertas a  
bitris per  
missa est.

Lignum sci-  
entiae boni  
& mali  
quid.

**Ioannis 1.** sed omnes simul in morte maneam necesse est, dor  
nec per gratiam & spiritum dei ad uitam quæ deus  
est (ut principio factum est) excitentur. Nam quæ  
cunq; creata sunt, in filio dei uitam habent.

Puto iam repertum quod tam longe repetito prin  
cipio quæ si uimus, nempe inermem, mortuum &  
infirmū Adam, hoc est corruptam, morbidam, infe  
ctam & uitiatam naturā humanā, quæ si unicū dei  
præceptum transgressa non fuisset, mansisset perpe  
tuò felix sine ætrumna & calamitate, in gloria æter  
na & gaudio inenarrabili, à spiritu dei in omnibus  
**Nuditas** quid.  
ducta recta. Hoc nuditas ipsa indicat, quam prius  
non senserant, cuius ante præuaricationem nō pu  
duerat. Mox uero ut lapsus fuit, nuditas cruciat &  
anxiū reddit peccatorem. Sed hæc in figura nobis  
propofita, monent, quod quandocunq; homo de li  
gno scientiæ boni & mali edere, id est suo cōfilio,  
sua sapientia niti cōperit, mox pudebit, & se se uitæ  
quæ deus est spoliat. Quā uero præceptū dei præua  
ricatur, negligit & deserit spiritū & gratiā dei, subiç  
cit se legi & sponte se legis & mortis seruū facit. Co  
gitur ergo iam sub lege uiuere, ut sub grauiſſimo  
onere, sub qua rāmen suis uiribus ad uitam aſurge  
re nequit, nam mortuus est.

**Duplex ho** 1 Duplex hoc incōmodum. Alterum quod se se,  
**minis mor  
bus.** quum sua sponte scire uellet quid bonū, quid malū,

2 legi subiçcit & seruū addicit. Alterū quod legis ob  
seruatio non uiuificat, Ro. 3. nam hoc solius spiri  
tus dei est, qui est uita omnium.

**Matth. 7.** Sed dicet quis, Christus dicit: Qui fecerit uolun  
tatem

tem patris mei qui in cœlis est, introibit in regnum Obiectio  
cœlorū. Si iam post casum uoluntatē parris implet-  
set Adam, an non iam uixisset? Vixisset niminū, nā Responso?  
Christi uerba fallere nō possunt. Sed duo sunt quæ  
obstant quo minus uel Adam, uel quicunq; homi-  
nū legem dei seruet. Primū. Adam mortuus erat cū Quæ nam  
tota posteritate sua, nō potest ergo sese ad uitam ex- hominem,  
citare, ut superius satis probatū est. Omnes autem quo minus  
quum essent mortui, impossibile erat ut legem dei legem det  
facerent aut seruarent. Omnes enim sub lege (per pediant,  
quā peccatū in nos irrexit) & peccato erant. An po- Qæ hoīer pe  
testis qui à parte peccatorū & præuaricatorum est,  
quidpiam quod deo sit acceptum facere? Quod o-  
mnes homines peccatores sint, præter ea quæ supra  
dicta sunt, mors probat, quæ in omnes uenit per  
peccatum. Rom. 5. Et ubi mors non est, illic etiam  
nō est peccatū. Rursus, ubi peccatū est, illic & mors  
sit necesse est. (De Christo hic nemo offendatur, qui  
quum peccatū non haberet, nec esset dolus in ore  
eius, uere tamen mortuus est. Sed hæc mors pro no-  
bis sponte suscepta est. Mori uoluit ut nos uitæ resti-  
tueret. Et quum peccatum proprium non haberet, Esa. 53  
transtulit in eum peccata nostra pientissimus pater, 1. Pet. 2.  
ut liuore eius nos sanaremur.)

Secundum impedimentum. Non solum Adam Nulla crea-  
ipse præuaricator legē dei suis uiribus implere non tura potest  
potest, sed nec ulla creatura quātumuis sancta, quā- implere legē  
tumuis iusta. Quod sic probamus. Voluntas Dei gen deī  
æterna quædam & incommutabilis regula est, & “  
infallibilis norma recti, ueri & boni, quam regula “  
b 2

## 20 EXPLANATIO

nulla creatura aſſequi nec attingere potest. Nam  
**Ioan. 6.** Christus dicit: Descendi de cœlo, non ut faciā quod  
 ego uolo, ſed quod uult is qui me misit. Hoc idem  
 dicit **Ioan. 5.** Christus autem hæc uerba non loqui  
 tur quatenus deus, ſed quatenus homo infirmus &  
 mortal is. Nam qua parte deus eſt, aliam uoluntatē  
 à patris uoluntate non habet. Sed infirmitas, quam  
 pro nobis aſſumpferat, abhorret à morte, tædet, tri-  
 ſatur, & mortem, ſi fieri poſſit, effugere tentat. Hic  
 ſubiicit & ſubmittit uoluntatē hanc carnis uolunta-  
 ti diuinæ, & perficiebatur uoluntas patris. Hæc nō  
 tendunt in ignominia Christi, ſed oſtendunt quām  
 certa, quām immota, quamq; immutabilis ſit Dei  
 uoluntas. Deinde quantū nos amauerit Christus,  
 qui omnes morbos naturæ noſtræ (excepto pecca-  
 to) in ſeſe recepit, ut eis mederetur.

**Voluntas humana prava.** Summa horū eſt. Necessitatem uoluntas huma-  
 na in Christo ſe diuinæ ſubmitteret, ut rectum, ue-  
 rum, & bonum perficeretur. Hæc quū ita habeant,  
 quanto minus creature aliqua diuinam poterit ad-  
 implere uoluntatem, niſi dicat: Voluntas tua fiat.  
 Quum ergo diuina uoluntas in omnibus perfici  
 debet, ſequitur noſtrā uoluntatē non eſſe bonam.

**Iob. 25.** Quare nō immerito Iob dicit: Ecce inter sanctos e-  
 ius nemo immutabilis, & cœli non ſunt mundi in  
 conſpectu eius, quanto magis abominabilis inuti-  
 lis homo, qui bibit quaſi aquam iniquitatem.

Exemplio aperiam quæ & quanta ſit uoluntas  
 Dei. Vult deus ut ipſum diligamus ex toto corde,  
 ex tota mente, ex tota anima, breuiter ex omnibus  
 uiribus,

Epiſta T

uiribus, ut conuertatur in deum, rapiatur in deum  
 quidquid in nobis est. Hęc lex me terner, quum eam  
 præstare non possum, cogar tamē nihilominus sub  
 lege esse atq; sub lege manere. Consydera interim  
 culpam & lapsum Adæ, in quo & nos præuarica-  
 tores constituti sumus. Sub lege ergo esse cogimur,  
 quam præstare handquaquā possumus. Nam quū  
 Adam peccaret, amisit & abiecit à se spiritum Dei.  
 Vbi uero spiritus nō est, nihil remanet quām mors  
 & impotentia ad omne bonum. Aliud exemplum.  
 Vult deus ut non occidam, neq; id tantum, sed ut  
 ne irascer: impossibile mihi hoc esse intelligo, sed  
 interim tamen premit me lex. Aliud. Præcipit ne a-  
 adulterium cum uxore proximi committam, quin  
 ne concupiscā. Aliud. Auarus ne siem præcipit de-  
 us, imò dispensatorem me uult esse rerum quas pos-  
 fideo, ut eas non mihi seruem, sed pauperibus di-  
 spensem: nō minus me premit quām superiora. Ple-  
 na est historia Euangelica huiusmodi exemplis, si  
 diligenter attendas.

Qui ergo ex uoluntate uiri, aut ex uoluntate car-  
 nis natū sunt, hos lex dei premit, quū legem neq; a-  
 bolere neq; præstare posunt, adhuc tamē deus pro <sup>Vnde lux</sup>  
 sua iustitia hanc innocentiam à nobis requirit. Quū emicet,  
 ergo in tanta desperatione constitutos, diuina gra-  
 tia nos uisitat, quum sic anxios deus fauore suo nos  
 dignatur, ut nec lex grauet, sed exhibaret, & quod  
 per imbecillitatem carnis non possumus alius quis  
 piām pro nobis exoluat, quod præstare non possu-  
 mus alius præstet & sarciat. An nō hoc insigne: an

non hoc excellens est beneficium? an non hoc nuncum tale quo lætius nullū unquam accepimus? Hic erige caput, hic oculos in sublime tollito, & cōtempolare unde Euangelium illuceat, quod omnē tollit molestiam. Proinde Euangeliū adpellatur lætū & Quid sit Euangelium, auspicatum nuntiū. Est autem, Paulo teste, Euangelium uirtus Dei ad salutem omni credenti.

Auditum est, ad deū neminē peruenire posse, nisi seruet eūs uoluntatē. Hanc neminem posse seruare aut præstare simul est auditum, partim quod perpetuū sumus mortui & peccatores, partim quod dei uoluntas tam pura & bona est, tamq; iusta, ut hanc adsequi nulla creatura possit.

Mors ani-  
mae quid.

Quod si nobis adimatur mors (nempe id quod nobis uiam ad deū præcludit, quodq; nos ne uideamus faciē domini impedit, hęc enim uera mors est) & causa mortis peccatiū, uirtute uitæ hoc fiat necesse est. Hanc uirtutē adparuisse uidemus, quū per filium suum unigenitū nos qui mortui eramus uitæ restituit. Nam ipse uita est omniū. Iam primā Euangeliū partē habemus descriptionis Paulinæ, nempe: Euangelion est uirtus dei ad salutem. Sequitur iam altera pars: Omni credenii scilicet, per quā alterum impedimentū tollitur, nempe illud, quod uoluntas dei tam pura tamq; defecata bona requirit, ut ea nulla creatura præstare possit. Solus & unicus Christus, qui peccatum non fecit, & patri puritate & bonitate per omnia est æqualis, uoluntatem dei patris implere & perficere potest. Quod si nos fides fuerimus, hoc est, si crediderimus Iesum Christū esse

essc propiciacionē pro peccatis nostris, erit ipse nostra perfectio, salus, pretium redemptionis et satisfactio coram deo.

Quid sit Euangeliū puto ex superioribus satis esse manifestū, nempe quod posteaquā Adam à lumine et ductu diuini spiritus abiit, et in se se reflectit, suo consilio sua prudētia nūtitur, magnus & deo similiſ fieri tentat, hac unica prēuaricatione sub imperiū & seruitutē legis, sub tyrannidē peccati & mortis se cum tota posteritate sua præcipitat: quā seruitutem effugere, quod iugum abiicere nobis impossibile fuit, eramus enim caro, eramus peccatores & mortui. Morbū hunc nostrū solus & unicus deus curare poterat. Tanta autem charitate in nos exarsit deus, tanta miserationē nostra calamitate permotus, ut nō uerbo aliquo iubente & præcipiente, sed æterno illo uerbo, per quod omnia creata sunt, unigenito et dilectissimo filio redimere, et sibi miseros nos recōciliare uoluerit. Per hunc recte & plene curauit quidquid in nobis morbidum est & uitiosum.

Alia iaduictione idē probabimus. Deus iustus est & misericors. Iustitiā dei quis sustinere poterit, si iniuriantes nostras exacte obseruauerit? Aut quae creatura pro alia satis faciet, quū coram eo nemo sit iustus, nemo innocēs? Verum ut iustitiæ dei satisfiat omnino necesse est, quū sit æterna & immutabilis. Cū sic haberent res nostræ, misit deus propriū & unigenitum filiū, ut nostram infirmitatem (quæ tam à peccato non erat) assumeret, & mortem non

quamlibet, sed contemptissimam innocens pro nobis obiret, ut nos à causa mortis, hoc est, à peccato liberarer, utq; per eum iustitiae Dei satisficeret, ne cogetur nos perpetuò damnare.

Natus ex uirgine sine peccato Christus uerus homo & uerus deus, hanc parte qua homo fuit innocens moritur pro nobis, qua parte uero deus æternum & incommutabile bonum æterna fit redemptio pro peccatis nostris. Deus enim æternus quū sit qui pro nobis moritur, passionem eius æternam & perpetuò salutarem esse oportet, quæ perpetuò satisfaciat diuinæ & æternæ sapientiæ pro peccatis omnium qui se certo illi credunt, qui firma & incōcussa fide illi nituntur. Tam magna autem & inef-sabili charitate nos sibi deuincire & ad redamandum accendere uoluit deus, cuius alioqui summa & æterna maiestas nos terret & formidolosos reddit. Ne ergo iudicem tam iustum, dominū tam potentem & terribilem meru tantæ maiestatis absterriti auersaremur, misit unigenitum filium quē pro nobis in summam humilitatem & ignominiā dedit, ut tanta humilitate & beneficentia filij allecti (nisi pessimi & ingratissimi esse malimus) tantum benefactorem, tam plenissimum patrem redamare, & ab ipso bonorum omnium fonte cuncta bona expectare & petere cogeremur. Quid enim negabit qui filium dedit? Aut cui uenia peccatorum negabitur, quæ Christus coram deo exoluit, si uere & inconcusse crediderimus?

Rom. 8.

Hæc ergo summa Euāgelij est, cuius testimonia ex

ex scripturis p̄ij facile colligent, quæ & impij non ignorāt (utcunq; dissimulent) quæ & nos sequenti bus articulis non dissimulabimus.

O clementissime, iustissime & misericors deus, pater misericordiarum & deus omnis consolatoris, quanta charitate nos fures & perduelles proditorio animo clam defectionem à te parantes, inq; ipso scelere deprehensos complexus es? Ad quātas, quamq; certas spes desperabundos nos erexisti? ad quantam dignitatem & gloriā nos in filio tuo uocare dignatus es? Sed nos talia haudquaquam intellegimus, tantis beneficijs ingrati sumus, & nequaquam credimus. Quām proprie hæc per angelum ad pastores loquitus est deus : Ecce annūcio uobis gaudium magnum quod erit omni populo, natus Christus gaudium in tuis mūdi, est uobis hodie seruator Iesu. Auspicatus. & lætius nuntium mundus nunquam acceperat, nec accipiet unquam. Nam per hunc seruatorem facilia & leuia nobis omnia fiunt: & quod prius terrebat & damnabat, per hunc fit salutare.

Cœperam in superioribus de difficultate legis, & carnis imbecillitate quæ legem præstare non poterat. Iam tempus expostulat, ut ostendam unde facultas sit implenda legis, & quod lex amplius non terreat, sed delectet & exhilaret credentes. Quum firmiter credo & certus sum tantam mihi in Christo salutem paratā, lex de diligendo deo super omnina iam nō terret me nec grauat, etiam si interim sciām me legem præstare haudquaquam posse, nam totum quod mihi dedit Christus pro me implet &

Christus  
gaudium in  
tuis mūdi,

Vnde faci  
les legi imp  
l.

Lex dei cre  
dēntibus  
gaudiū ad  
fers.

perficit. Quin hoc mandatum (Diliges deum ex to  
 to corde) erigit & animat me, & rapit animum me-  
 um in eximia quandā diuinæ bonitatis admiratio-  
 nem, ut intra me sic cogitem, Ecce, summum illud  
 & optimum bonum deus tam pretiosum est tamq;  
 eximium, ut omnia uota nostra, omnia desyderia  
 in illud solum tendere debeant, idq; in nostrum u-  
 sum. Iam si suggerit dæmon, Sed hoc nō facis: mox  
 consolatur nos Euangeliū lætum illud & felix nun-  
 tium, dicens: Quod tu non potes (ut certe nihil po-  
 tes) totum exoluit & perficit Christus: is est omnia  
 in omnibus, is prora est & puppis. Quod de maxi-  
 mo illo mādato & primo dicitur, de alijs omnibus  
 dictum intellige: ut, Ne occidas: ne concupiscas: te-  
 ipsum abnega, &c. quæ quidam grauiora dicunt  
 quam fuerint in ueteri testamento. Sed hæc omnia  
 (si uere in Christum credo) nihil me grauant, non  
 sunt mihi amplius oneri, sed docent potius quam  
 purum & incontaminatum bonum sit deus, qui à  
 me nō solum requirit ut mala & peccata uitem, sed  
 ut animus quoq; & adfectus internus, purus, & ab  
 omni prauitate & uitio incorruptus sit: de quo ni-  
 mirum dixit, Beati mundo corde, quoniam ipsi deū  
 uidebunt. Disco præterea ex istis mandatis & præ-  
 ceptis, neminem cum isto summo & purissimo bo-  
 no habitare posse, qui non sit iuxta diuinam uolun-  
 tam ab omnibus carnalibus concupiscentijs pu-  
 rus, & ab adfectibus terrenis liber. Iam quum ex-  
 pendo impotentiam meam & carnis meæ imbecil-  
 itatem, sentiens me tales esse haudquaquam posse,  
 mox

mox adcurrit & in tanta anxietate constitutum consolatur me certum illud & lætum nuntium, nempe, Christus est innocentia tua, Christus est iustitia & puritas tua, Christus est salus tua, tu nihil es, tu nihil potes, Christus est alpha & omega, Christus est omnia, omnia potest, cui tuam salutem tutò committe, omnes aliae creaturæ si illis innixus fueris, te deserrent & fallent: nam coram deo, coram iudicio eius exacto & puro subsistere non possunt nec pura adparere, pro te ergo satisfacere, culpam tuam diluere & debitū tuū soluere nō ualent. Sed Christus iustus & innocens te mundabit, iustificabit & purum redet, ipse est nostra iustitia & omnium qui unquam coram deo iusti adparuerunt.

Hic curiosi quidam magis quam pīj obīciunt: Obiectio. C. 111. 1.  
Hæc doctrina leues facit & dissolutos: deinde innocentia studium impedit, imò prodit. Nam si Christus pro omniū delictis efficax est pignus: quis iam hoc audiens hac gratia fretus non peccabit impudentius? Præterea, omittēt homines hoc auditio multa bona opera quibus hactenus peccata expiare soliti sunt, unde & damnum proximis haud paruum eueniet. Multi enim qui eleemosynis & beneficijs proximum iuuarunt, ab hac liberalitate posthac cessabunt, quum uiderint unicum Christum salutis esse pretium.

His respondemus, hanc esse quam diximus E., Responso. Christus iustos facie, C. 111. 2.  
uangelij summā, nec moramur quid curiositas uel obīciat uel metuat futurū. Quicunq; Euangeliō & non dissolit Christo credit, certus est quod quidquid ex deo est, tot.

bonum sit oportet. Si ergo Euangelium ex deo bonum est, quid aliud inter homines plantabit quam innocentiam, iustitiam, ueritatem, charitatem: breui ter, quicquid est summarum & heroicarum uirtutum? Aut quis tu es ô homo, qui cum deo contendas? qui consiliorum suorum rationes & causas requiras? An tu melius quiddam excogitabis? an nō satis tibi est deū uelle quod totus mundus per Christum seruetur? quod unius Christi sanguis omniū peccata expurgeret. Hoc telo uti debent simplices & qui uere Christo credunt, contra argutias quorundam qui Cliristi doctrinam oppugnant & calumniantur. Hæc loquitur dominus deus, nihil ergo moror tuas curiosas quæstiones, friuola tua arguēnta. Quod si omnino responsonem aliam expectant, responde ex capite 3. & c. epistolæ Pauli ad Romanos. Nam quorundam pertinacia & incredulitas fidem dei irritam non faciet. Deus enim uerax est & fidelis. Imò illorū perfidia credentium fidei nihil obesse poterit. Quantumuis alij deum iudicent nimis clementem, quod toties in gratiam recipiat peccātes, q̄ tam facilis sit in rebelles, iustus tamen est, iustusq; semper manebit et uerax in promissionibus suis. Quemadmodum enim omnibus credētibus salutē gratuito pollicitus est, ita cōstantissime semper suas pollicitationes credentibus ex Iudeis & Gentibus seruabit. Hoc quum Paulus constantissimè prædicaret, & gratiam per Christū præstatam summis laudibus ueheret, erant qui doctrinā suam tanquam erroneam calumniaretur, diceretq; ex

ex hac doctrina fore, ut quidam sic loqueretur: Faciamus mala ut eueniant bona, etc. Hos Paulus breuisimis uerbis refellit, dicēs eorum damnationem iustum esse, indicans huiusmodi respōsatores filios esse damnationis, idq; non immerito, partim quod tam per inaciter contra deum auderent rebellare, partim quod huiusmodi obiectionibus non uteantur in gloriam dei, ut pote qui non tam solliciti essent ut nemo peccaret, aut ut innocenter uiuerent homines, quām ut huiusmodi suspicioſis sermonibus Euangeliū calumniarentur, & doctrinæ Christi hanc noram inurerent, quod leues & dissolutos faciat.

2.

Idem argumentum tractatur à Paulo Rom. 5. quum in 5. ostendisset per unum Christum uitam in omnes peruenisse, quos per peccatum Adam infecerat. Mox occupat impiorum uoces, qui dicebāt: Manebimus ergo in peccato, ut gratia abundet? Ab sit (inquiens.) Qui mortui sumus peccato, quomo- do posthac uiuemus in eodem? An ignoratis quod quicunque baptizati sumus in Christum Iesum, in Baptizati mortem eius baptizati sumus? Sepulti igitur, &c. in Christū. Lege totum caput, & inuenies aliam obiectionem de lege & gratia, qua quidem utebantur, dicentes: Quid? Peccabimus quod non simus sub lege, sed sub gratia? Absit (inquit.) An nescitis quod cui ad- commodatis uos seruos ad obediendum, eius serui estis cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obe- dientiæ ad iustitiam? Ex hisce uerbis Pauli satis ma- nifestum fit, ex gratia dei, cuius dux & author Chri- Grata dei per Christū data dete- ores nō red dit, Ioan. 1.

stus est, neminem peiores reddi. Quicunque enim à patre cœlesti sic trahuntur, ut gratiae per Christum præstite nitantur, perpetuam pugnam contra pecata instituunt, sciunt enim se non posse in his uiuere, in quibus tamdiu antea mortui fuerunt. Utuntur ergo huiusmodi obiectionibus hi soli qui adhuc sub lege sunt, spiritus gratiam nondum experti. Nam ubi spiritus est, hic dubitare nemo poterit, nihil mali unquam regnatur, ubi cor uerbo dei firmiter & uere nixum fuerit. Hoc docet Christus Iosannis 6. quum dicit: Sicut me misit uiuens pater, & ego uiuo propter patrem (hoc est, ego in patre uiuo, & propter ipsum uiuo ut ipse uult) & qui ederit me, & ipse uiuet propter me. Per edere autem crede

**E**dere Christi re intelligit Christus. Qui ederit me, id est qui misum quid? hi crediderit, qui uerbis meis fidem habuerit, qui uerbo meo sisus fuerit. Hoc uero uoluit docere, quod quemadmodum cœlestis pater uitæ author ipsum in mundum misisset, sic & ipse uiueret in eo & per eum, nempe, qui non uiueret iuxta humanam uoluntatem, sed iuxta diuinam & cœlestem. Sic facturi quoque essent quicunque uerbo suo fidem certam habuerint, uicturi scilicet post hac non iuxta humanam uoluntatem, sed iuxta uoluntatem dei. Nam uiuet in eis uerbum Christi, quemadmodum Christus in patre, & pater in Christo. Eadem docet Iohannes in priori Epistola cap. 4. Deus caritas est, et qui fides uera manet in charitate, in deo manet, et deus in eo. Vbi cunq; ergo uera fides est (quæ à charitate nequaquam separatur, & sine charitate & spe fides non est appellanda)

Ianda) illic est deus quoq; ubi uero deus est, non est periculum leues reddi & dissolutos homines, nam is fons est omnis boni.

Sed dicens: Video omnes homines etiam sanctissimos peccatores esse, cur igit peccati causa non sim anxius, quoniam peccatum homines damnat? Huiusmodi sermones ostendunt te neq; Euangeliū recte intelligere, neq; Euangelio credere. Nam si in Euangelica doctrina recte esses institutus, & lumine fidei illustratus, agnosceres hanc curam de cauendo peccato, non esse ex est. te, sed ex deo natā: nam nos carnales sumus, sub pec-  
catū uenundati, in carne nostra nihil boni habitat. Rom.7:

Quicquid iam ex carne nascitur, caro est. Caro non est Ioan.3. anxia ut peccatum caueat, sed peccati fomes est. Quoniam ergo de cauendo peccato cura nos angit, sequitur etiam ex spiritu dei subnatā esse, sine quam nihil possumus. Ioan.15:

Sed peccant nihilominus (inquis) fideles, & non sunt sine peccatis sancti dei, undecunq; cura & soli citudo de peccato cauendo ueniat. Quod uidetur pugnare cum eo quod dicunt eos qui credunt uero bo dei peccare non posse. Ad hoc sic respondemus: Quomodo Christum, quem dicit officium spiritus esse, ut munus sancti dei de dum ob peccatum arguat, de peccato infidelitatis cantur non loqui, inquit enim: Arguet mundum de peccato, Ioan.16. quod scilicet in me non credunt. Rursus Matth.12. dicit: Omne peccatum & conuitium remittetur hominibus, at conuitium in spiritum non remittetur: in spiritum sanctum. Deinde quae Ioannes de peccato ad mortem scribit, 1.Ioan.5. de nullo alio peccato intelligi potest, quam de

z.Ioan.2.

Ob.ecto

K.

Cura de ca  
uendo pec-  
cato ex deo

z.Ioan.3.

Instantia

K.

I

I

K.

I

II

incredulitate, pro quo peccato non est orandū. Cæterum qui ex deo nati sunt, peccare nō possunt, sed seruant sese, & malus eos non tanget. Qui uero ex deo nati sint, Ioannes prioribus capitibus docuerat, aut certe ab initio quinti capit. Omnis, inquit, qui credit Iesum esse Christum, ex deo natus est. Ex quibus omnibus certissime colligitur, quod quicūque spiritum dei habent, iij certi sunt Christum esse salutem suam, nituntur uerbo eius, & non peccant, nam nullum peccatum eis ad damnationem imputabitur, quam incredulitas, quam si habent, iam ex deo non sunt nati, sed à deo proditorio animo descierunt.

**Peccatum pro morbo congenito.** Hoc quoq; hic obseruandum uenit, peccatum uarie in scripturis sanctis accipi. Primo pro infirmitate & impotentia naturæ corruptæ, quæ nos ad carnis affectus illectat. Et sic morbus recte adpellari potest. Quemadmodū infirmitatis aut ægritudinis uocabulo generali omnes species morborū (ut febres, paralyсин, et id genus cetera) intelligimus. Nō admodum dissimili ratione peccatum morbus adpellatur, ex quo diuersa & omnis generis peccata ut ex radice infecta rami quidā suppullulant. Nam adulterium, scortatio, crapula, auaritia, fastus, iniuria, odium, sectæ, homicidia, fructus sunt & stolones huius morbi. Hunc morbū Paulus carnem adpellat Gal. 5. alijsq; in locis. Nam huiusmodi stolones ex corrupta carne ut radice subnascuntur. Hoc ex uerbis Salomonis colligi potest, quum dicit lucernam impiorum esse peccatum. Quid enim his uerbis

uerbis aliud docet quām illic regnare carnē, & uerbi faciem prælucere affectibus, ubi deus nō est: hoc est, ubi cor non certo & indubitate uerbo dei, quod lucerna pijs est, nititur et credit. Paulus quoq; Rom. 5. peccatū pro morbo accipit in Romanorū epistola, quū dicit per hominē unum peccatū in mundū irre pisse. Rursus septimo cap. quū inquit: Nunc autem non iam ego perpetuo illud, sed inhabitans in me peccatū: quasi diceret, infitus ab Adamo morbus. Breuiter, in Epistola tota Romanorū ferè peccatū pro morbo usurpat. Sic 1. Cor. 15. & alijs locis.

**Capitul ergo peccatum semel pro ipsa increduli Peccatū na  
tate, quod peccatum qui habet & in eo manet, pe-  
rit in peccato suo, eo quod in Christum non credit, rie accipi-  
damnatus ergo est.**

Peccatū na  
tie accipi-  
tur.  
Math. 12.  
Ioan. 3.  
Mar. ult.

Secundo. Accipitur peccatū pro ipso morbo hæreditario ex Adam, & pro defectu carnis corruptæ. Quatenus huic morbo sumus obnoxij, nihil ex nobis possumus, nam filij sumus iræ & mortis, etiā si quiddam de uero deo cognoscimus. Sed ex gratuito munere dei sumus per Christum à morte redempti, & uitæ restituti (nā ipse est uita.) Adempta deinde est per Christū peccato uirtus qua gratiabatur, et aculeus ut amplius occidere nos non possit. Recœciliati postremo sumus per Christum deo patri, ut iam simus amici, filij, & hæredes dei, Sic peccatum quatenus morbus, per Christum interemptū est, si firmiter hoc per Christum nobis præstitum crediderimus.

**Tertio. Capitul peccatum pro operibus malis que**

3

ex morbo genitali tanquā ex radice ut stolones pro germinant. Et hæc omnia peccata per Christum lessum tolluntur. Hoc testatur Ioannes his uerbis: *Firme pro in o- lioli mei, hæc scribo uobis ut non peccetis. Quod si pera prout re accipi- quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Ies- tur, uel pec- sum Christū iustum. Et ipse est propitiatio pro pec- cato confen- ture.*

catis (peccatum pro opere peccati) nostris, non pro nostris autē tantum, sed etiam pro totius mundi.

**Quarto.** Vsurpat scriptura peccatū pro hostia aut victimā qua peccatum expiatū, sed de hoc non est locus dicendi. Summa horum quæ hactenus diximus est. Quicunq; se gratia dei per Christū à peccato liberatum credit, credit simul, imo sentit se à stolibus morbi genitalis, hoc est, à fructibus & operibus peccati quotidie per spiritū Christi purgari & renouari. Et is non peccat neq; potest peccare, quia non est incredulus, cuius solius peccatum ad damnationem adducit.

Huiusmodi ergo fideles nō redduntur leues uel ad peccandū procliues, quemadmodum quidā falso de eis nugantur: sed quandoquidē solius dei gloriam querunt, in quo solo & ipsi gloriantur, quandoquidem in unum Iesum Christū omnem spem ponunt, indies morbum suum, neuos suos, turpitudinemq; suam magis magisq; agnoscunt, imo se mortuos & plane inutiles, & qui nihil possint contentur. Sed interim nō desperant, agnoscunt enim gratiam dei per Christum, & se per eandem omnia posse non diffidunt, sciunt se per gratiam dei uiuiscatos, & à morte perpetua redemptos. Quo uero magis

magis suam imbecillitatem sentiunt, hoc magis humilantur, hoc magis ad deum unicam salutē adcurare coguntur. Globum aliquem solidum ex cæra & luto cōpinge, & ad solem pone, mox incalescente sole cæra liquefit, & lutum induratur. Hunc uero si in aquā posueris fluentem, lutū dissolutum diffluit, & cæra induratur. Aliud. Commisce aquā uino & equalibus portionibus, uidebis neutrius seruari neq; naturam neq; uim, sed insipidā quandā redi cōmixtionem, donec haustum per digestionem in sanguinē conuertatur. Hæc duo exempla admirabilem hominis naturā indicant. Priori quidē corporis & animæ connexio: altero utriusq; uis & operatio significatur.

Experimur aut̄ dum hic uiuit homo, inter spiritū & carnē pugnam esse perpetuam. Nam caro cōcupiſcit aduersus spiritū: spiritus rursus aduersus carnem. Adeoq; hæc duo inter se mutuo aduersantur, ut non quæcumq; uoluerimus eadem faciamus. Ex Gal. 5<sup>7</sup> Rom. 7<sup>14</sup> quo necessario cōsequi uidemus, omnes homines, qui in corporibus in peccato cōceptis habitant, dum hic uiuunt, hoc pati, ut caro suum ingenii retinet. Dum uero morbum suum agnoscunt, in se nihil consolationis, nihil liberationis inuenientes, suboritur uehemens illud & graue bellum, quod Paulus in se sentit & experitetur: inquit enim se dele Rom. 7<sup>28</sup> Etari lege dei iuxta internum hominem (hoc est, iuxta quē in deum credens spiritus & gratiæ dei securus & certus est) ut secundum illam uiuat. Sed hoc dum molitur, sentit aliam legem in membris suis.

Pugna carnis & spiritus.

inscriptā, rebellantem legi mentis suæ, legi scilicet spiritus, quæ tam est uehemens ut eum captiuū legi peccati reddat, utcunq; mente interna, quæ spiritu dei illustrata, tracta, & docta erat, aliud defyderat. Hæc pugna tam anxiū reddit Paulū, ut exclamare cogatur, Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Nimirū his uerbis subindicans, habitationē in hac mortali carne, quæ relunctari nuquā cessat, aliud nihil esse quām quotidiam mortem. Mox uero seipsum consolatur, & dicit: Gratia dei per Christum.

Hæc ergo pugna fidelibus perpetua est, sed interīm dum subinde per Christum Iesum deū adeunt, seruantur à deo per Christū, ut peccatū eis niliil nocumenti adferat. Nam mox ut ad deū se conuertūt, à deo intus tracti & moti sunt. Non ignorat deus, homines fideles sine peccatis esse nō posse, sed fides nihilominus efficit ut in ipso uiuamus. Itaq; cooperatur quotidianum peccatū pijs ad bonū, nempe ut discant quām sint inutiles & plane nihil. Sed quo magis spes in nobis cadit, hoc spes in deum augescit magis. Quo autē spes in deū maior est, hoc plus est spiritus dei in nobis, hoc plus gratiæ, & minus peccati. Cur uero deus reliquias peccatorū, & hanc tam grauem pugnam in pijs superesse uoluerit, pij facile intelligent, nā causæ sunt haud obscuræ Proverb. 3, & Hebr. 12, nempe ut hac infirmitate & impotentia carnis percussi, ex agnitione morbi tam grauis, ad uerum medicum Deum adcurrere audiūs compelleremur.

*Car Deus  
hanc pugnā  
manere uo-  
luerit.*

Probare

Probare cœperamus, ex fide Euangeli⁹ nihil bonorum operū minui, sed augeri potius, in quo probando adhuc uersamur. Scripturis autem probabimus, cuius probatio certa est. Sed finge Christianorum opera tam fieri occulte, ut à nullo unquā uideantur, adhuc tamen uerbū Dei mentiri non potest. 7 Proba-  
tio.

Sed emendationem uitæ et lucem honorū operū in quibusdam etiam palam conspici, postea probabo. Bona opera  
per fidem ea  
uangelij nō  
minuūtur.

Iam ad scripturas uenio. Christus ipse dicit Ioā. 15. A pronun-  
ciatis scri-  
pturæ.

Ego sum uitis, uos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic multum fructum adferet: quia sine me nihil potestis facere. Hic primum uides ex qua uite palmites uigorem accipiant, ut fructum ferat, nempe, ex Christo..

Secundo, notatur Christum ex ijs & per eos operari in quibus ipse est. Cura ergo ut Christus in te & tu in Christo sies, nec dubita quin in te & ex te operetur. 2

Tertio, discimus opera extra Christū facta nihil esse utilia, nam sine ipso nihil possumus. Quod ergo ex Christo nō fit, opus bonū dici non meretur. Quū ergo per ipsum, in ipso, & ex ipso omnia fiū: quid tandem nobis arrogamus? Vbi spiritus dei est, illic bona opera nec desunt nec omittuntur. Quēadmodum enim perpetuū & æternū bonum est deus, omnis deniq; boni fons, author, & effector: ita necesse est omne illud in quo deus fuerit ad bonū moueri, excitari, & adparari. Ut falsò obiçciant isti, nemo boni aliquid posthac operabitur, quin pauperes deserentur, nemo in eos quidquā cōferet, nemo

denique posthac laborabit, &c. Vbi enim aderit sp̄i  
 1 ritus sanctus, aderit simul scientia præcepti dei, In  
 sudore uultus tui uesceris pane tuo: aderit simul co  
 2 gnitio diuinæ uoluntatis, nempe, quod misericor  
 diam & beneficentiam uult deus, et dilectionem er  
 3 ga proximum, & quod charitas deo super omnia  
 placet. Breuiter, ubiunque deo fuditur & creditur, il  
 lic est deus: ubi deus, illic anxietas est & studium ad  
 opera bona urgens & impellens. Dicit enim Christus Ioan. 14. Si diligitis me, præcepta mea seruate. Vbicunque dilectio dei est (quæ nihil aliud est quam  
 fides) illic student homines uoluntati dei. Vbicunque  
 dilectio dei est, certum est adesse spiritum dei: ubi  
 spiritus dei est, fructus, de quibus Paulus Gal. 5. di  
 cit, subnasci certū est, nempe, charitatem, gaudiū, pa  
 cem, lenitatem, benignitatem, bonitatē, fidem, man  
 suetudinem, temperantiam, & huiusmodi. Hæ sunt  
 uirtutes uere Christianæ, & Christiano homine di  
 gnæ. Sed sursum deorsum ad delubra diuorum cur  
 rere, indulgentias ære redimere, preces pro mercede  
 de obmurmurare, canere in templis pro certo sti  
 pendio, parietes templi auro aut coloribus obduce  
 re, & id genus alia pecuniae auctoritas, ut non ex deo  
 sunt, ita nihil sunt quam mera hypocrisis. Nugarum  
 huiusmodi hodie minus esse subindeq; cadere mi  
 1 rum nō est. Vbi enim lux Euangeli exoritur tene  
 bras discuti & pelli quis ambiget? Vbi spiritus dei  
 2 flare cœperit, omnes quisquiliæ & paleæ hypocri  
 seos disiunctiuntur. Alios flores, alios fructus proger  
 minat spiritus dei uitalis & æternus. Possumus hoc  
 affirmare

Hypocrisia  
ofa.

Ab exemplo.

affirmare (idq; uere) de quibusdam, quorum nomina prudens supremo, quod Paulus de Corinthijs prima Epist. Corinth. 1. de Ephesijs, Eph. 1. de Colossensibus 1. cap. de Thesialonicensibus, 1. Thes. 1. nempe quod pulchre & uehementer (gratia deo) in dilectione dei, in pace erga proximos promoueant. Deinde in cognitione Euangeliij, in uitæ simplicitate, in sapientia dei, in collatione ad subsidiū pauperum, in depressione fastus, in ignoscētia eratorū proximi, in dilectione & ignoscētia erga hostes, in cura & solicitudine pro doctrina Christi, in cura & studio pro captiuis, in sollicitudine omniū ecclesiarū. Quibus etiā huius generis ceremoniæ, sumos incendere & thura, offerre (diuitibus sacerdotibus,) in precibus uerbofissima & futilis loquacitas, uigiliarū quas uocant neniae, boatus & uociferationes in templis, Missæ, & totus ille Papisticus splendor, capitia theologorū promissa, Monachorum cuculli quantū uis fordidi & uaricolores, sacerdotum utcunq; decens uestitus, eorū deniq; fastus, scortatio, ebrietas, alea, otium, haudquaquā probentur, probantur tamen eis potiora & magis diuina. Debitoribus & colonis suis clementes sunt, mercenarijs mercedē suā non differunt nec fraudant, pauperes hospitio excipiunt, temperant sibi à ludo, à maledictis, ab omni leuitate & scurrilitate; breuiter, ab omni uanitate huius mundi, studio quondam ad cœlestia anhelātes. Adsunt his nihilominus & quotidie accidentū cōmunes morbi naturæ corruptæ, ut nunquā nō peccent, nunquā sine peccatis sint: quæ

tamen quum sibi per indubitaram in Christum fidem remitti credunt, indies magis magisq; sibi displicant, magis magisq; in eis crescit Deus. Vbi deus est, hinc mali nihil expectandum.

**Israelitarū exemplum.** Huius rei in Israelitis exemplum manifestum habetur, quos dominus tanta prouidentia ex Aegypto eduxit, ut nō solum eos cōtra omnes hostes tueatur, sed certis quibusdā legibus itinera eorū et profectiones metiretur. Ad uerbum enim domini castra figebant, ad uerbum domini rursum soluebant ac proficisciabantur. Dabat eis cibū ē cōelo, de petra potabat eos, uestes ne detererentur seruabat: breuiter, sic prouidit ut nihil eis deesset. Adhuc tamen nō solum adfectibus carnis peccarunt contra dominū, sed & idolatria turpiter ab eo descierunt, quos tamen non deseruit clementissimus patet, sed semper gratiam exhibuit.

Gratia aut̄ dei populus semper melior evasit, quo que magis gratia Dei nitebatur, hoc melior erat: quo uero magis à deo recedebat sibiq; fidere, suoq; consilio niti cōcepit, hoc deterior semper factus est, inq; grauiora semper flagitia & scelera ruit. Plena testimoniorū sunt biblia ueteris testamenti, pleni omnes cōciones prophetarū. Quid enim queruntur prophetæ quām quod populus dominū dereliquerit: Rursus quid aliud monēt, quām ut deseritis idolis & omni uanitate ad deū clementissimū patrē revertantur, hoc unico nitantur. Sic & hodie quiscumq; uere credunt Christo, quicunque uero corde adhærent deo, pro illis, etiam si per imbecillitatem peccent,

peccent, aduocatū & patronum se interponit Christus, qui est pignus gratiæ diuinæ, modo credant hunc esse animorum medicum & certum ac præsentissimum remedium. Nam hoc de se dicit Ioan. 11. Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum.

Ostensum esse puto quid sit Euangelium, ex quo quisç facile iudicabit an Euangelium prædicari an id minus. Nam si quis salutaria ista uerba, Ego sum resurrectio & uita, &c. sæpe alijs ore resonet et prædicando præeat, sine spiritu & ardenti uoto audientes transformandi, Euangelium prædicauit quemadmodum Caiaphas olim, qui hunc sermonem (Satius est ut unus homo moriatur, quam ut totus populus pereat) sacrilego ore sic urgente spiritu protulit, ut interim uerba nec intelligeret, nec si bi salutaria crederet.

Prudens prætereo quosdam doctos (ut scilicet si Contra in-  
ibi uidentur) qui se iactant Euangelium prædicas-  
se. Apud quos si unum caput sacrorum Bibliorum  
quæsiueris, respondent se id iuxta mentē tuam non  
intelligete. Quū uero quem ipsi sensum uerbis tri-  
buant ab eis requiris, ex sue cancrum, & ex quoli-  
bet quodlibet faciunt. Quibus si tu genuinum scri-  
pturæ sensum probas, mox respondent nullum sen-  
sum probādum aut recipiendum esse à quoquam,  
cui Papa & Patres non subscripterint. Hos si inter-  
rogas quid significet, Christus est caput ecclesiæ, Ephes. 1.  
subterfugere non possunt, quin respondeant, Chri-

stus ist ein haupt der filchen. Rechte (inquis) respondeatis. Cur ergo audetis pontifici Romano hoc tribuere? Respondent: Ita debemus intelligere, ut pontifex uult & declarat, Dicte ergo: Quid significat Christus? Mox respondent, Christū: nam quum sint Græcæ lingue ignari, nesciunt suaueolentiā huius sacratissimi nominis. Rursus si interrogas quo pacto fieri possit, ut Christus Papam significet? Nihil dicunt quam ita Papam decreuisse. Iam si urges eos uerbis Christi Matth. 24. Quicunq; se Christū esse dicit Antichristus est: summus pontifex dicit se esse Christū, ergo summus pontifex est Antichristus. Hic clamant, Hæreticus hæreticus, ignē minitantes. Si interrogas cur linguā Latinam sint docti: respondent, ut scripturas intelligeremus. Quibus tu uerē obijcere potes Latinam eos linguam in hoc didicisse, ut scripturam non intelligerent. Nam huc ueniunt ut genuinum & proprium sensum uerborū negent, ut cogantur fateri se nescire quid caput significet, gloriantur tamen interim se haec tenus Euangeliū prædicasse.

Hoc cuero mirari satis nō possum, quomodo suauissimi homines Euangeliū intellexerint, quum neq; Papam, neq; patres unquam uiderint. Quod enim eis de utrisque constat, scriptis constet necesse est. Quomodo uero scripta Papæ sine interpretatione & declaratione Papæ intelligere audent, quum uerbum dei sine Papa & concilijs intelligere non Patres. audeant? Deinde Patres quos iactant & quibus tantum tribuunt, sensu scripturarū uariant & sēpe dissentient.

sentiunt. Sed huc ueniunt, qui spiritum sanctū uerbi sui dominum & interpretem esse non sinunt, aut qui apud hunc sensum scripturæ sacræ querere desiderantur, consulentes potius homines mendaces.

Speramus itaq; scripturis & rationibus firmissimis probatum iam, Euangelium à nullo homine, sed à solo deo esse, nec posse iuxta sensum & interpretationem hominum regulari. Deinde Euangeliū esse perfectissimam & absolutissimam doctrinam salutis, cui nihil usquā desit, nec deesse possit. Ex quo deinde consequitur uanos & frivulos esse eiusmodi sermones quos isti in contumeliā Euangeliū spargunt. Primo. Euangelium absq; calculo ecclesiæ nihil esse. Secundo. Si nullum esset Euangeliū, ecclesiam tamē leges condere posse, in quibus homines saluentur. Tertio. Euangelium sine interpretatione pontificis summi nec posse, nec debere intelligi. Quarto. Euangelium additione patrum locupletatum esse & auctum, id enim magno pere necessarium fuisse. Quandiu uero istis sermonibus utuntur, produnt se quid Euangeliū sit nunquam intellexisse, cui cæteras doctrinas uel æquare uel præferre non uerentur.

## ARTICVL VS VI.

*Nam Christus Iesus dux est & imperator à deo toti generi humano & promissus & præstitus..*

**H**ic superiorē tanq; fulcrū quoddā sustinet: nam quū Christus dux est & impator à deo missus

**Nomen Christi quid?** & datūs, necessario consequitur et doctrinam & uitram eius superare omne humanum consiliū. Nam nomen eius (id est potentia, maiestas, gloria & uirtus) super omne nomen est, Philip. 2. cap.

*Dux & imperator.*

**Mich. 5.** Esaiæ 55. Ecce testem populis dedi eum: ducem, &c. Ezech. 37. præter alia dicit, Erūt populus meus, ego ero eorum deus: & seruus meus Dauid rex eis erit, &c. Mox infra: Dauid seruus meus princeps eorum erit in perpetuum. Hic Dauidem Solomoni patrem intelligere nō licet, nam is ante aliquot secula mortuus erat, ut Petrus Actorum 2. testatur, sed Christū per Dauidem intelligit. (Nam Dauid typus Christi fuit) qui est rex æternus, id est quod natura sua est immortalis.

*A deo toti generi humano promissus.*

**Promissio nes de Chri sto.** Gene. 3. maledicitur serpens his uerbis: Inimici-  
tias ponam inter te & mulierem, inter semen tuum  
& semen mulieris, ipsum semen, mulieris scilicet,  
conteret caput tuum. Christus hic ostenditur, qui  
iuxta humanam naturam semen est Euæ. Nam is  
erat contritus caput serpentis. Hunc esse sensum  
& uerba de semine mulieris intelligi non de mulie-  
re ipsa, uerba ipsa Hebraica testabuntur. Scriptum  
enim est Hu iſchubcha. Est autem semen Hebreis  
masculinum, Hu ergo relativum masculini gene-  
ris ad sara refertur nō ad ischa. Hæc quidem Gram-  
matica sunt, sed talia quæ ad sensus integritatem &  
& rei ueritatem faciant.

Genes. 22. promissio fit Abrahæ patri multarum gentium.

gentium. In semine tuo benedicentur omnes gentes totius terræ. Christum hoc semen esse Paulus in Gal. 3. testatur. Gen. 49. quum Israel Iudæ benediceret, non solum uenturum Messiam promisit, sed signum quoq; aduentus addidit. Sceptrum, inquit, id est regnum, non auferetur à Iuda, neque dux de sœmore eius, donécs chilo ueniet, id est fortunator, quem gentes expectant, aut in quem gentes sperabunt, ad quem gentes ut ad imperatorem confluēt. An non hoc in Christo impletum uidemus? Nato enim Christo sceptrum, id est regnum à Iudæis ablatum, triginta duos annos Herodes alienigena, neque ex Iudaico sanguine ortus, obtinuerat.

Moses quoq; huius promissi meminit, quū deū alloquens, dicit Exod. 4. Mitte domine quem misurus es. Locus in Deuteron. 18. cap. non est obscurus de propheta quem populo pollicetur Moses idem Act. 7.

Post Dauidem clarissime de Christo uaticinatur Esaías. In Dauide graphice omnia de incarnatione Christi, de morte eius, deq; resurrectione depicta sunt, quæ recensere & huc adscribere nimis fōret prolixum.

### *Præfitus quoque.*

Angeli id testantur pastoribus Luc. 2. Magi Mar. 2. Simeon, Anna Luc. 2. Testimonium quoq; perhī bent admiranda opera Christi, Dæmones denique ex obsessis Christum filium dei confitentes. Doctrina Christi, Nicodemus, sol, uelū templi, saxa, mortuorum resurrectio, ascensus in cœlos, excidiū Hies-

Esa. 7. 9. 11  
Omnes prophetæ de  
Christo uac  
ticinatur,

tosolymorum: innumera item, quæ breuitatis gratia præterimus.

## ARTICVLVS VII.

*Vt sit ipse salus & caput omnium credentium, qui corpus eius sunt, quod quidem absq; ipso mortuum est, & nihil potest.*

Causa ob  
quam Chri-  
stus nobis  
datus est.

**Q**uæ in priori parte huius articuli continentur, summa eorum sunt propter quæ ad nos descendit filius dei Christus: nempe, ut salus esset & caput omnium credentium. Sic Esa. 49. *Dedi te lucem gentibus, ut sis salus mea usq; ad fines orbis,*

Christus ipse dicit Ioan. 6. *Hic est panis qui de cœlo descendit, & uitam præstat mundo. Se panem uocat, nam cibus est animæ, de hoc cibo toto cap. 6. Ioan. loquit, Paulus Heb. 7. Vnde & in perpetuū saluos facere potest, qui per ipsum adeunt deum, semper uiuens, ut interpellat pro illis, Matth. vii. promittit se suis adfore usq; ad sæculi consummationem. Quod caput sit credentium Ephes. 1. Ephe. 4.5. Col. 1. Væ ergo omnib. qui se caput ecclesiæ esse iactitæ.*

Credentes  
sunt corpus  
Christi.

Quod credentium sit caput, satis clarum est: sequitur ergo credentes corpus Christi esse, 1. Corint. 12. Rom. 12. &c. Quod mortui simus absq; ipso, supra quoq; multis testimonijs est probatum, maxime in quinto articulo. In Adam enim omnes moriuntur: per Christū omnes uiuificabuntur, Rom. 5.1. Cor. 15. Rom. 8. Si Christus in uobis est, corpus quidem mortuum

mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustificationem. Hic peccatum iterum pro morbo ingenito accipit, ut supra satis declarauimus. Nam dum hic uiuimus, absq; morbo peccati non sumus: semper ergo huius morbi gratia mortui sumus, sed propter fidem in Christū uiuimus. Dum enim Christum possidemus: hoc est, dum uero corde in eum credimus, uiuit spiritus noster in Christo, qui sine Christo mortuus erat, nam sine Christo nihil possumus, Ioan. 15.

## ARTICVLVS VIII.

*Ex his sequitur, quod omnes qui in isto capite uiuunt, sunt membra & filij dei. Et haec est ecclesia seu communio sanctorum sponsa Christi, ecclesia catholica.*

**V**T simus membra Christi Paulus luculentia si Fideles s̄tē militudine ostendit Rom. 12. 1. Cor. 12. item 1. mēbra Chri. Cor. 6. An nescitis quod corpora uestra mēbra sunt Christi? Haec membra non à uentre, ut in naturali corpore sit, sed à capite nutrimentum deriuant, Esphel. 4. Coloss. 2.

Quod filij dei simus, patet Ioannis 1. Quotquot Fideles s̄tē receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, filij dei, his scilicet, qui credunt in nomen eius.

Discat hic quisq; quæ sit uoluntas dei, nempe, ut filij dei simus, non adpellatione, sed ueri & genuini filij, Gal. 3. & 4. qui fidenter in omni tribulatio- ne ad ipsum patrē cœlestē adcurramus, ipsum solū

inuocemus, ut hac spe gloriemur quod ipse est pater noster, nos eius filii, Rom. 5.

*Et hæc est ecclesia, seu communio sanctorum.*

A multis iam seculis ad nostra usq; tempora, que sit Ecclesia, certamen fuit, ortu nimirum ex regnandi cupiditate. Nam hoc sibi quidam arrogarunt, ut se dicerent esse ecclesiam, ut omnia eorum manu ad ministrarentur. Omissis autem hominum communitatis quibus quidam hac in re nituntur, ex scripturis sacris & mœte spiritus de Ecclesia scribemus. Quod Græci Ecclesiam, Hebræi Makal uel Kahal uocant, Latini concionem. Hic ergo ecclesiam nō pro templo aut loco aliquo quo homines congregātur (ut ferè Germani hac uoce Rīdū) utimur, sed pro hominum cœtu & congregatione, pro ipsa multitudine quæ coit.

Ecclesiæ no men.

¶

Ecclesiæ no men bisariæ

Rom. 8.  
Qui Chri-  
sto nitatur,  
sunt eccl-  
esia.

Ecclesiam ergo aut Kahal si mauis, bifariam causam bisariæ pi in scripturis diuinis reperio. Primo, pro cœtu omnium eorum qui certa & indubitate fide in unum caput Christum cōspirant, & qui lapidi Christo lapides uiui per fidem superaedificantur, & tanquam firmissimæ & solidæ petræ nituntur. Qui in hac ecclesia est, damnari nō potest: nam qui in Christum credunt, habent uitam æternam, Ioan. 5. De hac ecclesia loquitur Christus Matth. 16. Quum aliquando sciscitaretur à discipulis quid de ipso sentirent, respondit omnium nomine Petrus, dicens: Tu es Christus filius dei uiui. Cui Christus: Beatus es Simon Bar Iona, nam hæc tibi caro & sanguis nō reuelauit, sed pater meus, qui est in cœlis, Et ego di-  
co ti-

eo tibi, quod tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Super hāc scilicet petram à quo tibi nomen Petri impono, Ecclesiam (inquam) ædificabo meam, id est omnium fidelium multitudo. Contra quam portæ inferorum nihil præualebūt.

Petra hēc Christus est, 1. Cor. 10. Matt. 21. Esa. 28. Fundamen  
Dan. 2. Super Christum ædificata & constructa est <sup>tum eccles</sup>  
congregatio omnium fidelium. Quicunq; enim, <sup>sæc</sup> Christus est.  
quemadmodum Petrus cōficitur Christum filium  
esse dei uiuentis, contra hunc potestas tenebrarum  
nihil potest. Portæ enim inferorum pro omni ad-  
uersaria potestate accipiuntur tropo quodam haud  
infrequenti. In portis enim munitiones ferè fortissim  
me sunt. Sic accepisse ecclesiam uidetur Paulus, quū  
dicit Gal. 1. Persequutus sum ecclesiam dei: hoc est  
fideles ipsos, & in Christum credentes. Nam Pau-  
lus non templum aliquod, nec specialem aliquam  
turbā Christianorū, sed promiscue eos legitur adfli-  
xiſſe quicunq; Christo nomen dederant, Phil. 3.

Hanc ecclesiam graphicē depingit Paulus Hebr.  
12. Non enim accessistis ad montē, &c. sed ad mon-  
tem Zion, & ad ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem  
cœlestem, & ad innumerabilium angelorū cœtum,  
& ad concionem primogenitorum, qui conscripti  
sunt in cœlis, &c. Hic intelligimus, eos qui in Chri-  
stum credunt, seu per fidem ad deum accedunt, lo-  
co primogenitorum censeri (non corporaliter qui-  
dem ut Esau, Ruben, & Manasse, qui se primogeni-  
tos iactabant, quum essent repudiati & in ipsis gēs  
Iudaica) sed nomina eorum in cœlis scribuntur, &

deo uidelicet cogniti, & in numerum accetum angelorum adscripti. Quotquot ergo ab initio mundi Christo unquam crediderunt, quotquot item crediti sunt usq; ad finem mundi, adducuntur Christo, ut sponsa ornata viro suo, Ephes. 5. 2. Cor. 11.

Ex 5. cap. Ephes. simul discimus quanta charitate complexus sit Christus ecclesiam suam, & quae sit ecclesia. Omnes scilicet qui per baptismū & uerbum uirale abluti, Christo inseruntur & in Christo capite manent. Hæc ecclesia neq; maculam habet neq; rugam, sed inculpara est, in qua nemo quidquam

**Locus ecclæ, que in terris est.** reprehendere potest. Si queris ubi sit hæc ecclesia? Respondemus eam esse sparsam per uniuersum orbem: nam ubiq; sunt Christo credentes. Quandoquidem uero fidelium & credentium congregatio est ecclesia, interrogare quis posset, ubi tandem conueniat: ubi congregetur? Respondemus, hic per spiritum dei in una spe congregatur: alibi re ipsa & uere apud deum. Quis hanc ecclesiam nouit? Solus deus. Sed quid de Papa, Cardinalibus et Episcopis, qui concilio congregato coeunt, an non & ipsi sunt ecclesia? Respondeo, membra duntaxat sunt huius ecclesiae, siquidem Christo credunt, & eum pro capite suo agnoscunt: si non credunt, ad ecclesiam non pertinent, tam abest ut sint ipsi ecclesia. Sed representativa sunt ecclesia, inquis. De ista in scripturis sanctis nihil inuenio, ex hominum commentis fingere quisquis potest quod liber. Nos scriptura nimirum sacra, contra quam nec tu quidquam tentabis si Christianus es.

Capitul

11

**C**apitul secundo ecclesia pro peculiaribus con- Ecclesia  
gregationibus, qui ad auditionem uerbi, ad cōmu- pro peculi  
nionem sacramentorum commodè in aliquem u- ari congrega  
num locum conueniunt, Greci *ταρπονίας* uocant. De gatione:  
huiusmodi ecclesia Christus loquitur Matth. 18. Si  
eos non audierit (testes scilicet adhibitos) dic eccle-  
siæ, non catholicæ illi aut uniuersali : nam quis illā  
(quæ solo spiritu coit) congregaret? quis illi peccan-  
tem, ut excluderetur, indicaret? Sic Paulus nomine  
ecclesiæ uitetur 1. Cor. 1. quum dicit: Ecclesiæ quæ est  
Corinthi. 1. Cor. 14. Mulieres in ecclesijs, in cōuen-  
tibus publicis taceant. At peculiares istæ ecclesiæ o-  
mnes, membra dntaxat sunt uniuersalis ecclesiæ  
quæ est sponsa Christi. Vna enim dntaxat est eccl-  
esiæ. Porro ecclæa etiæ capitul pro omnibus his qui  
Christo nomen dederunt, quiq; intra cœtum Chri-  
stianorum uersantur & uictitant, etiam si re uera pa-  
rum sint fideles. Sæpe enim infideles & mali sunt Ecclesia est  
in ecclæa, quos tamen non agnoscimus, donec fru- terna non-  
ctibus se produnt. De hac Christus Matth. 13. pul- nunquā ins-  
chris parabolis differit. Tolerat autem deus semen-  
tem ex tritico & lolio surgentem, usq; in diem mes-  
sis: quin etiam iubet, ut utrumq; finamus crescere, ser-  
uata tamen grauum quibus abiectio, & leuiū quis-  
bus uenia tatis per debetur ratione. In ecclæa Chri-  
sti Iudas, in ecclæa apostolorum Simon Magus &  
Ananias, Alexander ærarius, & cæteri hypocritæ &  
nequam fuerunt.

Vna ecclæa

*Sponsa Christi, ecclæa catholica.*

Supra licet satis testimoniorū adduximus, addū

d 2

Sponsa.

cemus tamen adhuc unum testimonium, quod eccl<sup>a</sup>lesia sit sponsa Christi. Apocal. 21. clarissimè de hac sponsa loquitur: Vidi, inquit, sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendenter de cœlo à deo paratam sicut sponsam viro suo, &c. Ostendit his uerbis Ioannes ecclesiam non sua natura esse sponsam Christi, sed à deo paratam esse.

**Catholica.** Catholicum uniuersale est. Ecclesia ergo dicitur catholica, id est uniuersalis. Roma hoc sibi iam multis saeculis arrogat, quod ecclesia sit catholica & Christiana. Hanc falsam præsumptionem adiutavit theologi, ut etiamnum hodie illud adfirment. Ignorant enim catholicum quid sit, an herba an malleus.

Sed ecclesia quæ spiritu dei in unum corpus coit sponsa Iesu Christi, cum capite suo Christo uocatur catholica Græcis: atq[ue] has duas uoces Latini à Græcis mutuati sunt, quibus & haec tenus utūt ut p[ri]js.

*Sanctorum communione*  
Obseruandum et hoc, Rufini tempore trecentis quinquaginta annis post Christū, hæc uerba (*Sanctorum communionē*) in symbolo non fuisse, quorum ipse, tametsi symbolū ex ordine explicet, mentionem nullam facit. Adparet ergo hāc particulam à p[ri]js adiectā esse, ut explicaret quid esset ecclesia catholica: nēpe sanctor[um] cōmunio. Huiusmodi em uoces, Ecclesia catholica, à quibusdā uel nō intellectae, uel falso interpretatae sunt, ex quo uel error uel contentio statim nasci potuit. Hic accessit uir aliquis pius interpretandi gratia adiiciens hanc particulā, *Sanctorum communionem*: quæ quū primum in margine

margine esset adscripta, facile in cōtextum irrepfit. Vt cunque autem id sit factum, gratia intrepretandi Gr̄cas uoces factum esse constat, simulq; ut ansa pr̄teriperetur illis qui regnandi cupiditate ecclesie catholicae nomen sibi falso usurpauerant. Sed sancti hic non diuos (ut quidam falso autumant) sācti qui sed integros & bonos homines significant, ut pote fideles. Rom. i. Ephes. 3. 6. Pro omnibus sanctis orate & pro me, &c. Sed alijs in locis hoc fit manifestum. Latinis sanctum integrum significare iuvenialis testatur, ait enim, Egregium sanctumq; ui-  
rum dum cerno.

Sic communio sanctorum hic nihil aliud signifi- Communio  
sanctorum.  
cat quam cōtum aut congregationem fidelium, nempe Christianorum, qui sancti in Apostolicis Actis & literis adpellātur. Refellitur ergo error eorum qui hac particula proprium & peculiarem articulum constituentes, diuos & qui hinc in perpetuam uitā migrarunt per sanctos intelligunt. Nam hoc absurdum esse sequens articulus de uita æterna ostendit. Non enim consentaneum est eandem rem duobus articulis comprehēsam aut expressam esse. Hæc ergo particula expositio est illius quod præcedit, ut sit sensus: Credo esse unam ecclesiā catholicā spōsam Christi, quæ aliud nihil est quā sanctorū cōmunio, id est fidelium cōtus & congregatio.

Ex quo deinde patet, etiam si omnes Episcopi si- Omnia ep̄  
scoporum cō  
gregatio,  
Ecclesia dī  
ciō potest  
mul conueniant, hunc tamen cōuentum ecclesiam non esse quam nos uera fide fatemur & credimus. Nam ea est omnium fidelium cōgregatio, quæ hic

uisibiliter nunquam conuenit, nisi spiritu, fide, spe,  
& charitate, apud deum tamen aliquando collige-  
tur. Quicunq; ergo in uera & syncera fide sub uno  
capite Christo ut membra non colligantur, in eccl  
esia catholica aut Christiana nō sunt. Nam una dun  
taxat est ecclesia, quemadmodum unus deus & u  
num baptisma.

**Qui sunt in ecclesia.** Hic si se quisque diligenter exanimauerit, facile  
sciet an in ecclesia sit an id minus. Nam si omnem

- 1 spem et fiduciā in unicū deum per Christum habet,  
in ecclesia est, id est in cœtu & cōgregatione omniū  
sanctorum. Si enim habet unicam & puram Chri  
sti fidem, spiritum nimirum habet dei, qui ut uni  
cū est, ita nō potest duplēcē fidem cuiquam inspi  
rare. Quicunque ergo in uno spiritu reēte credunt,  
unam imō unicam spem & fidem in unicum bo  
num (quod per spiritū edocēti sunt) habeant neces  
se est. Rursus qui creaturis fidunt, in cœtu sanctorū  
nō sunt: nō enim habent unicum illud bonū quod  
spiritu dictante menti fidelī inditur: hoc est deo nō  
fidunt, deo summo & unico bono non nituntur,  
sed inconstantibus, fragilibus & fallacibus homini  
bus. Nam quum quærēs cui nam fidant uel maxi  
me, aut qua tandem ratione sibi salutem parari pos  
se putent? Respondent se credere patribus: deinde  
salutem hinc nanciscantur, dum in sancta Roma  
na ecclesia constanter perseuerent. Ab his si queras,  
credant' ne uerbo dei, habeant' ne maiorem fidem  
uerbo dei quam patribus? Respondent stulti se uer  
bum dei sine patribus ne intelligere quidem posse,  
nec

nec posse se uerbo dei fine patrum & ecclesiæ adprobatione credere. Quum igitur apud patres doctrinam à Christi doctrina alienam inuenimus, & tu patribus credis, necessario consequitur te in ecclesia dei haudquaquam, sed in ecclesia patrum esse.

Hic obiciunt, unienda esse membra ecclesiæ per patres congregatos. Minime respōdeo, sed per uerbum dei quod unum & unicum est. Nam si patres Arrium cæterosq; hæreticos non superassent uerbo dei, frustra fuisset patrum contra eos contentio. Sed clara & rectè intellecta scriptura contra eos pugnantes, facile uictores & superiores euaserūt. Quandoquidem igitur omnis nostra intelligentia ac scientia à uerbo dei pendet, quid opus est concilijs & patribus hanc referre acceptam? Si uero patres & concilia præter aut contra uerbum dei scripturæq; sacrae sensum statuunt, pronunciant aut præcipiunt, homines ut ab illo pendeant, utq; illo nitantur, quomodo audent appellare? Sed fortasse dī sunt. Non sumus dī, inquiunt, sed rite & in spiritu sancto congregati repræsentamus ecclesiā, immo ecclesia repræsentativa sumus. Ad hæc respondeo. Primum, spiritū sancto uos congregatos esse tunc persuadebitis ut credamus, si uerbum dei omnium decretorū uestrorum ducem & præitorem esse finitis, silucernam uerbi dei in loco obscurō præeuntem fueritis sequuti, si contra expressum uerbum dei nihil statueritis, si scripturæ magisterio cesseritis, si scripturæ iudices non sitis.

2 Secundo, si statuta & decreta uestra ad uestri humili  
ationem, ad abolitionem traditionū humanarum,  
ad glorificationem uerbi dei, ad gloriam solius dei  
tendunt, argumēto nobis erit uos in spiritu sancto  
coiſſe. Quod si sensum capitis uestri pro regula sta  
tuentes, hoc unum agitis ut nemo uobis repugnet,  
ut uestra gloria augescat, uestrum nomen uehatur,  
res uestræ nusquam sint accisa, ut nihil uobis dece  
dat, ut fastu turgeatis, ut late dominemini, ut impe  
rium uobis in inferos & superos uendicetis, spiritu  
illo uos præditos putabimus, qui sues Geraseno  
rum in mare præcipites dedit.

**R**epræſenta- Deinde quod ecclesia ſitis repræſentatiua libenter  
tiua ecclē- credimus, uera enim non eſtiſ. Sed oſtendite quaſo  
ſia. unde uobis hoc nomen? quis hoc nominis indidit?  
quiſ coēundi & conſpirandi uobis potestatem de  
dit? quiſ cōdendi canones & decreta uerbo dei diſ  
ſimilia, uobis ius fecit? quiſ utiſta humeris hominū  
imponeretis permifit? quiſ conſcientias ut ſic graua  
retis uobis persuasit? ut diceretis bonum malum, &  
malum bonum quiſ iuſſit? Hypocrita ergo ecclē  
ſia eſtiſ, quaſe ſolidi nihil habet, ſed piēta & conficta  
omnia: ſed non eſtiſ ecclesia illa ſponsa Christo di  
gna, quaſe ſola ueritate & ſpiritu dei nititur. De hiſ  
dūrāxat loquor qui tales ſunt, cæteris qui ſe ſub ſcri  
pturas non ſupra ſcripturas ponunt, ſcripta mea ni  
hil oberunt. Si cui uideor nimis temere hac in re  
loquutus, uideat ipſorum canones & decreta di  
ſtinct. 8. & 9.

Quod Christus caput ſit ecclēſiæ, ſatis abunde  
eſt

**E**st probatum in superioribus. Qui Papam caput ecclesiæ faciunt, sine scripturis agunt, & suis ipsorum telis confodiuntur, dist. 99. primæ, & sequentibus. Quibus ergo pœnis digni sunt tyranni, qui se non solum sacerdotum principes & summos pontifices nominant, sed insuper se reges & imperatores omnium faciunt.

## ARTICVLVS IX.

*Quemadmodum membra corporis sine administratione capitum nihil possunt: sic in corpore Christi nemo quidquam potest sine capite eius Christo.*

**P**rima pars huius articuli similitudo est, ex qua posterior consequitur, non quidem quod post probant, <sup>Similitudines nihil</sup> sed docent. **A**sterior ex priori uim suam & similitudinem accipiat, sed quod similitudo non nihil intelligentiae adferat apud simplices. Neq; enim potest ulla similitudo aliquid probare, nisi scriptura sacra accesserit, licet docere possit commode.

Prior pars manifesta est omnibus, posterior forfasse non item, sed probatur ex capite 15. Ioan. Ego sum uitis, uos palmites, &c. Sine me nihil potestis facere. Act. 17. In ipso uiuimus, mouemur & sumus. Qui ergo aliquid præcipit, decernit, statuit aut facit non ex Christo, huius opus mortuum est & plausibile inutile, immo temeritas est & audacia.

Deus est inquit Paulus Phil. 2. qui operatur & uelle & perficere pro sua bona uoluntate. Spiritus

sanctus dux est nostræ uoluntatis, & idem absoluimus opera nostra.

## ARTICVLVS X.

*Quum membra absq; capite aliquid operantur, ut dum se  
se lacerant aut perdunt, demes est homo: Sic dum membra Chri-  
stis sine capite Christo aliquid tentant, insana sunt, se se grauant  
& perdunt imprudentibus legibus.*

**H**ic ferè omnia clara sunt, præterquam quod illi  
sunt dementes qui se se imprudentibus legibus  
**L**eges im- grauant. Hic ergo dicendum quæ sint leges impru-  
dentes. dentes: quæ scilicet ex hominibus natæ sunt, qui ex  
se quod bonum sibi uidetur comminiscuntur, nec  
attendant quid Dominus Deus loquatur. Quidqd  
enim bonum est, à deo originē habeat necessitatem, la-  
cob. 1. Item Osee 14. Fructus Ephraim ex me inuē-  
tus. Rursum quæ à nobis inueniuntur, stulta sunt  
& uana, Eccl. 1. Hier. 10. Christus filius dei omnes  
Match. 11. ad se uocans, dicit: Venite ad me omnes qui labora-  
tis & onerati estis, ego reficiam uos. An ergo non  
audax est stultitia & stulta temeritas, si nos diuer-  
sum clamemus, nempe, Romam curre, Aquisgra-  
num pete, redime literas indulgentiarū, inunge pa-  
rietes, da tantundem monachis, offer sacerdotibus,  
monachas sagina (quid infinita prosequar?) hæc si  
feceris peccatis absoluam, sic homo peccator homi-  
ni peccatori promittit?

**H**uiusmodi nugas uanas & friuolas hominibus  
impru-

imprudentibus præscriptas scimus, omisso interim  
opere dei, idq; contra prohibitionē Christi Matth.  
24. ubi Christus uolens illa cauere, sic loquit: Quod  
si dixerit seruus ille malus in corde suo, Cunctatur  
dominus meus uenire, cōperitq; percutere conser-  
uos, imo edere & bibere cū ebris, ueniet dominus  
serui illius in die quo non expectat, & hora qua i-  
gnorat, & dissecabit eum, partēq; eius ponet cū hy-  
pocritis. Hanc sententiā Christi, quū legunt insolent-  
es Episcopi, quin tota otiosorum (quos religiosos  
uocant) caterua, quid quæso cogitant? Quid inquā,  
quum animaduertunt se omnis uere Christia-  
nis oneri esse, ipsi interim sine fine insolentes & lu-  
xu perditū esse pergunt? Quum audiunt se à iudice  
deo (Hæc enim pœna est proditorum) dissecandos,  
puniendosq; cum hypocritis? idq; non immerito,  
quandoquidē ipsi unius cōcordisq; spiritus scriptu-  
ram audacter secant, duplicitatēq; in ea inueniunt.  
Certū est tales (nisi illico doleant ac resipiscāt) impī-  
os esse & incredulos. Nā si uerbo dei crederent (ut  
sunt homines mollissimi et crucis impatientissimi)  
diligenter sine cunctatione tam graui pœnæ puris  
precibus & uitæ innocentia occurrerent. Quod dū  
non faciunt, insanos esse quis dubitat?

An non Christus idem in scribis & pharisæis gra-  
uiter increpat Matth. 23<sup>o</sup>? O nera, inquit, grauia acim-  
portabilia humeris hominū imponitis, que uos ne  
digito quidem attingitis. Quid ad nos, inquiunt,  
quod Iudeis loquitur Christus? Sed quum hæc in  
ueteri testamento, in quo multum adhuc extenorū

Contra tradi-  
tionū au-  
thores,

operum & ceremoniarum est, à Christo damnantur, quanto minus in nouo locum habere debent? Si ergo (quod scribæ & pharisei faciebant) oues Christi degrauabimus peccato, similes Iudeis, nemō dubitare potest eidem pœnæ nos quoq; obnoxios fore, quam ipsis interminatus est Christus. Petrus quoq; non uult ut discipulis Christi huiusmodi onera imponantur, Act. 15. Quid tentatis deum, inquit, ut imponatur iugum super ceruices discipolorum, quod neq; patres nostri neque nos portare potuimus?

**Tentare deum quid?** Tentamus ergo deum, quum nostra prudentia aliquid excogitamus, quod ouibus Christi, imò ipsi deo obrudimus, expertuti uidelicet, nugæ nostræ sint ne placiturae summo numini. Hoc uere Antichristianum est, contra deum, imò supra deum secessare, quod de Antichristo Daniel, & ex eo Paulus uaticinatur, Dan. 11.2. Thes. 2.

**Quid per traditiones hominū intelligat.** Sed quum de traditionibus & præceptis hominum loquor, non intelligo de his quæ magistratus pro re nata reipublicæ cui præst decernit, sed de his quæ pontificij excogitant, ac si his seruatis homines quoq; seruarentur, neglectis damnarentur, ut sunt indicta ieunia, litaniæ quibus crucibus & signis circumirent, boatus templi, suffitus, lotiones aut aspergines aquæ benedictæ, cuculli, raus uerex, simulare cœlibatum & continentiam, sacerdotia emere ac uendere, indulgentias redimere, tēpla ac sacella extiruere, eaq; uaria pictura exornare: & huius generis plura, quorum quedam ex diametro cum

cum Christi doctrina pugnant, quædam fortassis ferri poterant, si quam minimum his homines ute-  
rentur.

An ergo insania non est Christianum populum hisce traditionibus usq; premere & in seruitutē adi-  
gere, quæ nec deo gratae, nec ad salutem utiles &  
necessariæ sunt, sed magis impediunt? Impediunt  
autem quod simplices illis fidunt, interim uolunta-  
tem & uerbum dei negligentes.

## ARTICVLVS XI.

*Colligimus hinc, Ecclesiasticorum (quos uocant) traditio-  
nes & leges, quibus fastum, diuitias, honores, titulos, legerū  
suas fulciunt & defendunt, causam esse omnis insanie, nam  
capiti Christo non consonant.*

**H**O C esse uerum quod dixi, nemo negabit, ni-  
si is cui nulli sunt oculi. Quid enim aliud da-  
mant quam, patres, traditiones, ueteres non omni-  
no stulti? &c. Hos inquam defendunt, de Christo  
parum aut nihil curantes: in causa est, quod traditio-  
nes eorum capiti Christo non consonant.

Sed hic clamant, Ostende, inquiunt, ubi patrum  
aut ecclesiæ traditiones cū Christo pugnant? quod  
dum fit recedemus ab ipsis. Sed dum luce clarius o-  
stendimus, uile eis est quidquid ex uerbo dei depro-  
mitur. Doctrinam uero suam glossis & interpreta-  
tionibus fulciunt, ut mundo persuadeant meliora  
esse quæ ipsi comminiscuntur, quamquam quæ deus re-

quirit. Sed age recensebimus quædam, quibus demonstrare conabimur quomodo hominum traditiones cum uerbo dei pugnant.

**T** Antithesis Christus (ut ex superioribus patuit) unicum & eternum caput est ecclesiæ suæ. Homines uero Papæ dicunt esse caput ecclesiæ. Sed glossam adhibet pontificij. Vicarius, inquit, est Christi. Quærimus ergo, Quis hunc uicarium instituit? Aut quid opus uicario, quum Christus sit nobiscum usque ad consummationem seculi? Christus deus, est lux illa æterna, quæ illuminat omnē hominem uenientē in hunc mundum: quem uero Papa illuminat? Sed fortasse manus Christi abbreviata est, ut amplius ad omnes partes mundi non possit extendi, & hanc ob causam homo infirmus & mortalis uicarium locum occupat, scilicet.

**Lucæ 12.** 2. Christus uerat suis ne more terrenorum princi-  
Papa domi pum imperitent hoc in mundo. Homo contrari-  
nus domino um docet, Papam uidelicet esse dominum domino-  
rum prælatū omnibus regibus, & principibus hu-

**Extra na-  
gan. super** 3. ius mundi. Deinde episcopos esse principes, & omnia esse in manu ipsorum.

**gentes , 12.** 3. Christus dicit, Omnes credentes à deo doctos q. i. c. duo. esse, Ioan . 5. Homo docet, Omnem doctrinam 96. dist. c. Constanti- (etiam dei) à concilijs examinandam esse & adpro- bus.

bandam.

4. Christus dicit: Qui in me credit, habet uitam æternam. Hominum prudentia reclamat, ita enim fore, ut nihil bonorum operum ab hominibus sit. An non prudentior & sapientior ipso Deo sibi uidetur

uidetur homo, quū putat per prædicationem fidei bona opera abolerit: quasi Christus dum hæc loque retur (Qui credit in me, habet uitam æternā) perim prudentiam & linguae lubricitatem lapsus sit.

5 Christus frustra se coli dicit hominum traditionibus & mandatis. Humana sapientia nulla re magis fudit, quam cucullis, boatibus, signis, & huiusmodi nugis & friuolis rebus ab hominibus ex cōgitatis.

6 Christus quū ad prædicationem Euangelij dī scipulos suos amandat, iubet ut ab ipso toti penderant, neq; peram, necq; marsupiū secū ferant: & quod gratuito acceperint, gratuito communicent. Homo Dan. 11: non permittit ut prædicetur Euangeliū, nisi prius ab eo emas, nihil dat absq; parata pecunia, ne id quidem quod solus deus dare potest. Nulla religio unī quā tot diuitias corrasit, impudentius retinuit quā eorum quos Ecclesiasticos uocant.

7 Christus docet, ne patrē uocemus nobis super terrā, unus enim sit pater noster in cœlis. Homo infinitos sibi patres inuenit, infinitas sectas & factio nes excogitauit, quorū gloriā & nomen maiori studio promouet & defendit quam ipsius dei: imo, sic uindicant patrū traditiones stulti homines, ut interim legem dei negligant & irritam faciant.

Hæc ex multis produxi, ne perpetuo simplicibus imponat, corā quibus traditiones suas Euangeliō aduersas nō esse affirmare audēt. Cur uero septem? Quoniam eorū iura ad cūsationē contra presbyterū non recipiunt, nisi accedant septem testes.

*Quæ sit vera tumultus causa.*

Iam probatum puto, tumultus hodierni causam esse insanias hominum traditiones, quorum abolitionem (quæ per uerbum dei fit) dum non ferunt, ad tumultum se conueriunt. Hoc & Esaias indicat nono capite, nullam uiolentam prædationem esse sine tumultu. Hypocritæ deprædantur & deglubunt populum Christianum, aduentante Christo, per Euangelijs prædicationem, perit (ut Iob inquit) spes hypocitarum, mox incipit tumultus: nam Christus sui non est dissimilis. Ut natus sit parvulus & humilis, filius tamen dei est & admirabilis consiliarius, fortis deus, & hisce nouissimis temporibus pater, et princeps pacis. Roborabitur autem regnum eius, & pacis eius non erit finis. Sic superat & uincit iugum oneris populi sui, & uirgam quod humeris eius imponunt hypocritæ, & sceptrum exactoris. Neque hypocritæ ab ingenio suo recedunt: si unaquam restiterunt deo, & hodie resistent. Nec Christum quantumuis magnum uerentur, quem non persequi modo, sed cum Caiapha & Iudeis occidere & totum perdere audent. Sed uincet tandem Christus, dum ipsi interim cum misera Hierusalem miserè prosternuntur & perduntur.

## ARTICVLVS XII.

*Adhuc ergo insaniant, non pro capite, quod per gratiam dei p̄i omnes summo studio conantur erigere, sed quod nō permittuntur insanire & furere. Volunt enim p̄i soli capitii Christi auscultare.*

Hoc

**H**oc articulo ueluti digito causam indico cur  
insaniant, non scilicet pro capite Christo (tam  
etsi strenue clamant, Proh deum atque hominum  
fidem, an sic in ecclesia Christi agere conuenit?) sed  
pro cista (si penitus introspicias) solicii. Christia= Pontificio-  
nam ecclesiam (hoc in lgo) potentiam, diuitias, fa- rum Eccle-  
stum, & uoluptatem quibus nituntur & fidunt, in= sia, ec  
telligunt, horum gratia gemunt & lachrymas fun= ..  
dunt. Si Christus eis cordi esset, si hunc toto pecto-  
re desyderarent, sic quererentur: Vnde nobis, unde no-  
stræ ingratitudini, Deus pro nobis miseris & pec-  
catoribus indignis ex immensa sua bonitate filium  
suum unigenitum dedit in mortem. Nos uero hac  
gratiā non agnoscimus, & tantis beneficiis in-  
grati sumus. Exhibuit autem nobis tantam gratia-  
m, ut nos in amorem sui traheret, & quodammo-  
do cogeret, ut accenso in nobis igne charitatis ope-  
ra bona sponte in nobis fluerent, non coacte, ut ex  
amore erga ipsum propter gloriam nominis sui o-  
mnia operaremur. Sed proli dolor, uerbum eius sa-  
lutare apud nos nullam fidem meretur, in gratum  
est nobis quidquid ueritas æterna loquitur. Huius  
rei causam aliam nullam adferre possumus, quam  
quod ipsum non agnoscimus, & gratiam eius ig-  
noramus. Quo sit manifestum ex deo nos haud  
quaquam esse. Huiusmodi, inquam, & similibus  
querelis uterentur illi, si pro capite Christo anxij **Goupr.**  
essent. Non ergo capitum sed poculi gratia gemunt, **Kopff.**  
ut solent tumultatæ uenulæ.

Altera pars articuli superioris, per Euangelion ui

Doctrinam delicer caput Christum reduci, idq; hac nostra tem-  
Euangelij pestate, notis quibusdam manifesta fit. Omnis spi-  
ex deo esse i. Ioan. 4.

1

ritus (inquit Ioannes) qui confiteretur Iesum Christū  
in carnem uenisse, ex deo est. Statim subdit, Anti-  
christi (id est hostes & aduersarij Christi) ex mundo  
sunt, & ideo ē mundo loquuntur, & mūdus eos au-  
dit. Quum ergo hac tempestate gloriam & gra-  
tiā domini nostri Iesu Christi, tam anxiē promoue-  
mus & in lucem ē tenebris traducimus, fatis fit ma-  
nifestum nō ex mundo nos loqui ut solent Anti-  
christi. Hęc ergo doctrina de gratia domini Iesu ex  
deo sit oportet, nam deo loquitur et docet. Nam  
quod de terrenis rebus docet, de terra sit necesse est.

2

Secunda nota, doctrinam huius temporis esse  
ex deo, est, quod omnis doctrina huc spectat, ut  
nos deūciamur & humiliemur, solus deus sublimis  
& excelsus sit.

3

Tertia nota, quod homines docentur soli deo fi-  
dere, nam is neq; mentiri neq; fallere potest.

4

Quarta nota ex studio auditorum sumitur, qui  
turmatim ad auditionem uerbi dei irruunt (etiam si  
uehementer ab impijs eam ob rem culpantur.) Re-  
gnum enim dei (seu uerbum dei) ui rapitur, Matth.  
11. Amarum quidem est & mordax, propter castiga-  
tionem qua in scelera inuehitur uerbum dei, sed  
propter consolationem quam certissimam habet  
dulce est & iucundum: adfert enim secum succum  
spiritus coelestis, ut est Esa. 55. Audite me, inqt deus  
per prophetam, comedite bonum, & pinguibus de-  
lectabitur anima uestra. Inclinate aurem uestram,  
& ues-

& uenite ad me, audite & uiuet anima uestra, feriamq; uobiscum fœdus æternum misericordias Dæuidis fideles, id est ueraces & certas.

Sed dum uerbo dei puro & syncero homines stu-dēt, querulantur qui uerbum suum magno uenderere non possunt. Ad hunc indicem si doctrinæ omnes explorantur, facile subodorari quiuis potest quem quæq; odorem referat.

## ARTICVL VS XIII.

*V*erbum dei quum auscultant homines, pure & sinceriter uoluntatem dei discunt. Deinde per spiritum dei in deum trahuntur & ueluti transformantur.

Prior pars huius propositionis clara est. Nam ubi posset homo uoluntatem dei exactius discernere quam in ipsis uerbo?

Altera pars, hominem uidelicet per spiritum dei in deum duci & transformari, scripturis facile manifesta fiet. Nemo uenit ad me (inquit Christus Ioannis 6.) nisi pater meus traxerit eum. Rursus Ioannis 12. Quum uenerit spiritus, docebit uos omnem ueritatem. Carnale uero quod nobis agnatum est, tum in deum transmutatur, quum Pauli uerba uere dicere possumus, Viuo ego, iam non ego, sed uixit in me Christus, Galat. 2. Tametsi enim nos, qui in Christo sumus, donec hic in carne uersamur quotidie peccamus, fides tamen in Christum saluatorem indubitate efficit, ut nihilominus

Christus in nobis uiuat. Nam qui spiritum Christi habet, Christi est. Rom. s.

*OCCUPAZIO.* Neç est quod hic cum fidei ignaris obijcias, hoc pacto homines fieri peiores, & ab operatione bonorum operum alienos. Nam ubi Christi spiritus est, illic bona opera fieri ne dubita. Sed hic modicatem & infirmitatem fidei tuæ discis, quum more infantium scamno tantum, hoc est rationi tuæ nimis, deo neque præbere manus, neque ducendum te uis committere. Pendes adhuc ab elementis huius mundi, & à traditionibus humanæ prudencie.

, , Quod si dei esse cupis, ab ipso solo totus pende,  
 , , te totum ei committe, sine ut ipse solus gubernet &  
 , , dirigit uitā tuam, ipse solus suppeditet tibi uitæ ne-  
 , , cessaria, ipse solus moderetur & regat omnia consi-  
 , , lia tua: in summa, ipse disponat omnes res tuas, sic

*CUR SUOS* uiuet in te deus. Quod si ex infirmitate & imbecil-  
 peccare per litate carnis aliquando peccas, fit hoc permittente  
 mittat dominus do- domino ut fiducia tua in deum instauretur, renoue-  
 minus. tur et corroboretur. Omnia enim electis ad bonum  
 cooperantur, etiam peccata, Rom. s.

Sic ad deum trahi & in ipsum transformari oportet, ut nosipso totos euacuemus, expurgemus & ab negemus, nostris cogitationibus & operibus penitus nihil tribuamus, nihil fidamus, sed toti à deo pendentis, in hunc unum spes nostras cōiçiamus, hoc enim pacto in deum transformamur. Opus enim hoc non carnis est, sed spiritus dei.

AR.

*Summo igitur studio hoc unum in primis carent omnes Christiani, ut Euangelium Christi unice & sinceriter ubique prædicetur.*

**Q**uem per Euangelium homo tam certò dicit se nihil esse, scq; sine deo nihil posse: cōtra uero deum tam uidet clementē, ut proprio & unigenito filio suo nobis pro pignore salutis dato, uiam monstrarit, qua nobis ad se aditū patefecerit: cōsequi necesse est, ut hominibus nihil utilius prædicetur, quād id in quo sit certa salus. Id uero Euangelion est. Et Christus unicū illud prædicti iussit, idq; omnibus creaturis, Mar. 16. Matth. 24. Euangelium uerbi dei, certum istud nuntium regni dei, prædicatur in toto orbe in testimonium omnibus gentibus. In baptismo Christi & quum in monte coram discipulis suis transformaretur Christus, pater eum nobis commendans, ait (uoce de cœlo delapsa:) *Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, aut in quo sum placatus, hunc audite. Non dicit, alium audite: non dicit, patribus auscultate: non dicit, philosophos audite, sed hunc, nempe Christum. Euangelium ergo solum prædicandum.*

*Qui credit Euangelio, saluus erit: qui non credit, condemnabitur. Nam in Euangelio omnis ueritas clarescit.*

Duo sunt  
Euangelij  
fructus.  
a. Salus.

**D**VOS HIC FRUCTUS OSTENDO, PROPTER QUOS EUAN-  
GELIUM IN PRIMIS COLENDUM SIT. ALTER, QUOD  
CREDENTES PER EUANGELIUM SALUANTUR, HI SCILICET, QUI  
IN CHRISTUM OPTIMUM & EXCELLENTISSIMUM BONUM  
OMNEM FIDUCIAM PONUNT, QUEM PATER NOBIS EX GRA-  
UITA BONITATE DONAVIT, UT SIT SALUS NOSTRA. CONTRA,  
QUI CHRISTUM SALUTEM SUAM NON AGNOSCIT, IN HUNC  
OMNEM FIDUCIA NON COLLOCAT, CONDEMNABITUR. HOC  
NOUISSE, HOMINIBUS UTILE EST, UT DAMNATIONE CAUEAT.

2. Veritas.

ALTERUM FRUCTUM IN HOC INDICAMUS, QUOD OM-  
NIS UERITAS IN EUAGELIO CLARESCIT. SI UERITATIS SUMUS  
CUPIDI, HANC NUSQUAM CERTIUS QUAM IN CHRISTO DI-  
SCEMUS, QUI UERITAS, VIA EST & VITA, IOAN. 14. APUD  
HOMINES UERITATEM REPERIRE HAUD LICET, UTCUNQ; HAC  
QUIDAM UENDITENT, OMNIS ENIM HOMO MENDAX,  
PSAL. 115. ROM. 3. QUM ERGO OMNES HOMINES SUNT  
MENDACES, QUOMODO APUD EOS UERITATE QUAREMUS?  
AUT QUID UERITATIS AB IPSIS SPERABIMUS?

Cur iudi-  
ces supra  
scripturam  
nulij adiicit  
tantur.

ET HAC CAUSA EST, CUR NOLIM CUIQUEM HOMINUM  
PERMITTERE IUDICIUM SUPRA SCRIPTURAS, QUOD UHE-  
MENTER ABSURDUM ADUERSARIJS MEIS VIDETUR. QUI SI  
MIHI HOMINEM OFTENDERINT, QUI UANUS & MENDAX  
NON SIT, LIBENTER ILLI CREDAM. QUOD DUM NON POS-  
SUNT, CUR ILLIS SENSUM SCRIPTURÆ CREDIDERIM QUI SCRIP-  
TURAM SACRÄ PRO AFFECTIBUS SUIS UOLENTER TORQUET?

*Sed dico uero* Contra, quum perspectum habeam solum deum,  
*et hinc adhuc esse ueracem*, cur non ab eo totus pendeam? cur no-  
t illius uerbo nitar? cur non ab hoc uno magistro di-  
scam? Verax est & fidelis, pollicitus est se daturū no-  
bis quidquid ab eo postulauerimus. Iacobus à deo  
docet

docet petendum, si cui desit sapientia, is enim det omni bus abunde & nemini exprobret. Rogabo ergo fontem omnis sapientiae, is rite me docebit. Ioannes quoque prioris Epistolæ cap. 2. dicit non esse necesse ut quisquam nos doceat, uerax enim est se quod uinctio ipsa de omnibus nos docet, neque est mendacium.

Ex hisce locis firmamenti satis puto habere me, cur nolim iudicium scripturarum hominibus esse committendum. Me uero sacræ scripturæ iudicio libenter submitto, quæ uera est & fallere non potest. Atque hi soli ueritatem cognoscent, qui toti à uerbo Christi pendent, quod Christus Ioan. 8. his uerbis docet: Si in uerbo meo manseritis, uere discipuli mei estis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberos uos reddet. Hoc idem superius quoque satis manifeste ostensum est, uerbum & mentem dei à nullo hominum, sed à solo spiritu dei percipi posse: nam in hoc solo certus & firmus fit homo, Ioan. 3. Qui acceperit eius testimonium, obsignauit (hoc est, certus factus est & indubitatus, confirmantur enim sigillo literæ) quod deus uerax est.

Certitudo ergo dei non ab hominum iudicio, sed à solo deo uenit. Quisquis ergo deo credit, & solidi deo certo & indubitato credit ac fudit, is iam certus est & firmus deum esse ueracem: adeò inquam firmus ac si literas haberet sigillo confirmatas. Is quoque audit & examinat quidquid pro ueritate uendit homines, aut quidquid se pro ueritate contra hominibus uendit. Quod si in Euangelio

suo, id est in ea doctrina quam dictante spiritu ex gratia dei accepit, inuenit, non iam primum accipit aut probat, sed antea tam clare doctus & illustratus est, ut nihil accipiat quam id quod per Christum deus docet. Et si quando homo quod dei est loquitur, non homini uerbum suum probat fidelis, sed dicit: Hoc credi debet, nam dei est. Sic homini pio in Euangeliu clara & manifesta fiunt, dum scilicet Christo inconcussa fudit. Spiritus enim dei testimonium dat spiritui nostro, quod filius dei sumus, Roman. octauo. Aut unde sciremus nos esse filios dei, nisi deus in cordibus nostris per spiritum gratiae suae huius rei nos certos redderet? Aut quomodo nos qui mendaces sumus ueritatem dei cognoscemus, nisi inspiratione spiritus dei? In summa, nihil uerum est quam quod deus prodit. Quaecunque uero in uerbo dei fundata & firmata non sunt, uera esse non possunt. Omnis enim homo mendax.

## ARTICVLVS XVI.

*In Euangelio discimus, hominum doctrinas & traditiones ad salutem nihil esse utiles.*

**H**ic recensere corpori praecipua quædam, quæ ex uerbo dei prædictaui, à quibusdam haec tenus silentio præterita, quæ tamen in primis prædicata esse oportuit, ut gratia et benignitas dei hominibus & notior & gravior fuisset.

**E**uangelium hic intelligo, quidquid nobis per filium

filium suum innonuit deus. Vt etiam Euangelium p̄ijs & dili-  
 sit, quam Christus dicit: Nolite irasci. Quum dicit gentibus de  
 concupiscentia adulterium committi, malo non re-  
 sistendum, & quidquid est eiusmodi. Hoc nimis <sup>um, etiā lex</sup> <sub>Buangelio</sub> est. Mat. 5.  
 pleriq̄ absurdum uidebitur. Sed sic me capite, Pi-  
 us & fidelis homo exhilaratur & reficit omni uer-  
 bo dei, etiam si affectibus carnis suæ repugnet. Cō  
 tra, perfidi & infideles omnia uerba dei (uincunq; di  
 cantur pure & sincero) insyncero, perfido, & pol-  
 luto animo excipiunt. Quum infideli dicis: Chris-  
 tus non solum uetus ne occidamus, aut ne conui-  
 tium in fratrem dicamus, sed ne irascamur. Mox in  
 corde suo hanc doctrinam ut stultam & absurdam  
 irridet & explodit: Quis hoc seruare posset, inquit?  
 Si eidē dicis: Christus omnia peccata nostra & mor-  
 bos nostros in se suscipiens in ara crucis patri pro  
 nobis satisfecit, hacq; superabundanti gratia uoluit  
 nos incitare ut deum redamaremus: uanum & im-  
 possibile hoc esse existimat. Quod si hoc idem pio  
 dixeris, uerbo huius præcepti (Ne irascaris) non of-  
 fenditur, sed sic loquitur (suggerente hoc intus spi-  
 ritu dei,) Ecce tantum bonum tamq; eximum de-  
 us est, ut si quis iuxta uoluntatem eius uiuere uelit,  
 purus & innocens sit oportet ab omnibus beluinis  
 affectibus, & carnalibus. Non debet uinci ira, sed  
 subinde remittere his qui se offendunt, quemadmo-  
 dum pater cœlestis facit, qui solem suum oriri finit  
 super bonos & malos, &c. Contentus erit unica u-  
 xore sua, & non solum cum aliena non congregari,  
 sed eam ne concupiscere quidem debet. Non solū

proximū non lædet, sed ab eo læsus aut iniuria adfectus, se ab iniuria non vindicabit, quin hosti remittet, pro eo rogabit, & malum bono rependet.

Hoc pacto legit, audit, & meditatur uerbum dei fidelis: uidet enim in hisce et alijs quæ deus ab ipso requirit, qualiter se gerat deus, & quid ipse præstite rit. Quumq; uidet filium dei Christum, uerbum suum, quod ipse docet, factis per omnia præstisſe, eumq; iam ad dextrā dei patris consedisse, mox colligit in domo dei neminc habitare posse qui non sit ea puritate & innocentia præditus quā deus ab eo requirat, quū ne mortalis quenquā in familiam suā recipiat, aut receptum nō expellat, qui moribus suis & uotis non respondeat.

**Qui nam cum deo co habitare possint.** Hoc David Psal. 14. docet. Et Esaias 33. cap. Quis ex uobis poterit habitare cum igne deuorante, aut cum ardoribus sempiternis? Mox per subiectionē respondet: Qui ambulat in iustitijs, & loquitur ueritatem, qui proīcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat ueres suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malum, iste in excelsis habitabit, &c.

Ignis deuorans est deus, cum quo habitare nemo potest qui sceleribus & impuritate uitiorum sit infectus, quæ quidem scelera naturæ diuinæ & sempiterno isti igni ueluti aqua igni aduersa sunt. Sed hæc expendens fidelis neque desperat ne que diffidit, sed formam puri & sancti Dei intuetur & contemplatur. Discit quām bonus sit Deus, & quām purum & bonum eum esse conueniat, qui

qui cum eo uelit habitare. Rursum uidet se hanc  
puritatem & innocentiam suis uiribus consequi  
haudquaquam posse. Quumq[ue] in se huiusmodi ni-  
hil inuenit quo fidere & niti possit, mox iuxta præ-  
cepta Dei, promissa & gratiam dei intuetur & arri-  
pit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati  
estis, ego uos reficiam, Matth. 11. Item : Qui cre-  
dit in me, habet uitam æternam, Ioan. 6. Huiusmo-  
di promissiones Dei gratuitæ exhibilarent fideles, &  
magnam parinnt animis piorum lætitiam, impijs  
risus sunt. Ut pijs omnia in bonum cooperantur,  
ita impijs omnia fraudi uertuntur, quum uolunta-  
tem Dei neq[ue] uolunt neq[ue] possunt perficere, & gra-  
tiam eius (qua salutem possent assequi) contemnūt.  
Hic ergo discimus, hoc idem, quod pijs doctrina <sup>Idem uerbi  
dei pijs gratia  
tum, impijs</sup> est & testimonium diuinæ bonitatis, impijs tyran-  
nidem esse & graue onus. Causam facile est inue- Rer. 2. o.  
nire, impius enim dei cognitionē ex uerbo & præ-  
cepto eius non uult discere, sed carni consultori  
pessimo (quæ bonum neque intelligit neque ope-  
ratur) obsequens, odium erga deum, qui tam exis-  
mia exigit, concipit, quod dei uoluntas adfectibus  
suis repugnat. Contrarium fit in pijs. Hi enim le-  
ge dei in amorem dei trahuntur. Nam dum uidet  
fidelis numen tam purum et sanctum esse bonum,  
amor & desyderium tanti boni in corde ipsius ac-  
ceditur, ut magno studio in illud feratur. Rursum  
difficultatem, imò uero impossibilitatem carnis suę  
ad legis impletionem, quam in se perpendit, pro-  
missione & uerbo gratiæ per Christum sarcit, sese

subinde consolans. Neq; tamen hinc in contemptū aut securitatem cadit ut solent carnales, sed cognita & percepita puritate & pulchritudine numinis, ad quam suo Marte se haudquaquam pertingere posse, interim tamen deum adesse & manum sibi porrigere uider, uehementer in amore dei succenditur.

Sic ergo una eademq; res fideli doctrina est salutaris, infideli desperatio & stultitia. Ut clarius intellegas, sic rem cape. Quidquid deus nobis manifestat, trifariam sit. Aut enim præcipit, aut uerat & interdicit, aut promittit. Præceptum dei docet pium, impius præceptio dei desperat. Quæ uerat ac prohibet deus, cautum & solicitum reddunt pium, impium uero irritant, & ad malum quod prohibetur illestant. Nitimur enim in ueritatem semper cupimusq; negata. Promissiones dei tranquillant, exhilarant & firmant conscientias piorum, & magnam adserunt eis consolationem, impijs risus sunt & fabula.

**¶. Præceptū.** Exemplis res clarior fiet. Diliges proximum ut ipsum, præceprum est, quod pium docet & instituit, qui præceptum hoc audiens sic cogitat, Ecce, filius dei quem sit eiusdem potentiae & gloriae cum patre, neq; tamen his fretus, sed sese exinanuit forma serui accepta factus est homo, nostros labores, nostras calamitates et miseras pertulit in corpore suo. Hoc idem à nobis requirit, ut abnegatis nobisipfis non nostra queramus, sed quæ proximi sint curesmus, ut alter alterius onera ferat. Impius præceptū hoc cum risu adeoq; cōtemptu excipit, dicens: *Quis hæc faceret? quasi stultum & uanum sit quod sum-*

**Philip. 2.**

ma

ma sapientia, summa ueritas præcipit.

Exemplum de præcepto negatiuo est, Non con-<sup>2. Interdi-</sup>  
cupiscas (interdicitur autem carnalis & noxia con-<sup>ctum.</sup>  
cupiscentia.) Qui in spiritu dei & fide Iesu Christi  
uiuit, hac prohibitione cautus redditur & seruatur  
ne se concupiscentijs carnis & mundanis defyde-  
rijs contaminet, quum deum tanta putitate pollere  
uider, ut ad tam pulcherrimum bonum uitijs & sce-  
leribus pollutus accedere audeat nemo, cuiusq;  
uoluntatem nemo potest perficere qui adfectibus  
carnis seruit. Impius uero plane desperat, quum le-  
gis perfectionem & suam imbecillitatem consyde-  
rat, nulla apud deum consolationem querit, sed  
lege irritatus plus peccat.

Exemplum iam de promissionibus adferemus. 3. Promis.  
Vocat nos deus per gratiam suam ut ad Christum <sup>Si.</sup>  
ueniamus, dicens: Sicut uenite ad aquas, & qui  
non habetis argentum, festinate, emite & comedite. <sup>Ela. 55.</sup>  
Venite, emite absq; argento & ulla commutatio-  
ne uinum & lac, &c. Haec uerba exhilarant pium,  
& magnam ei consolationem adferunt, quodq; si-  
bi impossibile est ( nihil autem boni potest) haurit  
apud deum. Impius uero huic uerbo non credit: ue-  
nundata enim est conscientia eius & desperabun-  
da cum Cain, cum quo dicit: Maior est iniq[ue]itas  
mea quam ut remitti possit, non tam facile parcit  
deus. Tam est impius, ut plus suæ rationi stultæ fi-  
dat quam gratuitæ promissioni dei, & quam certis-  
simam salutē offert deus, reñcit ut rem friuolam &  
stultam. Euangeliū ergo (ut superiora reperamus

*Eftion lex  
quod.*

*Quomodo  
lex sit subla-  
ta pijs.*

& quòdam modo colligamus ) omne illud uoco,  
quod deus uel ab hominib. exigit, uel quod ipse eis  
manifestat. Omnino enim, quū deus uoluntatē suā  
hominibus ostendit & exponit, exhilarantur qui-  
cunq; deum amant. Iis ergo bonum nuntium est.  
Propter hos ergo Euangeliū etiam legem uoco. Po-  
tius aut̄ Euangeliū uoco quām legem, quod æqui-  
us uideatur cognomē sortiri à pijs quām ab impijs.  
& qd sic de Euangelio loqui cōtrouersiam de lege  
& euangelio planē dirimit. Nihilominus interim  
non ignoro summam salutis & omnē perfectionē  
Christum esse, is enim præsentissima est salus. Hoc  
modo acceptū Euangelion ( nempe pro omni eo  
quod uel nobis aperit deus, uel à nobis ipse exigit)  
præcepta complectitur, prohibitiones, & pollicita-  
tiones quas fideliter præstat. Omnia ergo præcepta  
dei uel quæ à nobis aliquid exigunt, uel quæ nobis  
aliquid uerant, æterna sunt, neq; unquā tolli & abo-  
leri possunt, citius enim interiret cœlū & terra, quā  
unum ex istis. Nisi talia sint quæ deus ad tempus de-  
dit, ut aliquando tollantur & corrigantur. Hoc pa-  
cto intelligi debet, quod Christus dicit Luc 16. Lex  
& prophetæ usque ad Ioannem, subintellige, du-  
rant. Hoc est, Omnia præcepta quæ dedit deus, de-  
buit homo præstare (ut cunq; præstare non poterat)  
usq; ad tempus Ioānis, tum cœpit lex aboleri & de-  
finere. In me, inquam, cessauit lex. Non quidem sic,  
ut homines quod æquum & iustum est posthac a-  
gere non debeāt, sed sic cessauit lex, sicq; est abolita  
quod legis damnatio est ablata. Nam ante a lex pre-  
uaricar-

uaricatores & transgressores puniebat & condem-  
nabat. Quicunqz enim in lege peccauerunt, per le-  
gem iudicabuntur, Rom. 2. Hac ratione omnes ho-  
mines per legem erant damnari, quū nemo posset  
eam præstare. Nā (ut de præcipuo & maximo præ-  
cepto taceam) quis hoc præcepit (Diliges proximū  
tuum ut te ipsum) unquam sic præstitit, ut nulla ex  
parie peccaret & deficeret. Ego uero (inquit Chris-  
tus) uita sum: ego agnus sum qui tollit peccatum  
mundi. Quumqz legi satisfacere, obqz id ad deum  
uenire nemo posset, ueni ego erexiturus peccato-  
uim & potentia suam, nempe, quum legem ad ple-  
num præsteti, quumqz pro nocentibus et reis iusti-  
tiae dei mea innocentia satisfeci. Lex ergo posthac  
neminem damnare potest, quū sit abolita & subla-  
ta. Qui in me credit, iam habet spiritū dei, qui eum  
subinde peccatis expurgabit & absoluēt, quū eū per  
me apud deum gratiam quærere & impeirare do-  
cer. Nam qui per me apud patrē gratiam quærerit, id  
nō facit sine spiritu meo. Is ergo spiritus qui eū ha-  
cēdenus duxit, prouehet ulterius, & quid porro fa-  
cto opus sit docebit.

Sic ergo lex pīs per Christum abolita est. Nam <sup>Spiritus</sup>  
ubi spiritus dei est, ibi est libertas, 2. Cor. 3. Vbi autē <sup>sancus lo-</sup>  
uera fides est, illic & spiritus dei sit necesse est, Ioā. 15. pīs.  
<sup>co legis est</sup>  
Consequitur ergo illic libertatem esse, ubi uera est  
fides. Hæc omnia ex Pauli uerbis Rom. 8. clariora  
fiunt, quum dicit: Nulla igitur condemnatio his  
est, qui sunt in C H R I S T O Iesu, qui non iuxta  
carnem uersantur, sed iuxta spiritum. Nam lex spi-

ritus uitæ per Christum Iesum, liberum me reddit, dit à iure peccati & mortis. Etenim quod lex præstare non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc deus proprio filio, missio sub specie carnis peccato obnoxia, præstitit, ac de peccato condonauit peccatum per carnem, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem uersamur, sed secundum spiritū. Nam qui carnales sunt, quæ carnis sunt curant: at qui spirituales, quæ spiritus sunt. Nam affectus carnis mors est: affectus uero spiritus uita & pax.

**T** Obserua primum neminem damnare posse eos qui sunt in Christo Iesu, siquidem non iuxta carnem, sed iuxta spiritum uersantur. Iuxta carnem autem uerari, hic non intelligendum est omnino nihil facere quod caro requirit (nam hoc pacto nemo spiritualiter uiuere posset, quin omnes necessitates corporales omnino intermittere cogeremur: ) sed iuxta carnem uiuere hic significat, iuxta rationem

**Quid sit iuxta carnem uiuere.** & præscriptum humanum uiuere. Spiritualiter uiuere, est uim carnis & rationis humanæ ab-

negare & mortificare, & à solo spiritu dei pendere. Qui ergo tota fiducia Christo fidunt & nituntur, eos nulla lex damnare potest. Rationem mox

**Quid sit lex spiritus uitæ.** subdit, Nam lex spiritus uitæ, id est spiritus uiuificantis per Christum Iesum, liberum reddit, &c. Lex

spiritus, id est doctrina & institutio diuini spiritus qui omnia uiuificant, per Christum me liberum reddidit. Hoc est quum tota fiducia me in Christum coniicerem, crederemq; eum esse salutem meam,

patrē

patrem meum, protectorem & curatorem meum: cū persuasus essem me per ipsum uitæ restitutū, & filiū dei effectū, abiit omnis metus quo me lex terrebat, abiit omnis metus quem mors incutiebat & interminabatur. Metus inquā legis mox euanuit, quum me posthac damnare non poterit: nō enim iam uiuo intuitu legis, neq; sub potestate legis, sed intuitu spiritus diuini. Hoc est, nō iam intueor & obseruo quid lex dicit, sed quid dicit spiritus dei. Huius doctrinam attendo, hunc prætorem & ducem sequor, huic præceptoris ausculto, huic formandū me trado. Nam ubi spiritus est, ibi quoq; est libertas, 2. Cor. 3. Spiritus enim supra legem est, & ubi spiritus dux & doctor prætit, lege nihil est opus. Vbi uero fides est, illic est & spiritus dei, nam sine spiritu dei fides esse non potest.

Deinde euanuit & formido, quæ ex morte fuit intentata, quum mors peccati sit pœna. Interemptio uero peccato per Christum, et mors interempta est. Resurgo igitur rediuiuuus in Christo, & uiuo iam non meo spiritu, sed spiritu dei, in quo istud intelligo & credo.

Mors hic isam & indignationem dei cōtra nos Mors qd, significat, quæ nihil aliud est quam damnatio. Sequitur in uerbis supra recitatis (Etenim quod lex præstare non poterat ea parte qua imbecillis erat per carnem. ) Quæ uerba sic intelliguntur. Quod homini, qui per legem salutem se consequi sperabat, impossibile erat (nam imbecillitas carnis legē præstare & perficere non potest, ) hoc impossibile;

inquam, præstitit deus. Quomodo? In hoc quod sicutum suum in similitudine carnis peccati misit. Omnino enim per omnia figura repertus est ut homo, & quum peccatum non haberet, pro nobis tamen peccatum factus est, ut is qui sine peccato erat, peccatum in carne damnaret, hoc est interimes ret. De peccato, id est ob uel propter peccatum, peccatisq; causa. Nam innocens Christus ut peccator crucifigitur, & nostrum peccatum in se transferens, deo pro nostris peccatis sanis facit.

Peccatum ergo & auuthor peccati diabolus uictus est, cui & regnum quod per carnem in homines obtinuit, est erectum, quod Christum interficiendo peccauerat. Ob quod peccatum quod adgrediendo Christum Satan designauit, peccato quod in nobis habitat aculeus adempius est, Osee 13. Iustificari ergo aut innocentem esse per legem, impletur iam nullo opere humano, sed per Christum, cuius innocentia

**Quid sit iuxta nostram noxam sarcuuit. Quam enim Christo fixa spiritu dimus, nostra est iustitia, nostraq; innocentia coram deo, idq; in perpetuum. Sic Christo fidere & niti, iuxta spiritum est ambulare.**

Hoc ergo pacto ab omni lege per Christum liberatus est pius, dum in fide Christi manet, tum enim totus a Christo pender. Christus est ei ratio, cõ filium, iustitia, innocentia, & tota salus. Christus in eo uiuit, in eo operatur. Nulla igitur lege opus habere uere Christianus: nam Christus est ei lex, hunc unum obseruat. Solus Christus eum ducit, ut alio ducce opus non sit, Christus enim finis est legis, Rom. 10. Sed

Sed hic fides plerumq; deficit & frigida est. Pauci Defectus  
enim sunt qui sic (ut dictum est) Christo fidant. Ig-<sup>dei.</sup>  
norantes ergo sunt & imperiti tam spiritalis scien-  
tiæ, quod pignus diuini spiritus nondum certò ha-  
bent. Nondum intelligunt sese omnino nihil esse,  
deum esse omnia Non dissimiles illi Iudæis de qui  
bus Paulus loquitur Rom. 10. qui ignorantes dei  
iustitiam suam statuunt. Ignorat inquam illi quod  
iustitiæ dei nemo se conformare, nemo illi satis di-  
gne respondere potest, nisi efficiat hoc spiritus dei,  
putatq; se suis operibus iustificari posse (hoc autem  
est iuxta carnē ambulare:) ita sit, ut iustitiæ dei (quæ  
aliud nihil est quam soli deo inconcusse fidere & ni-  
ti) nolint esse subiecti, sed suam sententiam mordi-  
cūs tuētes, suoq; sensui pertinaciter harentes, carnis  
præscriptum sequuntur, hoc bonum & rectum du-  
centes quod ipsis probatur & placet, elemētis mun-  
di nituntur, ex proprijs operibus iustitiā suā metien-  
tes. Ingēs est hæc stultitia. Quis enim homini opus  
ab eo factum (si ipse sit operis sui æstimator) satis di-  
gne rependere poterit? Sic impietas est, quod quidā  
iustitiam suam ex suis operibus, non ex gratia &  
spiritu dei æstimant.

Sed obijci posset, quod hoc auditō, legē uidelicet <sup>Contra ext.</sup>  
per Christū sublatam esse, carnalis putabit sibi iam <sup>nis licetia,</sup>  
quiduis licere, & exlegē esse, ut iam sine pudore & <sup>quam non-</sup>  
iustitia uiuat. Huic obiectioni sic respōdemus. Qui <sup>nulli liber-</sup>  
cunq; sic loquitur aut cogitat, fidelis nō est, etiā si se <sup>tatis Chrl-</sup>  
liberum esse dicat, liber tamen haudquaquam est. <sup>rianæ præ</sup>  
Nam conscientiam eius intus ferit spiritus dei & <sup>textu inde</sup>  
cunt.

irrequietam reddit, ut sese adscuset intus, utcunq; se speciosam foris stimulet. Lex ei soli sublata est, qui totus à Christo p̄det, is iam à deo ducitur, ut ei placeat quidquid uult deus, nec eum grauet. Contra, impius omnis sub lege est, et hunc condemnat lex, nam secundum carnem, hoc est iuxta sapientiam suam et sensum carnis uiuit. Vbi hoc sit, nulla pax est, nulla libertas, sed metus ex metu, damnatio aliam excipit. Fit quidem nonnunquam ut caro fortitudinem quandam coram hominibus præ se ferat & stimulet, præsentissimæ nihilominus mortis conscientia secum, condemnata apud sese, & quum talis dicit liber sum, conscientia propria condemnatū & mortuum se fentit. Duo omnino sunt inter se diuersa, nempe, lex & gratia, nec est ut medium cogites. Si à gratia dei totus non pendes, spiritum ducem non habes: sub lege ergo es, etiam si te dicas sub lege nō esse, Liber deniq; non es, Christum enim non habes qui est libertas. Quod si Christum habes, non amplius sub lege es, sed sub gratia, Rom. 6. Si uero secundum carnem, id est humanam iustitiam uixeris, morieris, Rom. 8. Prudentia enim carnis mors est: prudentia uero spiritus uita & pax.

**Sub lege esse.** **Sub gratia esse.**

Aliud exemplum. Cauet ciuitas aliqua seuerissima lege ne quis ciuium ab exteris largitiones accipiat, transgressoribus extremum minitans supplicium. Hęc lex dissimiliter à ciuib; excipitur. Nam qui iustitiae & patriæ libertatis amore largitionibus abstinent & transgredi nolunt, eos lex lata non grauat, quoniam sic sunt animati, ut etiam si nulla lex lata

Iata esset, largitiones tamen nullas unquam acciperent. Qui uero priuatæ rei student, hac lege uehementer premuntur, legi ergo repugnat, & eam odiunt. Iustus ergo & bonus uir sub lege non est: cupidus uero est sub lege, & premitur lege. Bonus enim uir in amore iustitiae lætus & liber uiuit: cupidus sub graui onere legis pressus incedit & fremit, eo quod amans iustitiae nō est. Sic qui per Euangeliū liber factus est, sub nulla lege est, sed huic spiritus dei, qui eum in Euāgeliū cognitionem duxit, lex & regula uitę est. Et idem spiritus facit ut delectetur in uoluntate dei. Siue præcipiat quid deus, siue ueteris pium non conturbat: spiritus enim dei qui iamendum mentem eius illustrauit & inspirauit, ostendit ei quid deus ab eo requirat. Quo cognito, mox gaudio ingenti perfunditur, & oblectatur lege dei, etiam si carni suæ repugnet. Pignore enim spiritu sancto certus est, nulla alia re salutem esse assecuturum quam mera gratia dei. Qui uero per Euangeliū liber nondum est, eum omnia præcepta dei grauant & premunt: sub lege enim est seruus, & sub peccatum uenudatus. Nam caro semper reluctatur deo. Quidquid uero deo resistit, pacem non habet, consolationē non habet, quod in diabolo uidere licet.

Loquimur hic præcipue de præceptis & legibus diuinis: deinde de his quæ ab hominibus quidē latæ sunt, sed hoc prætextu, quasi à deo essent dictatae, & ad salutē utiles ac necessariae. Nā de legib. Césare is, & plebiscitis hic nihil, postea speciatim dicemus.

Sed ad propositū reuertamur, ubi spiritus dei nō

**Salus ex  
gratia est.**

est, illic nō est libertas, & illic legem regnare neceſſe est. Vbi lex est, ibi gratia non est (intelligo per legem hominem deſtitutum ſpiritu dei:) ubi uero nō est gratia, ibi ſalus eſſe non poteſt. Ex his conſequitur, ſi uolumus ſalutem aſſequi totos nos gratię dei, id' eſt Christo, dedamus oportet, huiç uni fidamus, ab hoc ſolo toti pendeamus. Qui haec ſcripturis firmare uoluerit, ex Euangelio & Epiftola prima Ioannis, ex Paulo ad Romanos ſatis testimoniorum colligere poteſt, ex quibus & nos haec didicimus.

**Humanæ  
traditiones  
ad ſalutē ni-  
hil faciunt.**

**Hypocrisis  
inuisa deo.**

Hoc iacto fundamento, uerba articuli huius la-  
tius tractabimus. Articulus ſic habet: Ex Euāgelio  
diſcimus hominum doctrinas & traditiones ad ſa-  
lutem nihil eſſe utiles. Si autē colligimus: Si ex ſo-  
la gratia dei eſt ſalus, ex præceptis & doctrinis ho-  
minū eſſe non poteſt, etiam ſi exaſte ſeruentur. Cau-  
ſam aſſignamus, quod huiusmodi nihil ſunt quam  
hypocrisis & fucus quidam. Omnis autem hypo-  
crisis inuifa eſt deo. Hac de cauſa monet Christus ut  
à fermento phariseorum caueamus, nempe ab hy-  
pocrifi. Doctrinas & traditiones hominum nihil  
aliud eſſe quam hypocriſim, ſic probamus: Quod  
naſcitur ex carne, caro eſt, Ioan. 3. præcepta & man-  
data ab hominibus conficta, ex carne ſunt, Gen. 6.  
& s. Ergo præcepta rationis humanæ caro ſunt.

Alio argumento idem ostendimus. Vbi caro eſt,  
ibi deus non eſt: ubi deus non eſt, ibi nihil boni eſſe  
poteſt. Iam ſequitur, ubi caro eſt, ibi nihil boni eſt.  
Ex his argumentis patet, præcepta hominum car-  
nem eſſe, bona ergo non eſſe. Certum ergo quum  
eſt

*Augt.*  
**Humanæ  
traditiones  
hypocrifis-  
tunt.**

est, ea nō esse bona, sc̄p tamen pro bonis (sic enim uideri & haberi uolunt) uenditare, quis non uidet aliud nihil esse quām hypocrisim? Quidquid enim se simulat esse quod non est, uanum est, falsum & mendax. Iam uero non simulat se tantum humāng rationis commentum, sed se pro bono & diuino quodam præcepto uenditat. An h̄c non est summa in deum blasphemia? an abominatio non est & audax insania?

Aliud argumentum. Quicunq; deo placere uolunt, solis ihs operibus student, quæ uoluntatis sunt diuinæ. Ioan. s. & 13. Quicunq; hominibus placere uolunt, deo placere non possunt. Rom. s. Galat. 1. Quicunq; ergo hominibus placere uolunt, uoluntati dei haudquam student. Qui uero uoluntati dei non student, sua opera faciunt aut uoluptatis, aut utilitatis, aut uanæ gloriæ causa. Quicunq; opera ab hominibus præcepta faciunt, uoluntati dei nō student. Ergo qui opera ab hominibus præscripta faciunt, aut uoluptatem aut utilitatem aut gloriam inanem spectant. Mediæ propositionis probatio. Spectant enim eum duntaxat qui eis h̄c præcepta præscribit, nempe hominem. Quod si deum spectarent & fibi imitandum proponerent, illius unius uerbum audirent.

Ex his duobus argumentis manifestum fit, eos qui præceptis & doctrinis hominum nituntur (semper intelligo de his doctrinis & præceptis, quæ à falsis prophetis tanquā ad iustificationē & salutem utiles & necessariæ hominibus prescribuntur) nihil

aliud querere quam uoluptatem, lucrum, aut gloriā.

**Ex deo omne bonum.**  
**Ex nobis nil nisi malum.**

Summa. Quæcunq; opera bona sunt, ea operatur deus in nobis: nihil est bonum quam id quod à deo proficiscitur. Ergo deus ea opera nō operatur, quæ nos ex doctrinis & præceptis hominum facimus. Hypocrita ergo sunt & friuolæ nugæ. Solus deus in nobis operatur quod bonum est: quod uero nos operamur & aliæ creaturæ in nobis, omnino inutile est; uanum, fallax, imò peccatum.

Nec est quod hic obijcas: Cur bonum non sit si diues pauperi nihil sua largiatur? Aut si me peccatum quis ex doctis auocet & reducat? Respondeo. Si predicta ex se faciunt non ex deo, bonum esse ne quaquam potest: si ex deo faciunt, bonum est. Sed cur tu, quod solius dei est, hominibus tribuere & acceptum referre audes?

**Quod solius dei est, hominibus non est tribuendum.**

Sed mittamus contentiones, quas in hoc tantum produximus, ut contentiosis materiam, qua se ex exercerent, proponeremus, qui in diuinis alioqui scripturis parum aut nihil legunt, saltem syllogismis & ratiocinationibus hisce tempus terant.

**Scripturæ de hypocrisi testimonia.**

Videamus iam quid purissima dei eloquia de humanis fabulamentis sentiant. Pulchre taxantur hypocrytæ. Esa. 29. ubi deus per prophetā sic loquitur: Propterea quod hic populus ore mihi adpropinquat, & labijs me honorat, cor uero eorū longe est à me, timentes me doctrinis & præceptis hominū: ad miranda et ego stupendaq; huic populo faciam miraculo grandi & stupendo. Peribit sapientia à sibi tibus

tibus eorum, & intelligentia prudentium eorum abscondetur, &c. An non graphicē hypocrisim nostrā depinxit penicillo suo spiritus sanctus? Quod in Iudæis taxat deus, hodie omnes facimus, colendo deum multiloquio & strepitu uerborum in precādo, ieunio quo corpora saginamus, externa qua <sup>Opera hy-</sup> pocrisia. dam hypocrisi, ut cucullus niteat & candidus sit, ut rasus exactissime uertex, uestis oblōga & plicis plena, muli auro ornati. Deinde cumulo & aceruo uigiliarum & psalmorū. Iam submurmuramus rau- cum quid, mox boamus Stentorem superātes. Iam ouis abstinemus, mox ouis uentreū implemus. Atq; interim nobis in hisce stultis & friuolis rebus mire placemus, atq; iusti ac sancti nobis uidemur: sic enim sumus certò persuasi, uel reclamante deo. Cor uero interim procul à deo est, quod si deo acce deret, nihil in se ferre posset quod deo displiceret, studeretq; anxie hisce rebus quibus delectatur deus, nempe, iustitiæ, innocentia, spei, fidei, chari- <sup>Opera dei.</sup> tati, misericordiæ: non cuperet diuitias, non glo- riā, non uoluptatem: proximos non oppri- ret, egenos & inopes iuuaret, desperabundos con- solaretur, feroceſ mansuefaceret, beneficentia utere tur erga omnes.

Posteaquam uero & nos nostro marte bonum inuenire & inuentum proferre tentauimus, eoq; est uenit, ut existimaremus deū doctrinis & præceptis hominum quoq; coli debere, deserta & ne- glecta iustitia dei, nostram statuimus: sic putantes nostra emundari delicta, quū nihil sit quam fucus

quidam foris simulatus, & mera hypocrisis. Repe-  
te quæ supra recensuimus, & examina cuius gene-  
ris tandem sint, & quam speciosa.

**P**opula tradi- Hinc & hoc incommodi nobis natum est, ut hi-  
tionum hu- qui familiæ dei presunt, & sapientia præ ceteris pol-  
manarum. lere deberent, stulti facti sint; quin ad hoc officij nō  
admoventur, nisi constet eos in doctrina dei nec es-  
ruditos, nec sapientes esse. Eos querunt qui in sapi-  
entia cœlesti planè stulti & trunci sint: deinde eos  
qui à maximo peccato, nempe philargyria, nō sint  
alieni, Episcopatibus, Abbatibus, atque huius gene-  
ris officijs admovent. Qui uero auarus non est, ad  
has dignitates ineptus iudicatur, nec unquam ad-  
mitti potest.

Malum hoc uehementer periculosum est: sed ui-  
de simul quid in causa sit quod tam late serpit, nem  
pe quod putamus deum nostris nugis coli posse.

Eat nunc qui uolet et uociferetur, Sanctorū mona-  
chorum religiosæ obseruantia, sacerdotium dignis-  
simum, laudandi ritus maiorum nostrorū, doctrinæ  
sanctissimorum patrū, tot ieunia, tot festa celebria,  
tot feriæ, tot anniuersaria & parentalia, tot collucen-  
tes cærei, tot suffitus, annuæ liborū consecrationes,  
& placentarum benedictiones, aquæ consecratæ a-  
spergines: an hæc abolita oportuit? Quid opus ist-  
hoc clamore? quid opus tam anxij querelis? An  
non audis deum istis rebus offendit? Scit, ut est sapi-  
entissimus, quid ex istiusmodi rebus nascatur: non  
uult ergo hisce coli. Mordicus arripiunt stulta ista  
homines, interim negligentes quæ deo probantur

&amp;

& placent. Aut quæ causa fuit quod tam cito, tamque grauiter laberetur Ada? Nimiru quod statim ab initio scire uoluit aliud quām quod deus præscriptio boni & malite, Hoc enim per arbore scientiæ boni & mali (ut mihi quidem uidetur) accipiendum est.

Clarius hæc uerba illustrauit Christus, duis ute  
retur contra pharisæos irritam facientes lege dei &  
suas traditiones statuentes. Frustra me colut, inquit,  
docentes doctrinas & præcepta hominu. Hæc uer-  
ba Christi tam clara sunt, ut alijs ad expugnandas  
doctrinas & traditiones humanas nihil sic opus. Pro-  
fer teloru quidquid potes, iaculis pete, feri, & clamo-  
rib. omnia impleto, nonpe huiusmodi (patres patres,  
res sunt bonæ, an uos soli sapientes? an tot & tati er-  
rassent: an non recentioribus essent doctiores?) nil  
has uoces morabimur, Christus dicit: Frustra me co-  
lunt (*μάτηρ* gratis, stulte, inaniter & uane) dum cona-  
tur me colere doctrinis & mandatis hominu. Ob-  
line tu cœnum tuum, & fucum obducito quem uo-  
ueris, exorna quibus potes uerbis, uanum tamen  
est & frustra. Fortiter & audacter tentatur quidquid  
contra atque præter uerbum dei instituitur. Pius & si  
delis homo hæc tantum audit quæ loquitur Deus  
suus, & quum se totum undique perspexerit, ui-  
det se uoluntatem Dei sui nunquam impleuisse: &  
qui posset noui quid comminisci aut excogitare,  
quum eorum quæ præcepta sunt & debet nihil un-  
quam præstiterit? An nouum pensum adornabit,  
qui uetus nondum absolu*it*? Audacia ergo est, si  
quis ingenio suo fretus noua quædam proferat &

pro bono uenditet, neglecto interim uerbo dei.

**Similitudo.** Stultitiam humanam cum operibus suis uanā esse, huiusmodi exemplo deprehendemus. Iubet herus in familia sua, & cuiq; seruo pro nutu suo officia & actiones distribuit & definit. Sit iam famulus aliquis plus satis curiosus, qui iussus in agro aut uinea laborare, sepe prædia, ne feræ irruant, cingere, domi cum pueris consideat, calamis canapinis aut arundineis domunculas, crepūdia, & huiusmodi friuola quædam extruat. Is nimis non solum hero suo displicebit, sed è domo ejscietur. In regno & familia Christi non dissimiliter res habet. Requirit à nobis deus magna quædam & ardua opera, nempe, ut ei soli fidamus, ab eo solo toti pendamus, in eum unice speremus, omnem fiduciam in eum coniçiamus, uoluntati eius tantum pareamus, dura quæque & aduersa sui gratia constanti & læto animo feramus, ne simus alienarum rerum cupidi, ne elati & insolentes : breuiter, ne secundum carnem uiuamus, ne carnis affectus sequamur. At nos puerilibus quibusdam rebus occupati, non secus facimus quam famulus iste stultus (de quo supra attigimus) domunculas arundineas & luteas extruentes. Excogitamus opera quædam externa, cæreos uidelicet incendiare, aquam aspergere, in multiloquio precari, ut solent Nonnæ, & quas Beguinæ uocant, monachorum boatus, sacrificiorum cantiones, & quidquid eius est generis, quod absq; adfectuum extirpatione, absq; carnis & propriæ uoluntatis abnegatione per-

per alios perficere possumus, Omittimus uero interim & negligimus opus dei.

Scio me satis pueriliter de ipsis locutum esse, sed hoc propter eos feci, qui iacturam & abolitionem bonorum operum queruntur & deplorant. Quod si ipsis bonorum operum adeo sunt studiosi & cupidi, ut simulant, indicabo eis cum Michæa, quæ opere <sup>Mich. 6.</sup> deus ab eis requirat, nempe, ut iudicium, iustitiam, & æquitatem seruent, ut misericordiae studeant & beneficentias, ut solliciti ambulent, & incedant coram deo suo. Quid uero sollicitum ambulare coram deo suo aliud est, quam diligenter attendere quid deus uelit? Vis omnino operari & facere opera bona? Remitte hosti tuo, & redi cum eo in gratiam, fuge sectas & factiones, ciba famelicum, fitientem potu refice, uesti nudum, opem fer egeno, caue loquaris inutilia & noxia, noli quenquam ridere, deinceps blasphemare, abstine ab ebrietate & crapula, à bellis & sanguine, à ludo, ab usura, ab adulterijs, à scortatione, ne rapias, ne uim cuiquam facias, ne fraudes, ora pro inimicis tuis, auferenti pallium & tunicam concede, alteram maxillam percussori præbe, benefacito ijs qui te odio habent. Hæc inquam & similia facito quæ deus præcepit, & quæ deo grata sunt & accepta.

Opera uera bona.

Sed quum quinque millia aureorum usura parasti, statuis apud te quomodo sacerdotium instituas, indulgentias redimas, usurarum & rapinarum uix centesima parte. Atque interim dum hæc facis, nihilominus laudem hominum auctupatis, gloria tuæ

studens, quod insignia mappalibus aratum, & sacris uestibus appensa testantur.

Et quum conscientia tua intus clamat, Iniuste facis, deus odit rapinam, etiam si quis ex ea offerat, Isa. 61. adhuc tamen non abstines a rebus proximi, aut opes pauperibus non distribuis, interim magna querulatione bonorum operum neglectum et abolitionem clamans.

Agere igitur opera praedicta capesse & strenue opereare. Sed tu potius nummum aliquem (cuius iactura te parum mouet) dare uis, quam affectus carnis & cordis studia ad gredi & corrigerre. Intelligis iam (opinor) ubi nequitia latitet.

Ne uero frustra in hanc stultitiam inuexerim, contabbor auspice deo ostendere, qui fiat, quod opera a deo praecepta (quae uere & sola bona sunt) tam pauprum grata sunt hominibus, a tam paucis amata, ut cuncti omnes operari aliquid student. Attendat ergo simplices, nostrum non esse ut bona operemur, sed solius dei. Hier. 10. Scio domine, quia non est homini

Ordo iustificationis et fons bonorum operum. nec uiri eius, nec uiri est ut dirigat gressus suos. In hoc certe cognoscere potes, humanarum uirium non esse, ut bonum uel adprobet, uel faciat, quod opera Dei

tibi non placet. Sed cuius est ut bonum placeat, ut bonum operemur? Spiritus dei solius. Sed quomodo hunc (inquis) mihi parare possum? Pete a domino supplici prece, ut intelligentia tibi praestet & cognitione. Mox ut ad eum clamaueris, dicet: Ecce adsum. Quin ipse te ad orandum & clamandum mouet & impellit. Simul atque adest, uerbis eius fidem habes:

mox

mox ut credis uerbis spiritus, gratiæ dei sigillū habes, & salutis es certus. Nam spiritus qui hoc in te cœpit & operatus est, subinde te urgebit, nec unquā operationem te esse patiet, opera quæ deo placet, tibi grata & iucunda faciet. Nec tu tibi hæc opera adscribes unquā, quū satis compertū habeas, quod antequā ueniret spiritus, opera ista facere nequibas, transcribes aut̄ totū soli deo, & opera tua ut rem fœtidā & quisquiliā damnabis. Sic tandem in te ipso experieris & disces, imò senties bonū neḡ ex te, nec tuū es se. Rursum quod tibi bonū uidebatur, senties nihil esse quam merum mendacium & hypocrism.

Obijcis iterū papiraceum telū. Hoc idem & ego sentio (inquis) & hoc in causa est, quod sacrificos, monachos, & nonnas mercede & donis cōduco ut pro me orent, peccator quū siem & apud deum nihil possim. Aufer hypocriticum illud, & uide quid eis propter deū largiaris. Deinde & ipsi tales esse debent, qualē te uolui esse, ut ex superioribus didicisti. Si uero tales fuerint, uigilias suas, missas, preces nō uendent, sed hoc unice docebunt, ut cuncti mortales corda sua gratia dei per Christum constabiliant & firment, Hebr. 13. Quandiu uero pro pecunia bona opera aut religionem suam uendunt, te sunt peiores. Nam frustra colunt deū, quē traditionibus & cōmentis hominū colere conant. Quū ergo frustra est quod faciunt, cur tam impudenter, quod uanū est & friuolum, tam magno precio uendunt, & cæteris ut optimum obtrudunt? An hoc non est grave scelus à simplicibus pro re nihili & uana tot

Opera bona  
na non sungs  
nostra sed  
dei.

pecunias accipere? An hæc non est impostura & rapina maxima? An hoc non est glaciem super gloriam ædificare?

Porro Matt. 9. Christus sic docet: Nemo immittit assumentum panni rudis in ueste ueteri, aufert enim supplementum illius à uestimento, & peior ruptura fit. Neq; mittunt uinum nouum in utres veteres, alioqui rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed mitiunt uinum nouum in utres nouos, & utraq; simul seruantur. Hac similitudine diluit Christus, quod pharisæi & Ioannis discipuli in discipulis Christi carpserat, nempe, quod non more suo ieunarent. Ante hac autem alia similitudine idem diluerat, ostendens filios & amicos sponsi nihil habere quod lugeant donec cum eis sit sponsus, quo ablato causæ satis fore cur lugeant. Ille significans nimirum, quod præsente Christo, curæ nihil sit quomodo quis deo placeat: omnia enim tum placere deo: neq; lucetu opus esse, quū gaudij (quod fit in nuptijs) omnia sint plena.

Quando di  
scedat Chri  
stus.

Cæterum abeunte & discedente ab eis Christo (quod tum sit dum carnis affectus sequuntur, & ad partes carnis toti cōcedunt) ieunijs & lucetu carnem esse domandam, & spiritui subiugandā. Post hæc similitudinem de nouo assumento subiungit, id docens, quod hi qui Euangeliū, uerbum scilicet gratia Dei, cum operibus legis committunt & consuunt, utraq; uitient & confundant, ita utraq; inutilia faciant. Oportet ergo ueterustatem poni, & denuo renasci. Nam qui adhuc ueteribus pannis dele-

delectantur, ceremonijs scilicet & externis quibusdam rebus aut suis operibus, nec se totos gratiæ dei permittunt, subinde peiores euadunt. Satius enim illis erat uiam iustitiae non cognouisse (id est gratia suæ per quam iustificamur) quam ubi cognoverūt, à tanta gratia Euangeli ad infirma & egena elementa huius mundi conuerti. Quod cum sit, quum in sese reflectunt, propriæ iustitiae, propriæ sapientiae fidentes, quæ conatur proprijs se operibus iustificare.

Euangeli noua doctrina (quæ per assumentum nouum & rude significatur) ueteribus pannis & lacris illis uestibus committi non uult, nihil tale admittit puritas & sinceritas Euangeli. Hoc tandem nobis deum conciliat & commendat, nosq; gratos deo facit. Idem quoq; similitudine de utribus nouis & ueteribus docetur.

Quum uero hæc quæ dicta sunt de omnibus operibus in uniuersum intelligenda sunt, quod talia uidelicet nihil sint, quatenus ab homine proficiuntur: quanto magis nihil sunt opera à nobis præter uerbum dei conficta? Quibus spiritus dei non adest, nam si illis adesset, non dixisset: Frustra me collunt mandatis & præceptis hominum. Nihil ergo sunt huiusmodi opera, uana sunt, friuola & frustanea, peiora puerilibus nugis quibus nemo fudit. Illis uero operibus simplices fidunt et nituntur, præq; illis, salutis ratio per Christum tota negligitur, gratia dei contemnitur, & tota in obliuionem uenit.

Recte ergo Petrus hoc cauet Act. 15. Nam dum

quidam ex Iudaismo ad Christum conuersi, legem operum fidelibus obtrudere tentarent, magna libertate reclamans Petrus, inquit: Cur tentatis deum; ut imponatur iugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? Sed per gratiam domini Iesu Christi credimus nos saluos futuros quemadmodum & illi. Ecce quomodo Petrus totam multitudinem Christianorum auocat & absterret, ne se operibus legis quo modo onerent, sed sola gratia domini nostri Iesu Christi fidant & niantur.

**An habent  
deæ sicut le-  
ges exter-  
uae.** Sed hic iterum reclamant ignani & socordes operarij (nam operum Christianorum nemo minus facit quam hi qui opera urgent maxime:) An nullæ sunt habendæ leges, quibus ad bonum homines

**Matt. 19.** compellantur? Cur ergo Christus dicit: Si uis ad uitam ingredi serua mandata? His sic respondeo. Praecepta aut mandata dei à nemine seruari possunt, nisi spiritus sanctus in corde hominis id operetur, & efficiat ut ei id placeat quod deus præcipit. Spiritus sanctus ergo primum mouet cor, & hominem ad operandum opera dei impellit, facitq; ut in his quæ mandat deus animus hominis delectetur. Nam si ne ipso nihil possumus, Ioannis 15. Si nunc sine ipso nihil possumus, toti ab eius gratia pendeamus necesse est. Qui totus à gratia dei penderit, audiet uocantem & impellentem spiritum, qui eum ducet & dirigeret, nec unquam cessare aut torpere sinet. Præscribet ei quid factò sit opus, & opera quæ deo probantur suggeret.

Exem-

Exemplo sunt nobis Petrus, Paulus, Ioannes. Nū enim hi bona opera aut omiserunt aut neglexerūt, quod gratiam dei per Christum solam prædicauerunt, & tantopere extulerunt. Absit hoc. Quis tam anxiè tamq; diligenter uerbum dei plantauit? quis magis ipsis laborauit? quis maiorem curam & soli citudinem pro ecclesijs habuit? Percurre Christianorum uitam ab initio, & dispice si unquam bona opera magis floruerint quam Apostolorum tempore? Vnde uero tot bona opera? unde tanta iustitia & innocentia? Nimirum quod toti pendebant à gratia domini Iesu Christi, non tantum in his quæ ad æternam salutem, sed etiam in ijs quæ ad uitæ necessitatem pertinebant. Tanta enim erat indeum fiducia, ut amore Christi possessiones & substantias suas uenderent, preciaq; eorum quæ uendita erant ad pedes Apostolorum ad usum fratribus ponerent.

Porro quum Ananias se quoq; totū à gratia dei pendere simularet, aliter tamē interim animatus (nā partem sibi de pretio conscientia uxore se posuerat) à Petro his uerbis duriter increpitus est: Anania cur im- Pœna hypocrisie.  
pleuit satanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto & fraudares de pretio agris? Mox collapsi utriq; subi ta morte expirarunt. Exemplū hoc in illos æditum fatis crudele & admodum iniquum mihi uisum est olim, quum & mihi sapere uidebar, & rationē operum suorum à deo exigerem.

Sed quum rursus firmam & constantē Christianorū eius temporis fidē consydero, deinde charitatē

& studium erga proximos quæ ex ea fide nascebantur, consydero interim perfidiam Ananiæ qua satana inspirante in tam sancta congregatione & sanctissimo cœtu ausus est uti, quasiq; deus oculis esset captus fidē & gratiam, qua cæteri nitebantur, nihil ominus simulare, discedo ab ea opinione in qua olim fueram, uideoq; nihil iniqui illis contigisse. Intelligo enim & certo cognosco, deum in illorū punitione certum exemplum, & quasi præmonitionē nobis proposuisse, ne unquam ueteres pannos nouis assuamus, sed toti à dei gratia pēdeamus, ne partem salutis semper tribuamus nobis, dicētes: Opus est, ut & ego aliquid faciam, deus non omnia perficiet; Non est ut deo nimium fidam, opus est, ut & ego mihi aliquid parem ne uacuis manibus adpaream. Quasi uero deus tam perfidus sit tamq; ignarus, ut eum qui se ei totum concredidit nō doceat, adq; opera non urgeat, quasiq; eundem non alat et curet. Talium hodie multi sunt qui sic sentiunt & loquuntur, qui utroq; poplite claudicant, nec se totos deo credunt, ut merito semifideles dici possint: quos omnes si subita morte corriperet dominus, periculū est non satis adolescentum fore qui efferant.

Verunramen inultram hanc duplicitatem & perfidiam non finet iustitia dei, si nō totos se misericordiæ diuinæ commiserint, iustitiam non effugient: & quod hic crudeli poena non punit, miserabili cruciatu alibi comminuet. Hoc ergo illis, qui metuūt doctrina Christi opera bona abolitum iri, in Christo Iesu polliceri ausim, hoc plus honorū operum na-

sci, quo magis homines deo fidere cœperint. Quod dum fit, cadet quidquid operum ab hominibus hypocritis præscriptū est. Hac enim luce ueritatis cuncti perspicient, ea opera duntaxat esse bona, quæ deus præscribit & ipse operatur. Discimus præterea graue esse, & æterna pœna dignum à deo deficere, & ei non fidere. Graue inquam deo neglecto sibi. Idolatria  
ipſi fidere & niti, quæ blasphemia in deum est & ue  
ra idolatria. Consimili ratione auaritiam nō abs  
re idolatriam aut simulachrorum cultum uocat  
Paulus, quod auarus spem & fiduciam suam in di  
uitijs collocat. Alia obiectione iterum occurruit so  
cordes illi & qui ueteribus suis pannis nouam E  
uangelij uestem deuenustāt. An nō & Apostoli (in:  
quiunt) ceremonias quasdam mandarunt, qualia  
sunt de idolothyris non edere, de suffocato deqp san  
guine? Ad hanc obiectionem sexagesimoquarto ar  
ticulo respõdebo, interim patienter expecta, & uer  
bis quæ in Epistola Apostolorum ad ecclesias con  
tinentur sis cõtentus, Actorum decimoquinto cap.  
Placuit spiritui sancto & nobis, ne quid amplius  
imponeremus uobis oneris, &c. Ecclesia ergo Hie  
rosolymitana in spiritu sancto uidit, nihil imponē  
dum esse Christianis: posteriores ergo hypocritæ ta  
lia commenti sunt.

In epistola ad Coloss. Paulus sic admonet: Vide Coloss. 1.  
te ne quis sit, qui uos deprædetur per philosophiam  
& inanem deceptionem, iuxta constitutionem ho  
minum, iuxta elementa mundi, & non iuxta Chris  
tum. Aperite hic humanas traditiones et hominum

**Humanæ  
philoso-  
phia uana  
est & ina-  
pis.**

fabulamenta uitare iubet Paulus, ne quis dum ijs fit dat, gratia per Christum spolietur. Qui ergo se sentit gratia dei firmatum esse, à philosophia humana caueat. Philosophiam intelligo sapientiam ab hominibus repertam & excogitatam. Contra-rium fecerunt iam multis seculis hi, qui uerbum dei unice proponere debebant populo, qui scriptu-ræ illustrationem & explanationem sibi soli arrogarunt. Hi inquam in hoc toti fuerunt, ut hominum figmenta, philosophiam uidelicet, quæ stulta quedam & incerta opinio est, pectoribus humanis, quæ uerbo dei alere & fouere oportuit, imprimerent. Inutiles præterea & friuolas imposturas cauet illic Paulus, quas uanas ob id uocat, quod leges ab hominibus repertæ, & quidquid traditionum est humanarum summa quidem specie ocu-lis hominum pulcherrimum quiddam ostentant est aberystel & speciosissimæ uidentur, intus inanes, uacuæ, & vnde vns nūg. inutiles. Nam ubi non est spiritus dei, ibi conscientia est falsa, hypocrita & desperata, inqs scelus omnne propensa. Deus autem illic non est ubi caro re-Caro quid. gnat. (Carnem uoco, ut superius, humanam sapi-entiam & rationem.) Recte ergo Paulus hanc humanæ hypocriseos speciem inanem uocat deceptionem. Caro enim est quidquid ex carne nascitur. Ex his iam consequitur omnes omnium hominum traditiones quæ opera bona præscribunt (quas ut bonas nos uenditamus) signa certissima esse ueræ hypocriseos: eos uero qui istis nituntur, hypocritas infideles & desperatos merito dici. Nam

**Menschen  
särt ghysset/  
est aber ytel &  
vnd vns  
nūg.**

Nam si uere pijs essent, si soli deo fiderent, spiritus sanctus esset cum eis. Gratiae enim dei niti, non fit nisi per spiritum dei. Spiritum uero dei si haberent, impelleret eos nimirum ad uoluntatem & ad opera dei. Quum uero humanis fabulamentis tantum tribuunt, tantopereq; fidunt, certum est deum apud eos parum posse, qui eos maledicit, qui à deo conuersi ad creaturam & carnem deflectunt. Hiere. 17.

Quidquid ergo garriant, tu ab hac certa & induxitata nota oculos non deflectas, si non solius dei doctrinam urgent, si salutem nostram non soli gratiae dei tribuunt, deus apud eos non est, nihil ergo ab eis expectes quam hypocrisim & desperationē. Esto sanè eorum opera speciosissima sint, abominatio tamē sunt coram deo. Quod Christus ipse apud Lucam diserte docet, quum ad pharisæos dicit: Vos estis qui iustificatis uos ipsos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus excelsum est, abominandum est coram deo. Quid uero contra hoc uerbum Christi humanorufigmentorum adsertores adferent? Aut quid præter hoc requirent? An non hoc unicum satis apertum et clarum est quod eos erudiat, satis robustum quod eos conuincat, totum id, quod ipsis pulchrum, speciosum & altum uidetur, abominandum esse coram deo?

Admonet porro Paulus in supradictis uerbis, ne quis per traditiones et doctrinas humanas sibi gratiam dei patiatur eripi. Sciebat Paulus idq; certò, quod carnalis homo ingenium suum nunquam

esset deserturus, qui sibi ipsi in paradiſo tantopere placuerat, ut suo marte uellet esse sapiens, non contentus gratia dei, quæ ipsum tam tenere (ut pater filium solet) duxisset & direxisset.

**Humanæ traditiones nos gratia dei spoliāt.** Cauere ergo ijs uerbis uoluit Apostolus, ne quis humanis traditionibus & doctrinis niteretur, causam addens: Mox enim ut animus hominis istiusmodi traditionibus hæret & adquiescit, actum est de gratia dei, quæ humanis commentis exolescit & extinguitur. Apud quos humana præcepta ualent, apud eos gratia dei in pretio non habetur. Posteaquam enim elementa huius mundi apud nos augusta esse cœperint (elementa mundi uoco opiniones uanas & præcepta quæ confingit humana sapientia) arridet quidquid iuxta hæc instituitur, idqz adeò, ut ad carnem toti conuertamus, & deum negligamus atqz contemnamus.

Sunt qui traditiones humanas ex Paulo adserere conantur, quod is in Epist. Thess. traditiones monet mordicus tenere. Sed Paulus, si diligenter inspicias, illic de institutionibus Euāgeliū loquitur, quē admodum in 1. Cor. 11. Nos hic de traditionibus loquimur quæ homines propria autoritate & ex se instituunt & præscribunt, ut ex Græca uoce *ταπάσθωσις* facile colligi potest.

**Anhumane traditiones ad rem pub. faciant.** Hic iterum obiciunt humanarum traditionum adsertores. Christus, inquiunt, frustra se coli dicit hominum doctrinis, tu quoque adseris humanas traditiones ad salutem esse inutiles, restat ergo eas ad terumpublicarum & morum ordinem prodesse.

Respon-

Responsio. Primum cum Christo uos duriter in *Luc. 9.*  
 crepabo. O perfida & peruersa natio, quām diu uo  
 biscum ero: quām diu uos patiar! An ergo respubli-  
 cæ regi & disponi recte non possunt, nisi ecclesiastii  
 corum fastu, luxu, & insolentia permisceantur, imò  
 corruptantur? An non fuerunt respublicæ & im-  
 peria antequam eorum fastus & petulantia enasce-  
 rentur? Quod bonum est & rebus publicis bene or-  
 dinatis utile, an hoc non totum est à deo? A patre lu-  
 minum, inquit Iacobus, à fonte illo bonitatis deo,  
 omne bonum fluit. Dicite quæso, potest ne boni  
 aliquid ab hominibus esse? quum omnis caro ni-  
 hil sit quām flos quidam pulcherrimus illico marce-  
 scens, quum omnis homo sit mendax? Quid boni  
 à malis, peruersis & mendacibus expectandū? Re-  
 dite ergo ad cor ô præuaricatores, resipiscite fatui et  
 dementes, & uos ipsos morbosq; uestros tandem  
 agnoscite & fatemini. Si quid siue bonorum præ-  
 ptorum, siue legum, bonarum est inter homines, a-  
 gnoscite hoc omne à deo esse non ex hominibus.  
 Prouidentia enim sua omne bonum dispensat &  
 administrat deus: deinde malum quodcūq; in glo-  
 riā suā & usum piorum conuertit & abutitur.  
 Cauete ergo, sic ubi bonas uideritis & bene admi-  
 nistratas siueres publicas siue leges, hominibus sapi-  
 entibus adscribatis. Nam quidquid ab hominis  
 bus est, bonum esse ne potest quidē, sed species quæ-  
 dam & fucus dunraxat boni: si uero quid boni est  
 in rebus publicis, à deo sit oportet, qui imperia & *Rom. 13.*  
 firmat & instituit.

Iacobus.

Resp. & les  
ges bonæ ex  
deo sunt.

Sed hic fides tua non nihil infirma est, qui non es persuasus, omnia dei prouidētia regi & administrari, hinc sit ut per imprudentiā homini tribuas quod solius dei est. De legibus autem & constitutionibus quibus uel moderantur uel seruantur res publicæ, in sequentibus dicemus. Iam (ut superius quoque testati sumus) de his traditionibus & legibus duntaxat loquimur, quæ ab hominibus excogitatae, hominibus præscribuntur tanquam ad uitæ innocentiam & salutem necessariæ, quibus student homines ut uel iusti uel deo grati reddantur. Ex demum nihil sunt aliud quam puerilis quædam stultitia & lusus. Ex sola enim gratia dei seruamur per Christum, & beatitudinem ac uitam adipiscimur æternam, nec ulla alia re, ut ex superioribus satis patuit. Nec est aliud nomine sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri quam nomine illud unicum Iesu Christi.

*Ej. hof. 2.*  
Causa bonorum modum.

Quid ergo de moribus dicemus? Hoc unum, illos tandem bonis moribus præditos esse, eosque solos, qui toto pectore deo nituntur & fidunt. Causam facile est ostendere, nam hi à spiritu dei ducuntur. Quod uero ex spiritu dei non est, nihil est quam fucus & do lus. Si ergo constitutiones sunt utiles & commodæ hominibus, eas dirigit suo spiritu deus, idque per uerbum suum. Sed tunc dei sunt non nostræ.

*Humanæ traditiones respub. græcant.*

Iam quid prodest rebus publicis & imperijs aceruis ille immensus humanarum legum quas Ecclesiastici proceres excogitarunt? quid enim aliud sunt quam mera hypocrisis? Porro, non solum rebus publicis nihil cōducunt hęc mendacia, sed insuper intollerabi-

tolerabili iugo eas premunt, et maximas discordias & factiones pariunt. A condito enim mundo onera grauiora hominibus nunquam sunt imposita, quam quum ingens hæc turba fucorum inutilium & hypocitarum inualescere & eorum humeris imminere cœpisset. Sacrificorum inquam, monachorum, nonnarum, quos pestes humanæ uitæ verius quam homines quis dixerit, ad hoc nimirū natos, ut inutile pondus sint telluris, & ut aliorum omnīū cōmoda absument. Sed unde nobis hoc hominum genus? Ex carne nimirum, hoc est ex hominum traditionibus & figmentis. Sed hi iam uulgo spirituales uocantur, scilicet Christus alios spirituales non agnoscit quam oues suas, quas suo donauit spiritu. Qui enim spiritum Christi habent, hi sunt Christi, Rom. s. Ioan. 3. Qui ab hominibus id cognominis sortiuntur, fortasse non immerito spirituales dicuntur, sed ab eo spiritu qui sues in mare præcipitauit, non à spiritu dei. Cur oues Christi pinguibus istis tauris depressimus? cur traditionum tam inutilium funiculis constrinximus? An non deus præcipit in Deuteronomio cap. 4. & 12. ne quid uerbis suis ad damus, ne quid demamus?

Et Apostolos docuit spiritus sanctus omnem ue ritatem. Præterea Paulus ad Galatas & alijs locis an xiē cauet, ne carnis commēta & onera recipiamus. Quin unico argumento tam fortiter pugnat, ut il lud unicum fuis esset ad cōfutandas omnes homi nū traditiones, uti uitiosas & Antichristianas. Gas lat. 3. sic dicit: Fratres secundum hominem dico,

Hominis licet testamentum, tamen si sit comprobatum, nemo reiçit, aut addit aliquid.

Ex hoc fundamento sic pugno: Si nulli hominū licet testamentum ab homine firmatum infringe-re, quanto minus id cuiquā licet in testamento dei. Testamentum dei quod per Christum nobiscum pepigit, prædictitur per Hieremiā cap. 31. & Esa. 55. Nihil autem aliud est hoc testamentum quam gra-tia, cui quisquis fudit saluus est. Nō eget multis legi bus aut multis disciplinis, tam breue est, tāq; facile, ut nihil sit opus doctore homine: sed quēadmodū deus adfuit Dauidi, ita omnibus aderit qui uiri fue-rint secundū cor dei. Illis misericors erit quēadmo-dum Dauidi, ducetq; eos quo & quomodo sit eis ambulandum, ut non sit opus ullis hominum tra-ditionib; cognoscent enim dominum à minimo ad maximum usq;. Quod sic intellige: Nihil oberit cuiquā sua humilitas, obscuritas, aut tenuitas quo minus gratiam dei intelligat, aut adsequatur, opus est non hominis, sed dei.

Quomodo ergo tam audaces fuerunt homines, ut gratiam & misericordiam dei limitibus humana-rum traditionum sic circumscriberent, & quasi alli-garent, ut nulli patere posset qui eorum figmentis non audiret & subscriberet? Cur iustificationi quæ per unicum Christum præstatur, sua opera adjicere sunt ausi? Cur uerbo dei syncero & puro fidem de-rogarunt apud simplices, quum sic suis commentis ut uerbo dei credere cogunt? Vides, ut opinor, quid caro sit, hoc est humana ratio & sapientia carnalis.

Brevis

Breuiter ex carne nihil boni prodit, ex ingenio enim & natura mala & peruersa est, quod deus testatur Gen. 9. Sensus & cogitatio, inquit, humani cordis ad malum à iuuentute incumbunt. Vetus in Locus Ge. terpres (prona sunt) legit, quæ interpretatio magnū errorem oculis theologorum offudit. Taxādus qui dem hac in parte interpres, quum iuxta Hebraicam ueritatem non prona, sed praua seu peruersa uertere debuerat. Omnia enim studia cordis humani ad In homine malum propendēt, imo mala & peruersa sunt sine quatenus exceptione, aut mitigatione uerborum. Sic enim os homo nihil dei loquutum est, Iezer leb haadam ra mi neurau. Quæ uerba tam sunt clara & aperta, ut nili dubij, nihil duplicitatis sit in eis, nempe omnia studia humani cordis mala esse.

Hanc dilucidam ueritatem ausi sunt theologi in unde error uertere, ut ex praua prona facerent, ut hominem nō res. malum, sed ad malum primum esse euincerēt. Sed natura nostra in Adamo infecta est & corrupta, ut planè simus praui, uani, & inutiles. Ex hac ergo interpretatione audaces istæ opiniones nobis natæ sunt, de libero scilicet arbitrio, de uiribus nostris, de lumine intelligentiæ nostræ. Ex his deinde secutæ sunt traditiones humanæ ut merita & opera nostra magno uenderemus, & quidquid eius generis est hypocriseos. Nam quisq; simulauit se hanc prontatem ad peccandum uicisse, quū interim sciret quo modo res suæ domi haberent, & quid in conscientia sua reclamaret.

Quod si hoc uerbum (figmentum & studium,

humani cordis prauum est à iuuentute) nude & si-  
ne omni prætextu propositum fuisset, nemo tam  
impudenter se iactare aut simulare fuisset ausus,  
quum persuasus fuisset totum hominem esse pra-  
uum. Quidquid ergo ex hominum consilijs & de-  
cretis propositum fuisset aut depromptum, semper  
habuissent suspectum, utpote ab humana sapientia  
& industria, pessimo & corruptissimo fonte ema-  
nans. Nam riuus bonus esse non potest cuius uenæ  
corruptæ sunt & infectæ. Traditionibus itaq; hu-  
matis nemo aurem præbuisset, doctrinis & præce-  
ptis hominum fidem nemo habuisset.

Summa, ex uerbo dei discimus certissime, homi-  
nis sensus, cogitationes, studia, consilia, perspicien-  
tiam, totam deniq; mentem mala esse & peruersa.  
Necessario itaque malum esse oportet quidquid ex  
his profluit. Non enim potest arbor mala & putris  
bonos fructus producere, Matthæi septimo capite.  
Quidquid ergo ex deo non est, bonum esse haude  
quaquam potest.

Quomodo ergo sapientes isti, qui se iactitant ab  
soluisse quod à Christo omissum est, aliquid ex se  
proferre possunt, quum arborem audiunt esse pessi-  
mam? Quando tandem à dementia sua defiscent?  
quando deum blasphemare cessabunt? An enim im-  
pudens blasphemia non est, quum dicunt se perse-  
cisse quod inabsolutum & mancū tradiderit Chri-  
stus? Quasi tam imprudens & insciens fuerit, ut hęc  
ignorarit, qui est dei sapientia, in quo omnes thesaū-  
ri sapientiæ & scientiæ referuantur, cui omnia tradi-  
ta sunt

ta sunt à patre, qui mortuos suscitat, qui infideles luce ueritatis illustrat, qui in hoc uenit in hunc mundum, ut nos liberaret, & gratię suæ cognitionem daret. Et quomodo inuidus erga nos esse posset? Vide quo ueniat humana audacia, quum decreta sua defendere conatur. Huc uidelicet, ut stultitiā suam iniuria & infamia dei probet, sapientiorem se existimans deo, qui discipulis suis sic promisit: Quum spiritus uenerit ueritatis, docebit uos omnē ueritatem. Non autē mentitur deus, spiritus enim uenit quem admodum promissus erat, ex ipso ergo Apostoli & omnes pīj omnem ueritatem didicerunt. Vanum ergo est quod isti dicunt reseruasse quædam spiritum sanctum neq; omnia reuelasse Apostolis, posterioribus uero annis partē suggestisse patribus. Quod ipsi euincere se putant ex cap. Ioan. 16. quum Christus ad Apostolos dicit: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo, quum autem uenerit spiritus, &c. Hic tanq; uictores exclamant: Audis'ne Christum non omnia dixisse Apostolis, patribus ergo posteriori tempore talia manifestauit, quæ tum Apostoli ferre non potuerunt?

Sed hic uide quęso qua impudentia deo uerbum Responso, suum ui eripere, uitiare & ipsum quasi exarmare co[n]tentur. Rudes fuerunt Apostoli semper, donec dōctorem spiritum acciperet, sed tum maxime, quum post cœnam de proditore, deq; alijs grauibus rebus eis loqueretur Christus, perturbati nimirum, fessi, & metu perculsi. Sic ergo loquitur Christus ad eos: Nunc quidē, quæ adhuc dicenda forent, capere

Obiecio  
ex Ioan. 16

nō potestis, quum autem ueritatis spiritus uenerit,  
is docebit uos omnem ueritatem. Vos (inquit) nimirum Apostolos, nam illis tunc loquebatur, omnem ueritatem docebit. Quum ergo uerax sit deus & nō fallat, consequitur Apostolos à spiritu sancto omnem ueritatem edocitos fuisse.

**In Christo omnia consummata.** Quomodo uero Christus in cruce omnia consummata dixisset, si iustitiam sensibus, carne & confilijs humanis parare oporteat? Fabulae ergo sunt.

**Exemplum Saulis ex 1. Sam. 15.** Quām uero displiceat studia & decreta nostra deo, ut cunq; nobis bona & iusta uideātur, ex primo Regum capite 15. discitur. Mandabat deus Sauli, pugnam ut contra Amalechitas capesseret, interficere omnia uiuentia, uiros, mulieres, pueros cum senibus: deinde iumenta, equos, boues, asinos, camelos, sibi q; ex his nihil nec desyderaret nec caperet. Percussit ergo Saul Amalechitas ab Euila donec uenit ad Sur, quæ est e regione Aegypti. Et cepit regem Agag uiuum: omne autem uulgas inter fecit gladio. Pepercit autē Saul & populus Agag, et optimis gregibus ouium & armentorum, uestibus & ariensibus, & uniuersis quæ pulchra erant, &c. Samuel uero prophetam à domino missum huismodi uerbis Saul sacrificans exceptit: Benedictus tu à domino, impleui uerbum domini. Dixitq; Samuel: Et quæ est hæc uox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio? Et ait Saul: De Amalech adduxerunt ea, pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, ut immolarentur domino deo tuo, reliqua uero occidimus.

Ait

Ait autem Samuel ad Saulem : Dominus præcepit tibi, ut Amalechitas debellares & omnino interfices, quare ergo nō audisti uocem domini, sed uersus es ad prædam, & fecisti malum in oculis Domini. Respondit Saul & dixit: Imò audiui uocem domini, & ambulaui in uia, per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalechitarum, Amalechitas uero interfeci.

Tulit autem de præda populus oues & boues primitias eorum quæ cæsa sunt, ut immolet domino deo suo in Galgalis. Et ait Samuel: Num uult deus holocausta & uictimas? An non potius ut obediatur uoci suæ? Melior enim est obedientia quam uictimæ, & auscultare magis q[uod] offerre adipem arietū. Repugnare enim ipsi quasi peccatum est ariolandi, & nolle adquiescere deo nō tia. minus peccatum est idololatria. Addit autem Samuel, dices: Pro eo quod abiecisti sermonem domini, abiecit & te dominus ne post hac rex sis. Quin & Agag regem Samuel propheta frustillatim concidit.

Consyderādum hic quam stulte egerit Saul, qui tamē sibi sapienter & exaēte omnia expendisse uisus est, ut ea ad holocausta domino seruaret, quæ iussicerat deus interficere & perdere. Voluit omnino sarcire quod in præcepto dei (ut sibi uidebatur) uel deerat, uel nimis crudele displicuit. Sed audis quid per Samuelem loquā dominus, nempe huiusmodi curiositatem domino non minus displicere, quam idololatram esse. Obsequendum est omnino uerbo domini, & hoc cōtentus esse debet homo. Tunc enim colitur dominus, tunc gloriā ei adscribimus,

quum eum solum audimus, quum ei soli acquiescamus, quum eum sapientissimum, ueracissimum, & optimū agnoscimus, certi, quod optime oīa & præcipiat & administret. Qui hoc pacto deo sese subiecerit, plus placet deo quam qui uictimas obtulerit.

Sed hoc uerbo dei abutuntur, falso nomine spirituales, dicentes : Ecce quam placet deo obedientia. Ipsi uero eam interim obedientiam intelligunt, qua se quis hominibus subiicit. Et tamen uerba Samuelis hoc urgent, ut soli deo obediatur homo pius.

**Quomodo  
intelligen-  
dū, Melior  
est obedi-  
entia quam  
uictima.**

Quoniam uero eam obedientiam quam isti docent & exigunt, deus non præcepit, manifestum sit, eos Sauli esse perquam similes, quum institutum à deo ordinē emendare & meliorem facere audent, (rametis religiones istae et factiones monachorū & ecclesiasticorum non ex hac sententia, sed ex mera hypocrisi ueniunt) quem tamen in hoc uitiant, & cum Saule merito repudiantur.

Hic rursus clamabunt: Num ergo obediendum nō est? Quis uero hoc docet? Ignave? sed huic do-

**Cat obediē  
cemos obediendum esse qui dominus est omnium.  
dam sit.**

Hoc si feceris, eadem opera & illis obediens, quibus te iubet obediire deus, nempe magistratibus : sed de monachis, sectis, & huiusmodi prælatis Christus nihil præcipit, sed eos damnat & reiçit. Qui uero hi sint, quibus obediire ex præcepto dei debemus, postea dicitur. Ex hoc loco illud discamus tantū, hoc dictum (Melior est obedientia quam uictima) non de ea obedientia esse intelligendum qua homohomi adstringitur, sed qua deus colitur. Et magis purgnat

## ARTICVL I XVI.

113

gnat contra eos qui hoc obijciunt, quām quod eos defendat.

Ex hac ergo pulcherrima Saulis & Samuelis historia, puto satis manifestum fieri omnibus, quām bonum, quamque gratum sit deo, quod ex curiositate & humana prudentia proficiuntur.

## ARTICVL VS XVII.

*Christus unicus, æternus & summus est sacerdos: qui ergo se pro summis sacerdotibus uenditāt, gloriae & potentiae Christi aduersantur, & Christum reijciunt.*

**Q**uod Christus summus fit sacerdos ex hoc Christus patet, quod caput est unicum omnium sacrificiū delium, de quo supra in septimo articulo satis dictū est. Caput esse nihil aliud est quām summum esse. Deinde hoc idem manifestum fit ex uictima quam ille obtulit. Nullus unquam sacerdos tale sacrificium obtulit. Nā tamē si plures pro gloria dei mortui sunt, non potuerūt tamen pro alijs uictima esse, multo minus tam excellēs & perennis, ut cum David recte dicere possimus: Domine qui similis mihi Psal. 34. Et idem David ex spiritu sancto prædictis Christum æternum fore sacerdotem, iuxta ordinem Melchizedech. Psal. 109. Iurauit dominus & non pœnitabit eum, tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchizedechi. Hunc Psalmum de Christo intelligi debere, probat ipse Christus Matth. 22. quum hoc testimonio contra Iudæos utitur. Et Paulus Locus <sup>1</sup> Hebr. 7. sic dicit: Alij quidē (nempe veteris testi) Heb. 7.

stamenti sacerdotes) absq; iureiurando facti sunt sacerdotes: hic uero cum iureiurando, per eum qui dixit ad illum: Iuravit dominus & non pœnitabit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchizedech. Tanto potioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et illi quidem plures facti fuerunt sacerdotes, propterea quod per mortem nō finerentur permanere: at hic (Christus) quod idem maneat in æternū, perpetuū habet sacerdotium, unde & in perpetuum & ad plenum saluos facere potest, qui per ipsum adeunt deum, semper uiuens, ut interpellat pro illis.

1

In his Pauli uerbis audimus, primum, ut certi essent homines, deum iuramentum addidisse promissionibus, daturum scilicet se sacerdotem sempiternum, cuius sacerdotium (quemadmodum sacerdotum ueteris testamenti) nunquam aboleretur. Iurat ergo Christum æternum fore sacerdotem. Quod ueteris testamentis sacerdotes æterni non erant, hinc fuit, quod absq; iureiurando erant instituti, neq; ipsis æternitas in officio promitteretur.

Secundo, noui testamenti excellentiam & dignitatem ex sacerdote colligimus, cuius spōsor & summus sacerdos est unicus Christus: qui quoniā sempiternum habet sacerdotium, nouū quoq; testamentum æternū est, & ueteri quod exoleuit longe præstantius: exoleuit aut̄ propter imbecillitatē, Hebr. 8.

Tertio discimus quid intersit inter sacerdotium Christi, et sacerdotium ueteris testamenti, quod horum multi fuerunt, idq; per successionem (Quum enim

enim mortales essent isti, & mortal is atq; olim abro gandi testamenti sacerdotes, perpetui esse nō posse runt) Christus autem, qui sempiternus est deus cum patre cœlesti & spiritu sancto, qui idem uita quoq; est, aeternus est, neq; unquam mutari potest: sacerdotium ergo eius aeternum est, nec successorem recipit, quem si reciperet, aeternus non esset. Deinde iuriandum non esset efficax & firmum. Iurauit autem Christum fore sacerdotem aeternum.

Iam ex his facile colliguntur posterioris partis huius articuli uerba, uidelicet, eos Christi sacerdo-  
tio aduersari, imò Christum reiçere, qui se summos  
sacerdotes esse iactitant. Quum enim omnis potes-  
tas & dignitas unius sit Christi, quomodo hanc  
arrogare sibi mortal is audet homo? Id quod soli fi-  
lio suo unigenito, tam sancto & irrefragabili iura-  
mēto sanciuit et firmauit deus, qua fronte sibi usur-  
pare audet uanissimus homo? An hoc nō est aduer-  
sari Christo? an hoc non Christum gloria sua spos-  
liare? Et quū iuramento dei reclamant, an non hoc  
ipso periuū & perfidum uolunt facere deum? Hoc  
an non est deum reiçere, contemnere et explodere?  
An hoc opus Antichristi non est, qui se (ut Daniel 2. Thess. 2.  
& Paulus testantur) in tēplo dei sedens super omne-  
id quod deus est effert & exaltat? Quin deum se in  
terrīs uocitari sinit, & deus esse uult, persuasus ab  
adulatoribus suis, simul atq; sit electus, plenū se esse  
spiritu dei, Christoq; ipso potētia & dignitate nihilo  
inferiorem. An hæc non ea est abominatio de qua  
Christus Matth. 24. prædicit? Quum uideritis abo-

minationem, &c. Christus hæc omnia præuidit, & ideo præmonuit ut caueremus. Vetus ne quem in terris patrem nobis eligamus, Matthæi 23. Iam ueniunt ambitiosi quidam & cupidi pecuniae homines, qui cogunt nos ut ipsos pro diis & habeamus & adoremus, ut omnia potestati & libidini eorum.

**Miseranda & deplo-  
randa cœci-  
tas.** **Diss. xl. c.  
§1 Papa.** permittamus. Omnia sibi usurpant, non res tantum, sed & animas quoq; quas si cateruatum in barathru gehennæ pertrahant ac præcipitent, nemini tamen licere ut id uel impeditat uel ueret. Quis talia uel legit uel audiuit unquam? Quis non uidet, peccatis nostris id exigentibus, magna cæcitate nos à deo fuisse percussos? Quis enim sic insanire unquā potuisset, ut non aliquando ad se reuersus cogitasset: Profecto recte hoc fieri non potest, ut se homo tantum efferat. Nimirum idolatria est & dolus maximus. Sed ex inscrutabili & admirando iudicio suo, in poenam nostrorum peccatorū, multis iam seculis sic excæcauit nos deus, ut planè in media luce cæcutiremus, Esaiæ 5. Matth. 13. Quemadmodū contra hac iam tempestate simplicium oculos reuelat, mentes eorum luce ueritatis illustrat, ut uideant & intelligent. Nam omnino hoc consilium dei est, ut sapientiam suam paruulis & insipientibus reuelet, utq; per hos in lucem ueniat, Matth. 11.

Quandoquidē uero Christus Danielis testimoniū citat Matth. 24. operæ pretium mihi facere uideor, si sententiam Danielis proferam, ut quisq; uideat, quò tandem insania hominum ruat & præcipitur, si habentæ nimirum laxentur. Interim quid uere

uerē pīj potius patiantur, quām creatorē suum deū  
deserant, & ad creaturas conuertantur.

Quum Daniel à Dario cæteris plus amaretur, & Locus Di-  
cæteris uel præstantissimis solus præficeretur, cōpē  
nielis 6. ex<sup>e</sup>  
runt ei (ut est gloriæ comes inuidia) admodum in-  
pensus &  
excussus.  
uidere proceres regni, uenarij occasionem qua Da  
nielem uel deiſcerent uel opprimerent. Tandem  
hoc excogitant, ut in triginta diebus aliū deum ne-  
mo uel adoret uel inuocet quām Darium. Atq; hoc  
decretū ut confirmet & inuulget rex à potentibus  
Ingenium  
inuidorū.  
istis persuaderur. (Obiter hic cōſiderare licet princi  
pum huius mūdi insaniam & stultiā, qui huc tan-  
tis sit expe-  
cīpum Rul-  
torum.  
dem ueniunt, ut se deos esse sibi certò persuadeant.)

Callidum hoc inuentum fuit, sic Danielem con-  
stringūt, ut elabi neutiquam possit. Quum enim in  
Daniele nihil deprehenderet quod merito culpare  
possent, uastrum hoc cōminiscūtur, ut Daniel uel in  
deum uel in regem peccare cogeretur. Sciebat con-  
stantiam Danielis, qui deum suum nullius gratia  
offenderet, certū ergo fore ut in regem impingeret.  
Deinde sic inuoluunt regem, ut aut Danielem op-  
primere, aut mentiri ei sit necesse. Mentiri turpius  
duxit, quām insontem perdere.

Obſeruant Danielem contra edictum regium in  
domo sua orantem, idq; ter quotidie uultu ad urbē  
Hierusalem uero. Adcūsant ergo eum ut contuma-  
cem coram rege, urgentes ut puniatur Daniel. Ex-  
torquent tandem ut in lacum leonum coniūciatur,  
quam poenam inuidi illi incauto regi antea præscri-  
pserant. Leones uitunḡ feroces & famelici Danie-

Auxilium  
Dei.

Iem nihil læserunt, in quo uirtus dei manifesta fit  
Dario. Quo miraculo permotus rex, Deum Danielis suis omnibus colendū præcipit, & satrapas istos Danielis hostes in lacum leonum coniecit. Sed illis non pepererunt leones, quin potius illico eos frustillatim conciderunt & dilaniarunt.

*Daniel. 11. 1. 2. 3. 4. 5.*  
11 Alterum locum de abominatione desolationis, hoc est, de atroci audacia, qua se homo deum facere audet, & pro deo se coli patitur, eoq; ipso deum expellere sede sua non ueretur, inuenies Danielis 11, ubi simul nostri seculi faciem graphicē depictam uidebis.

*P* Prima Pon  
tificiorum  
obiection.  
T Sed hic pro defensione sua cauillum quoddam Papistæ obijciunt. Nemo, inquiunt, tam stultus est, ut Papam pro deo habeat, sed administratorem eum & uicarium dei agnoscimus. Quandoquidē enim mortales nos, in cognitione & fide tam sumus imbecilles, opus est nobis homine aliquo uisibili, qui super omnes sit doctores, & per quem unum fides & confirmetur & certa fiat, qui deinde disceptator sit & arbiter omnium controuersiarum quæ ex scripturis subnascuntur. Haec tenus Papistæ.

*R* Responso.  
*T* Sed ostendite primum, ô uanissimi homines, ubi id officij datum sit Papæ à deo? ubi iussus sit esse uicarius Christi? Matthiæ, inquiunt, decimo sexto, quū Petro sic promittit: Tibi dabo claves regni cœlorū. Sed quid audio? Quis unquam sic insaniit, ut, Tibi dabo claves regni cœlorū, sic exponat, Sis uicarius Christi, æqualem mecum habeas potestatem? Sed nec solius Papæ claves esse nimirum non ignoras, imo

*Claues.*  
*p. 10.*

Imò nec Petri solius, sed omnium qui uerbo dei & ligant & soluunt. Omnibus enim fidelibus in persona discipolorum dñae sunt Ioan. 20.

Sed aliud obijciunt. Christus, inquiunt, discipulis suis hoc dedit, ut in nomine eius dæmonia ejiciant, linguis loquantes nouis, serpentes tollant, &c. An non hic uides, inquiunt, sacerdotibus uenerandas datam esse potestatem, ut in nomine Christi, id est, loco & uice Christi, diuina uirtute talia faciant?

Ad hanc objectionem sic respondeo: Principio manifestum est Christum hic non Petro & Apostolis duntaxat, sed omnibus pijs id muneric promisso, dicit enim: Porro signa eos qui crediderint hæc sequentur, In nomine meo, &c.

Secundo, Christus dicit, In nomine meo, non, in nomine eorum. Quod si omnia in nomine (id est) in uirtute aut potentia Christi fiunt, cur audet hæc fibi arrogare homo? Iterum occurunt pontifici.

Christus post resurrectionem Petrum interrogauit, an eum cæteris plus diligeret. Quumq; Petrus dicaret, Tu scis Domine quia amo te, mādauit ei Christus ut oues suas pasceret, idq; non semel atq; iterū, sed tertio, Pasce inquit oues meas. Quemadmodū uero Petrus Christum præ cæteris dilexit, sic ei præ alijs potestas super oues domini data est.

Ostendant uero isti primum, ubi Petrus id affir<sup>re</sup> marit quod præ cæteris deum dilexerit, præsertim quum primatū potestatis hinc pendere putant. Hoc uobis affirmare ausim, Petrum, si se Christum præ cæteris diligere affirmasset, notam arrogantie non

Secunda ob-  
iectio ex  
Mar. 16.

Tertia ob-  
iectio ex  
Ioan. 21.

effugisse. Sed Petrus conscientiæ Christi id permittit, dicens: Tu scis domine quia amo te, scis & modum dilectionis quantum te scilicet diligam, neq; ignoras quantum cæteri te diligent, quomodo mihi hoc arrogem ut cæteris plus diligam?

II Secundo, cur uos contentiosi Papistæ hoc in loco non patres auditis et sequimini, pro quibus tam anxie tamq; miserè quiritamini, dicentes: An non credendum sanctissimis patribus? Et cur uos eis nō creditis? Hi omnes hanc interrogationē ter factam esse aiunt, ut trina negatio æquali confessionis numero compensetur, ita quod uerbis commissum sit, uerbis curetur: ut Apostolo negationis nota adimeatur, ut fiduciā haberet sibi remissam esse culpā, &c.

III Tertio, id à uobis quæro, an hęc uerba (Pasce oves meas) sic uobis exponuntur (Sis Pontifex Romanus) seu (Sis super omnes fideles?) An non & cæteri Apostoli oves Christi pauerunt? An nō Paulus plus cæteris omnibus laboravit? Ecce quām firmo fundamento fastus Episcopi Romani nitatur? 7 Hęc non loquor quod primum locum Papæ iniudeam (nam ubi multitudo est, aliquem esse primum necesse est: & Paulus iubet, ut quisq; alium se præstantiore ducat:) sed ob hoc dico, ut cuncti uideant, quandoquidē ex uerbo dei Pontifex fastus & principatus sui firmamentum nullum habet, quām uafre quidam scripturas sacras pro libidine humana torquere audeant, quodq; animaduertat magistrum hunc ex deo nō esse. Nam ubi magistratus dei asteritur & uindicatur, tēperatur ab humanis nominibus

nibus. Neq; cupit homo inter reliquos pios dominari & magnus aut supremus esse, sed (ut ex Paulo patuit) quisq; alterū se præstantiorem dicit & eue here studet. Deinde ut uideamus quod Papam esse, inuentum sit hominis. Potest ergo, quandoquidē ex hominibus ortum habet, per homines tolli, non secus ac in oppido aliquo consul aut præfectus si pergit esse inutilis & minus idoneus, ciuium consensu aut tolli potest, aut meliore mutari.

Papatus in  
uentum hu-  
manum.

Hæc de primatu loquor qui ordinem respicit, nō de excelso isto fastigio quod sibi arrogat Papa, aut quod ei ab adulatoribus tribuitur. Solus enī Christus summus est sacerdos & summus Pontifex, idq; in æternum. Quicūq; hanc dignitatem & summitatem sibi arrogat & uendicat: non Christi uicarius est, sed Antichristus. Aliud ergo est primum esse in multitudine aliqua, aliud summum aut supremū.

Primum esse  
nō est sum-  
mum esse.

Veterum quidam satis anxiū fuerunt, ut esset scilicet Episcopus aliquis cæteris omnibus præfectus, id enim ecclesiæ cōmodum & utile fore existimauit (nā illa tempestate nullus adhuc fuit summus pontifex, quidquid tandem de Petri sede fabulatur.) Ego uero ista nihil moror. Nam Christus dicit Luce 22. Qui inter uos est maior, fiat sicut iunior: & qui princeps est, sicut qui ministrat. Quid uero uerbum Dei fallere non potest, uelim ut quidquid uirium in nobis esset, id totum nō ad defensionem Papæ aut principatus pontificalis, sed ad studium humilitatis & modestiæ impēderetur, committere Modestia  
turq; negotium & proiectus Euangeliū deo: is nī studendum

mirum efficeret, ut maior esset concordia inter Christianos (quemadmodum ab initio Hierosolymis) quam dum nos ex nostris capitibus concordiam sacrificare conamur. Ausim id affirmare, ab eo tempore quo doctis in uerbo dei tedium quoddam & fastidium laboris inoleuit, uerbum dei desertum & contemptum esse. Antea magnum studium, labor ingens erat ad ueritatis defensionem contra haereticos & pseudapostolos, ad arcendos lupos, qui irruerant in ouile Christi.

Summa, fugiat cum Christo quicunqz huc rapiatur ut summus sit, permittens prouidentiae diuinae, quem ordinem inter suos instituat & seruet. Sed hic iterum fides deficit, nam non totos nos permittimus uerbo dei. Humanum uero consilium quid aliud est quam impia quædam desperatio, & sui exaltatio? Deinde stulta quædam & procax curiositas! Hactenus de uicario.

**A**n Ponti-  
sex arbitri  
esse possit  
inter dispus-  
tationes de su  
scripturæ obor  
tas. Altera pars obiectionis, qua utuntur pontificij,  
fuit, Talem uidelicet primum aut summum discep-  
tratorem aut arbitrum fore, qui controversias de sen-  
sus scripturæ obortas discutiat & componat. Talem  
esse debere hominem aliquem uisibilem, qui Christi  
sit uicarius, per quæ simplices in conscientijs suis  
aut fide certi & firmi reddantur.

**A**b illis ergo hoc quæro: Quis potest de uerbo  
ab homine prolatu*o* iudicare, quo sensu protulerit,  
quam solus ille qui protulit? An non sensus profe-  
rentis hoc uerbum talis esse potest quem homines  
totius orbis ignorent, aut talis quem nullus homi-  
num

num expendere & explicare possit? An nō hoc ui-  
 demus in paradoxis Stoicorū? in mysticis quibus-  
 dam & abstrusis sententijs quas Pythagoricas uo-  
 cant? in dubijs oraculis & responsis deorum Gen-  
 tilium? in alijs deniq; occultis & ænigmaticis lo-  
 quutionibus quam sint ab hominibus aut non in-  
 tellectæ aut uarijs interpretationibus distractæ? Et Impudens  
audacia Pa  
px.  
 audet scilicet mortalis arrogare sibi iudiciū in uer-  
 bum dei æternum, dei inquam sapientissimi, poten-  
 tissimi, & optimi: ut illius uerbum pro arbitrio ca-  
 pitis sui iudicet, exponat & definiat? Quum uero is Apud que  
& ubi que  
rendus sit  
scripturæ sa  
crae sensus.  
 qui loquutus est uerbum suum, idem uel dubium  
 uel abstrusum enunciat, exponit aut interpretatur,  
 facile possunt alij intelligere quid uelit. Arrogan-  
 tia ergo est & magna insolentia, si quis sensum scri-  
 pturæ & uerbi dei alibi quam apud solum deum  
 querit. Et hoc ipse Christus docet Ioan. 5. quum  
 ex prophetis citat testimonium, Erunt omnes à deo  
 docti. Item Hiere. 31. Legem meam inscribam in  
 corda eorum, scilicet piorum & electorum. Non di-  
 cit scribam in scrinium pectoris Papæ, aut in os Ro-  
 mani pontificis. Iterum dicit Christus Ioannis 15.  
 Quū uenerit spiritus ueritatis, docebit uos omnem  
 ueritatem. Spiritus dei docet sensum & mētem dei,  
 intus in corde hominis, nō per os Papæ aut ullius  
 hominis. Nam etiamsi homo uerbum foris admi-  
 nistret & proponat, non potest tamen cor hominis  
 fidele reddere. Simile est in priori Epistola Ioannis  
 capite 2. Non habetis necesse ut quisquam uos do-  
 ceat, sed sicut ipsa unctio docet uos de oībus, uerax

Solus deus  
intus do-  
ces.

**V**nde qd. est & nō mendacium. Per unctionem intelligo illę lustrationem spiritus diuini quam in mentem electorum inserit, lux est illa superna, cœlestis & supernaturalis, quę spiritu operante illabitur in mentem hominis pñ.

Sed quis posset uoluntatē dei docere alius quām deus ipse, quum nec internū hominem alius quispiam possit cognoscere? Et quomodo mentem & propositū dei cognosceret mortalis homo, qui proximi sui mentem et propositū nosse haudquaquam potest? Hoc probat Paulus 1. Cor. 2. *Quis enim hominum nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo?* Sic & ea quæ dei sunt, nemo nouit nisi spiritus dei.

**O**biectio. Neq; ualet obiectio qua occurruunt illi, dicentes: *Si ergo spiritus dei omnes homines quos uult docere potest.*

**R**esponsio. cert, & Papam docere potest. Hoc enim libenter concedimus quod Papam quoq; docere possit spiritus, sed nolo alligaram uim & operationem spiritus liberam, ut omnes credere cogantur, Papam nō posse errare, Papam super uerbum dei esse iudicem, Papam solum uerbum dei intelligere & moderari, nolo ut omnes ab eius iudicio & sensu pendere cogantur. *Sensum enim & intelligentiam uerbi sui reuelat ijs qui sibi ad hoc placent.* Ioan. 3. Spiritus ubi uult spirat: sic est omnis qui natus est ex spiritu, id est, qui inspiratur spiritu dei pro uoluntate spiritus. An nō multi pontifices fœde errarūt? Quid de Christo sen sit Anastasius quum grassaretur Arriana hæresis? Quid Liberius & alij? Quorsum igitur haec tā uana &

& friuola, Papa nō potest errare in his quæ sunt fideli? De hac resans dixi in libello de certitudine & claritate uerbi dei. An non Christus nobiscum futurus est usque ad seculi consummationem? Abbreuiata ne est manus eius aut impotētior facta, ut iam amplius corda piorum ad simplicem scripturæ sensum trahere non possit? Nugæ.

Ad alteram partem cōventionis dicimus, uisibili homine ad fidem nihil opus esse. Homo enim hominem fidelem non reddit, sed spiritus qui cor & mentem trahit & immutat. Ut cunq; extero p̄t. dicatore uerbi uimur (quem omnino nō contemnimus) cor tamen is nō fidele reddit, sed spiritus & internum uerbum hoc faciunt. Qui uero iactat se uel mente illustrare uel firmam aut certam reddere, seductor est & Antichristus, sibi enim tribuit quod solius est dei. Spiritus dei operatur omnia in omnibus, 1. Corint. 12. Homo nihil aliud est quam ad minister & dispensator uerbi dei, 1. Corinth. 4. Hoc officij gratia dei obuium & commune esse potest omnibus hominibus non duntaxat Papæ. Quis enim spiritum dei prohibere aut includere possit? Actorum 10.

Satis hactenus dictum sit de cōtemptoribus Iesu Christi, qui sese faciunt, quod nulla creatura esse potest. Sese enim pro deo uenditant. Qui plura cupit, legat Ephes. 1. Hebr. 5. 6. 7. 8. 9. 10. imo totam Epistolam. Et Apocalypsim Ioannis de agno qui potestate habet solus ut librum septem signaculis observatum aperiat & resignet.

Christus qui sese semel in cruce obtulit, hostia est & uictis  
ma satisfaciens in æternum pro peccatis omnium fidelium. Ex  
quo colligitur, missam non esse sacrificiū, sed sacrificij in cruce  
semel oblati commemorationem, & quasi sigillum redemptio-  
nis per Christum exhibitæ.

*Articulus firmatus est, primum in officio  
acerdos & cuius sa-  
nctificium inuenit, &  
in eternum.*

**A**rticulus iste firmatus est, primum in officio Christi. Christus enim summus & unicus est Pontifex, idq; in æternum, qui nihil aliud quām se ipsum offert, nō potest ergo sāpius pro nobis offerri. Unicum, æternum & summum esse sacerdotem Christum, ex præcedenti articulo patuit, satisq; probatum est. Sequitur ergo eum non nisi semel offerri posse. Nam si sāpius offerret, non esset æternus sacerdos, sed esset similis sacerdotibus et sacrificijs ueteris testamenti, quæ sāpius reiterabantur, propter eorum imperfectionem & imbecillitatem. Si ergo Christus iteraretur, fieret hoc nimis ex imbecillitate. Hęc oīa manifesta sunt ex Epistola ad Hebræos.

Secundo, firmamus hunc articulum ex cap. 7. ad Hebræos. Talis, inquit, decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis pōtificibus, prius pro peccatis proprijs uictimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel (Christus scilicet) quum semetipsum obtulit. Indicat hic Paulus, primū hostiam puram & immaculatam, nempe Christum, ut uirtus & efficacia mortis suę exactius intelli-

Intelligeretur. Deinde perfectionem Christi à sacerdotibus ueteris testamenti discernit, cui non fuerit necesse pro suis peccatis offerre.

Tertio, mortem Christi tam perfectam hostiam esse, ut semel oblata omnium peccata in sempiternū expurge, neq; sit necesse hanc, quemadmodum ueteris testamenti hostias iterari.

Porro Heb. 9. ita scribitur: At Christus accedens pontifex futurorum bonorum per maius & perfectius tabernaculum, nō manufactum, hoc est, non huius structuræ, neq; per sanguinem hircorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta (hoc est in cœlum) æterna redemptione reperta.

Sensus horum uerborum est, Christum fuisse lōge præstantiorem sacerdotem quam fuerint ueteris testamenti sacerdotes. Nam hi templum ingrediēbātur manufactum, temporarium & corruptibile, in quo pecudum sanguinē offerebant. Christus uero in cœlum ingressus est, templum uidelicet incorruptibile, non enim manibus hominū factum est. Deinde nec uitulorum, nec hircorum, sed proprium sanguinem obtulit. Sacrificium deniq; suum, id est mortem suam, non sæpius obtulit (tantum enim semel mortuus est) alioqui nihil interfuisset inter sacrificium eius & sacrificium ueterum sacerdotum. Nec uno tantū tempore expiauit quemadmodum ueteris testamenti pontifices & eorum sacrificia, sed unica oblatione semel oblata æternā redemptionem parauit in sempiternum duraturam.

Heb. 9.

Differentia  
inter Christum & po-  
tifices uete-  
ris testame-  
nti.

11  
iii

iv

Mox predictis uerbis talia subiungit Apostolus:  
**Non enim in manufacta sancta ingressus est Christus, exemplaria uerorum (quemadmodum templum Hierosolymis erat exemplare & figura quædam tempi cœlestis & mansionis supernæ) sed in ipsum cœlum, ut adpareat nunc in conspectu dei pro nobis.**  
**Non tamen ut sacerdos offerat semetipsum, quemadmodum pontifex ueteris testamenti ingreditur in sancta singulis annis per sanguinem alienum, nempe pecuinum, alioqui oportuisset illum sacerdos passum fuisse à condito mundo.** Nūc autem semel sub consummationem seculorum, ad profligationem peccati per immolationem suipius apparuit. Et **semel.** quatenus illud manet omnes homines, ut semel moriantur, post hoc autem iudicium: ita & Christus semel oblatus, ut peccata multorum tolleret, &c.

*Scripsit locutus  
Paulus.* Verba hæc Pauli perse satis sunt clara, nempe,  
 1. quod Christus non in templum aliquod ingressus  
 2. sit, sed in ipsum cœlum. Deinde nō per sanguinem alienum, sed per propriū. Deniq; non sacerdos (nam si sacerdos ei fuisset opus offerre, imbecille fuisset eius sacrificium & imperfectum, quemadmodum fuerunt ueteris testamenti sacrificia) sed semel tantum sub consummationem seculi. Mortem autem Christi sequuta est peccatorum remissa, eaq; nō uni genitui contigit, sed multitudini, nempe, credentium.

*Hebr. 10.* sic loquitur: Per voluntatem (nimirum Christi per quam se totum deo obulit) sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel perfectam.

Hic

Hic Christus una p̄ peccatis oblata uictima, per  
petuò sedet ad dexteram dei, id quod superest expe-  
ctans, donec reddantur hostes ipsius scabellum pe-  
dum eius. Vnica enim oblatione perfectos effecit Vnica obla-  
tio.

In istis uerbis alteram partem oblationis istius,  
qua carēt simplices, animaduertimus. Seducti enim  
sunt hoc dicto: Quandoquidē quotidie peccamus,  
sacramētum hoc altaris quotidie offerre necesse est.  
Sed hoc sermone infirmatur & blasphematur obla-  
tio Christi. Nam Christus tam perfecta est uictima,  
ut semel tātum oblata, eos omnes qui in ipsum cre-  
dunt (qui sancti uocantur & sunt) in sempiternum Fideles sunt  
perficit, absoluit, & consummat.

Quod si necesse esset Christū s̄epius subinde of-  
ferri, nihil à ueteris testamēti sacrificijs differret, que  
propter imperfectionem suam iteratione opus ha-  
bebāt. Sed hoc ad confirmationem & blasphemiam  
perfectionis & absolutionis illius uictimæ quæ  
Christus est faceret, qui seipsum deo per mortem sa-  
am pro peccatis omnium hominū obtulit, omniū  
dico qui fuerunt & qui futuri sunt.

Quomodo uero Christus morte sua semel per-  
pessa patribus omnibus, qui ante ipsum fuerant, sa-  
lutem & uitam æternā parasset, & haec eadem mors  
semel perfecta nobis qui post Christum sumus salu-  
tis fera non esset, & iustitiæ dei pro nostris peccatis  
non satis faceret?

Sequereſ hinc duos esse Christos. Alterū q̄ rā perse-  
cte pro patribus unica morte et oblatione expiatet.

*ergo dicitur.*

*III.*

*Absurditas  
Pontificia  
et Romana.*

Alterum qui non tam perfecte pro nobis quemadmodū prior pro patribus moreretur. Aut certe unici Christi passio & mors fidelibus in nouo testamento non tantum adferret fructus quantum patribus in ueteri, si necesse esset nobis sæpius illum offerre. Veteres enim illi Christum nunquam obtulerunt, sed tum demum ad deum peruerterunt, quando Christus in cruce mortuus est.

Sic nobis quoq; peccata nostra remittuntur, & ad deum accedimus per uitutem & fructum mortis ilius quam Christus pro nobis et omnibus pertulit.

**Pretiū paf-  
fionis &  
mortis Chri-  
sti.** Tam preciosa est mors Christi coram oculis dei, ut in perpetuum pignus sit & pretium per quod omnes pij ad deum perueniunt.

**Hic pofatio** Adhuc clarius fiet si ueritatis uerba exactius expenderimus. Luc. 22. sic loquitur Christus : Hoc est corpus meū quod pro uobis tradetur. Hic (pro uobis) tantum ualeat, ac si diceret, Pro omnibus hominibus. Nā in persona eorum qui tum aderant alloquitur Christus omnes fideles, ut uerba hæc Matth. 26. clare indicant, quibus inquit: Bibite ex hoc omnes, hic enim sanguis est meus, sanguis noui testamenti qui pro multitudine effundetur in remissionem peccatorum.

**Ador vīdēm  
di cōfūtūs.** Animaduertendū autem Christum hic eum modū rem obseruasse quem homines ferē in redimēdis captiuos obseruanr. Qui captiuos redimunt, duo faciunt. Primum dant ἀνθρώπον, id est pretium redemptiōnis. Redemptum deinde à squalore & situ, quem in carcere contraxit, eluunt & expurgant. Idem nobiscum

nobiscū fecit Christus, quemadmodū Lucas ostendit. Corpus suum in ara crucis pro nobis dedit pretiū redēptionis. Post hoc sanguine suo īmpuros & peccatis squalidos emūdauit, ut Matthæi 26. cap. 1. Timot. 2. 1. Ioan. 1. ostendit his uerbis: Bibite ex eo omnes, &c. Nō hēc dico quod pūtem Christum aliud morte, aliud sanguinis fusione effecisse, sed quandoquidem ipse dupli symbolo efficaciam nobis suæ mortis proposuit, simplices obiter discant cōmoditatē utriusq; speciei animaduertere & expendere, quā ego nō ex cerebro meo, sed ex ipsius Christi uerbis collegi.

Admiramur ergo Romanæ ecclesiæ iniquitatē, dicam aut temeritatem, quę uulgo alteram speciem sanguinis scilicet abstulit, quam tamen constanter disertis uerbis Christus semper exprimit, quoties de sacramento corporis & sanguinis sui mentionem facit. Quin sanguinis nomenclatura, sēpe passionis suæ uniuersus fructus exprimitur. Quod ex supra citatis locis ex Epistola ad Hebræos clare perspicere licet. Idem Ephes. 1. Rom. 3. Sed nos ex istis uerbis euincere uolumus Christi mortem & passionem pīgnus esse & pretium redēptionis pro peccatis nostris, quod efficax sit in perpetuum, inexhaustum & immensum. Quotiescumque ergo nobis deus est adeundus, admoneamus eum mortis Christi, reuocemus ei in memoriam sanguinem Christi pro nobis effusum. Est enim sanguis eius sanguis noui & æterni testamenti, mors & sacrificium eius durat in perpetuum, satisfaciens semper pro peccatis nostris. Sic Heb. 13. Deus pacis qui reduxit à mori

*Alia lita. Ro.*

*mea uis in pīgno  
mītilando sūt*

*Mors Christi pī  
ngere domini, hīc*

*magis dīmī, hīc*

*mītilando sūt*

tuis pastorem ouium illum magnū per sanguinem testamēti æterni dominum nostrum Iesum, absolutos uos reddat, &c.

**Qui sunt Pa-** Reclamant hic Papistæ (Papistas aut Pontificios  
priestere.) uoco, quicunque doctrinas, traditiones, leges huma-  
nas, fastumque uerbo dei uel æquant uel præferunt.

Quidquid enim uerbum dei doceat, ipsi semper sen-  
tentiam & decreum Romanæ ecclesiæ docent, asse-  
runt, & vindicant, uerbum dei negligentes et respu-  
entes) et uehementer pugnant, dicentes: Verum qui  
dem est quod Paulus ad Hebreos dicit (Semel.) Sed

Hoc nos sic intelligimus, Christum semel duntaxat  
oblatum in cruce, id est, semel mortuum esse, ut Pau-  
lus dicit Rom. 6. Mors illi ultra non dominabitur.  
Potest autem nihilominus quotidie offerri, nec est  
necessæ ut ipse ob id moriatur.

**R** Illis respondeo, & eos rogo ut uerba Pauli dili-  
genter expendant, nam duo hæc continent. Primū  
cap. 10. sic scribitur, Christum unica oblatione perse-  
ctos reddidisse omnes eos qui in perpetuum sancti-  
ficantur. An non auditis hic unicam hostiam tam  
gratā tamque pretiosam esse, ut omnes fideles (quos  
sanctos uocat) in perpetuum perficiantur? Alterum ha-  
betur cap. 9. ad Hebr. Christus (inquit) semel obla-  
tus est ad exhaurienda peccata multitudinis. Primū  
auditis unicam hostiam duntaxat. Secundo semel  
duntaxat oblatam. Vnicam (inquam) auditis, & se-  
mel duntaxat oblatam. Iuxta hæc uerba quomodo  
stabit uestra doctrina, quod sepius aut quotidie pos-  
sit offerri, quum Paulus toties repeatat hoc, semel?

Supra

Supra hęc apertissima Pauli testimonia opus nō esset alia adducere ad probandum quod Christus amplius non possit offerri, nisi Missatores isti miseri tam fortiter pro quęstu suo digladiarentur, & inter offerre & mori (quę in Christo idem sunt) differen tiam statuerent. In Christo idem esse mori & offerri Idem est of ferri & mori Christum. scripturę testantur. Nam ubicunq; scribitur Christū pro nobis esse oblatum, mortuum esse Christum intelligimus. Contra, Christum pro nobis mortuum esse, idem est, ac si dicas, Christū pro nobis oblatum esse. Hebr. 9. ex uerbis supra citatis hoc patet, ubi Paulus inquit: Non ut səpius offerat (Christus uide delicer) semetipsum, quemadmodum pontifex (uerteris testamenti) ingreditur singulis annis per san guinem alienum. Alioqui oportuisset illum səpius passum fuisse à condito mundo. Vides hic coniuncta esse duo kæc (mori & offerri) alterumq; pro altero ponit. Primo enim loco dicit, Nō ut səpius offerat semetipsum: mox subdit, Alioqui oportuisset eū səpius mori: hoc est tantundē, ac si dixisset, Oportuisset se səpius offerre. Cœpit Paulus sermonem in uerbo (offerre) quem in uerbo (patiendi) absoluit.

Hoc idem uolunt uerba Christi Luc. 22. Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur, id est deo pro uobis offertur. Aut dicite ubi Christus sit oblatus pro peccatis nostris? An non tunc quum in cruce moreretur? Nam tum tandem salus nostra & testamentum Christi absolvebatur, ut ipse te statur antequam expiraret, dicens: Consummatum est, perfectum & absolutum. In morte enim Chri

sti omnia consummata sunt.

**Oferre**  
quid signi-  
ficit.

- Offere, quo uerbo hoc in loco utimur, Hebreis est zaba quod occidere significat aut mactare, q. hostiæ pro peccatis mactabantur apud ueteres, & si ne sanguine peccatum nō expiabatur, Heb. 9. Hinc aram in quam uictimæ & hostiæ mactatæ imponebantur, et in ea incendebantur, misbea uocant. Græci θύειν uocant mactare, Latini sacrificare, mactare, Germanica uox (opfferen cui offerre respōder) proprie non mactare, sed donare & munere aliquē honорare significat, angustior uox quam ut id exprimat de quo nos hic agimus. Nā quū de Christo loquimur, intelligimus per hoc uerbū offerre, pati & mori, nā sic lingua habet, ex quibus nos Germanicū illud (opfferen) et Latinū (sacrificare) desumpsimus.
- Quemadmodum ergo Christus non nisi semel mortuus est, ita non nisi semel oblatus. Audacia ergo est & impudentia quum nobis hoc tribuimus quod Christi summi et eterni Pōtificis est solius. Nemo potest Christū offerre quam ipse sese, Esa. 53. Psal. 39. Heb. 10. Et non nisi semel se in ara crucis obtulit hostiam immaculatam domino. Cur ergo dicimus, quod nos offeramus eū, qui solus ponit & resumit animam suam quum uelit? Sed ex scripturis probabimus sacrificare & mori in Christo idem esse. Quoties enim Christum dicimus pro nobis oblatum, intelligimus simul Christum nos morte sua redemisse. Quoties rursus eum pro nobis mortuū dicimus, sacrificatum in ara crucis intelligimus. Quum ergo morte & passione Christi

Christi hoc sacrificium sit peractū, non potest post  
hac offerri Christus, quū semel oblatus peccata to-  
tius mundi expiauerit. Quod Paulus Rom. 5. di-  
cit, Christus resurgens ex mortuis, iam non mori-  
tur, mors illi ultra non dominabitur. Nam quod  
mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel. Si iam  
quero ex te ad quid Christus pro nobis seipsum ob-  
tulerit? Respondebis nimirum, ut nos à peccatis re-  
dimeret. Iam pergo, Si mori in Christo & offerri,  
unicam causam unicumq; habent effectum, nem-  
pe, redemptionem peccatorum, consequitur obla-  
tionem quoq; & mortem unam esse rem. Quum er-  
go semel duntaxat mortuus est, sequitur eum non  
nisi semel oblatum esse. Nam hæc perfectio est suæ  
passionis & mortis, quod semel oblatus pretium est  
redemptionis nostræ in perpetuum. Hinc 1. Pet. 2.  
Christus ipse pertulit peccata nostra in corpore suo  
super lignum. Pertulit (inquit Perrus) non perferet  
aut portabit. Ephes. 1. Habemus redemptionem per  
sanguinem ipsius. Sic Colos. 1. Et ibidem, Pacifica-  
tis per sanguinē crucis eius. Si Christus unica mor-  
te omnes qui in mundo sunt pace erga deum dona  
uit per sanguinem in cruce fusum, nostra ergo pec-  
cata (nam in terris sumus) imò eorum qui futuri  
sunt abluit unica morte sua.

Puto satis confirmatam, imò confutatam esse Mis-  
satorum friuolam opinionem, qua asserunt Chris-  
tum quotidie offerri. Quis enim hominum Chri-  
stum unquam obtulit? Nam dum in cruce morere-  
tur Christus, nullus homo, sed ipse sese obtulit. Si:

*Nemo hunc  
Christum vbi*

uis deo aliquid offerre, te ipsum offer, quemadmodum ipse se pro te obtulit. Quomodo ergo dicere potes quod homo possit offerre Christum, quū ne iunc factum sit quum Christus in cruce moreretur?

Missa non  
est sacrificii  
sui, &c.

Altera pars conclusionis praedictæ est, Missam non esse sacrificium, sed commemorationem sacrificij in cruce peracti, &c.

Priori parte satis probatum est Christum tam excellens tamq; pretiosum esse sacrificium, ut semel mortuus semelq; oblatus in perpetuum redimat & seruet omnes credentes. Iam ne pontificij pro more suo clamitent nos moliri abolitionē sacramenti corporis & sanguinis Christi, conabor brevibus ratio-

nem huius sacramenti ostendere. Sed primum ostendam aduersariorum clamorem uanum et iniquum esse. Dicite quæso quis hoc molitur ut tollat hominibus pijs corpus & sanguinem Iesu Christi? quis hoc unquam tentauit? Quum dico Christū nō posse nisi semel offerri, idq; testimonijs scripturarū probbo tam uarijs & multis, ut nec unum possis cōuelle re: an ideo dixi Christum aut sacramentū nihil esse? Perpende quid praetexas avaritiae tuæ & quam induas specie, ut à ueritate abducas simplices inquis uerbis, quū ita uociferaris. Isti nobis adimere & tolere imò blasphemare uolunt corpus & sanguinem Christi. Sed hoc uestrum telum merito in uos retor-

Quiñā tollat corpus & sanguinem Christi.  
Quiñā tollat corpus & sanguinem Christi, qui eis non iuxta institutio-

nem Christi utantur, qui corpori et sanguini nomē immutarunt, qui alterā partem, sanguinis uidelicet,

uulgo

uulgo negarunt. Nam quod testamentum, fœdus & commemoratio est, hoc sacramentum isti & sacrificium uocarunt, quum tamen hæc duo inter se non conueniant. Nam si sacramentū sacrificium est, cur ergo non est sacrificium matrimonij & extrema unctio? Si uero corpus Christi sacrificium est (ut uos affirmatis) cur sub nomine sacramenti comprehendit? Obsecro igitur ut ihs parum auscultuis, quæ non ex meo capite, sed ex Christi & Pauli uerbis probabo.

Puto uobis ignorantum non esse, uocem sacramenti à ueteribus Latinis usurpatam aliter esse quam Ecclesiasticis nunc. Sacramentum enim proprie iusurandum significat. Quod si ea omnia sacramēta nominatis, quæ deus uerbo suo tam firma esse promisit, ac si iusurandum apposuisset, multa non erūt sacramenta quæ uobis pro sacramentis habentur, ut confirmatio, ordo & extrema unctio, præsertim ut nos illis utimur. Contra, sacramenta erunt, quæ nos sacramenta minime habemus, qualis est eleemosyna, nā de illa locutus est Christus, sibi fieri, quæcumque suo nomine minimis impendantur. Deinde sacramentū erit excommunicatio. Dixit enim Christus, quidquid ecclesia liget, hoc ligatū esse in cœlis.

Theologi uero, sacramenti uocabulo sic non utuntur, sed dicunt sacramentū sacræ rei esse signū. Si uero corpus & sanguis Christi sacræ rei tantum signa sunt, quæ uobis quid illud sit cuius sunt signa? Deinde si tantū signa sunt, sacrificia quomodo esse possunt? Aut quomodo uos theologi corp⁹ et sanguinē

Sacramen-  
ti uocabu-  
lum.

Sacramen-  
ti uocabu-  
lum.

tū quid sit  
theologis.

3

Christi sub sacramento potestis comprehendere, quum sacramentum rei sacræ signum sit duntaxat. Interim tamen uos tam anxie exquiritis quomodo panis substantia in substantiam corporis uertatur. Sacramentum ergo non recte definitis rei sacræ esse signum, quum iuxta doctrinam uestram non sit signum sed sacrificium. Si sacrificium est, signum esse quomodo potest maxime in novo testamento.

11 Sacramen-  
tum idem  
quod my-  
sterium.

Sed animaduertite (quandoquidē hac uoce pro arbitrio uestro abuti uobis libuit) sacramentum esse quod Græci mysterium uocant, sacrum scilicet arcam, uel rem sacram & arcanam. Cur uero hoc nominis claro & salutifero corpori & sanguini deditis, per quod simplicibus ignorantia potius offunditur? Cur non reliquistis ei uetus illud nomen, ut diceretis corpus & sanguinem Iesu Christi, quem admodum Christus ipse & Paulus fecerunt? Cur ignotum nomen indidistis? & sacramentum appellauistis? quum sacramentum non solum corpus & sanguinem Christi, sed unctionem extremam quoque significeret? Quid prodest, inquis, hæc tam arguta & curiosa sacramentorum partitio? Nimirum ad hoc, ut ostendamus uos imprudenter de sacramentis tractauisse, coegeretisq; uos corpus & sanguinem sub sacramenti rationem, cui tamen definitio uestra (quandoquidem sacrificium esse uultis corpus & sanguinem Christi) haudquaquam conuenit. Auspiciora enim sunt corpus & sanguis Christi sanctiora, quam ut sub nomine sacramenti (siquidem sacræ rei signum uultis esse sacramentum). compre-

Oceano

comprehendi possint.

Sed hoc utilitatis in errore uestro inuenistis, ut si Pontifices  
quando initatio uestra qua inuncti & rasi estis (or-  
dinem uos uocatis) contemnetur, ansam habere-  
tis simplices huiusmodi importunis clamoribus op-  
primendi: Sacra menta ab haereticis istis nouis iam  
contemnuntur & pessum eunt. His audius uulgus  
rei indignitate commotū statim putet corpus Chri-  
sti, baptis̄mum, matrimonium, & remissionem pec-  
catorum contemni, ignorat enim quid sit sacra-  
mentum.

Quod si sacramen tum intelligitis esse certum ali-  
quod signum aut sigillum, patiar corpus & sanguī-  
nem Christi sacramentum dici. Sed definitio uestra  
hanc interpretationem non recipit nec patitur. Nā  
hac ratione ordo, confirmatio, & extrema unctio,  
quæ uos sacramenta facitis, uobis interirent, & à de-  
finitione exciderent, quum illa uerbo dei confirma-  
re hominem aut certum facere non possunt, præser-  
tim ut uobis in usu sunt. Permitto ut inunctio ex vñctio exp  
tremo, quam uocatis, tale quiddā sit, quo ægrotum tremo.  
quis amico quodā congressu possit inuisere & con-  
solari. Quod uero certum et expressum uerbum dei  
habeat quo indubitate ægrotus fidat & nitatur, il-  
lud demum negamus.

Porrò confirmationem donamus uobis signum  
esse, quemadmodum alba qua baptisatus induitur.  
Quod uero sacramentum sit, cui uerbo dei certa &  
firma sit facta & adhibita promissio, hoc scripturis  
non constat. Quandoquidē uero in confirmationis

mentionem incidimus, uidetur non inutile, si de ea plus aliquid dicamus.

*De confirmatione.*

*Orig.* De confirmatione diuinandum nobis erit, nam neq; in scripturis sanctis, neq; in monumentis patrū quidquam de ea legimus. Videtur autem hinc narrare esse, quod infantes, qui per parentes aut fidelisflores (quos patrinos vocant) fidem profitebantur (per se enim neq; corde neq; ore poterant) tum demū quū essent adulti proprio ore fidei cōfessionem darent. In hoc ad sacerdotem adducti, ut rite in fide instituerentur, instituti deinde publicitus eam coram ecclesia profiterentur. Huius rei argumentum est, quod etiamnum hodie (ubi rite sit) antequam pueri confirmantur sermo ad eos fit de fide. Tame si Episcopi quorum hoc officij tributum est, hodie plerunq; sermonem sic instituant, ut probent, confirmationem characterem quendam esse sacrum. Deinde & infantes adduci monent, quo quæstus sit uberior, nam neminem ad peluim, quę posita est, uacuis manibus accedere licet.

*Veterum in confirmatione ritus.* A maioribus ego accepi eum qui ad confirmationem olim adducebatur interrogatum fuisse, primum de nomine, mox de fide & prece dominica, ijs si rite fuisset doctus tandem confirmatū, hoc est, oleo aut chrismate inunctum.

Ex his ergo ritibus, & quod etiamnum hodie de nomine confirmandi interrogatur, coniectura fit, confirmationem tum demum inoleuisse, quum primum infantes cœpti sunt baptisari post partum. Causam non aliam video confirmationis, quam ut fidem

*Confirmacionis causa.*

fidem quam parentes aut fideiussores professi erant apud baptismum, baptisati non ignorarent. Quanquam haud ignoro (ut ex veteribus colligere licet) à priscis temporibus infantes esse baptisatos, neque tamen ita uulgo ut nunc sit. Docebantur enim & erudiebantur publice simul omnes posteaquam adoleuissent in fide & uerbo salutis, unde & **Catechesus** chumeni dicti sunt. Quum uero his quæ audiebāt in corde firmiter assentiebantur, oreque profitebantur, ad baptismum sunt admissi.

Hunc doctrinæ morem uelim & hodie seruari & reuocari, nempe, ut quandoquidem infantibus baptismus datur, postea docerentur, quum ad id ætatis perueniunt, ut sint capaces institutionis & uerbi diuini. Alioqui infantes nostri inferiori, imò iniquiore essent conditione, quām illi olim, si non in uerbo Dei uel post baptismum æque ut isti ante baptismum docerentur. Hoc ex sermonibus & homilijs quorundam ueterum ad Catechumenos habitis deprehendere licet. Vnde & nos Tu Hoc die plenoir est ca-  
guri ante annum iuuentuti congregate cōspimus techismi a-  
symbolum fidei & orationem dominicam expla- pud nos in  
nare, id' que bis in anno, nempe in ferijs paschali- ritutto quo singulis se-  
bus, & sub autumnum seu natalem domini. ptimanis  
celebratur.

Hunc ergo existimo usum confirmationis fuisse, ut infantes baptisati quādoquidem fidem tum per seipso profiteri non poterāt, adulti postea ipsi fidē profiterentur, posteaquam in illa iam plene essent instituti. Hoc uidetur indicare confirmationis nosmen, quod pueri in ea fide quam baptisati ignoras-

vsg. 116

uerant tempore deinde didicerant, iam adulti contumaciter firmarentur. Nam si confirmatio aduentus spiritus sancti esset commemoratio, aliud nimirum nomen sottilia esset. Nec ignoro quid hac de re scribat Magister sententiarum, sed nihil moror. Ut uero res augustinior esset in oculis hominum, oleum adhibuerunt, ex quo deinde theologi sacramentum fecerunt. Cæterum episcopi, quod erat in hac re potissimum & utilissimum, omiserunt, nempe doctrinam fidei.

Evidem parum me moueret si uel aquam benedictam, fumum, & cætera huiusmodi, sacramenta dixerint, nisi hac nomenclatura baptismi & corporis Christi uim & naturam obscurarint. Quod si omnino libet baptismum & corpus Christi sacramenta nominare, non patiar ut ceteris rebus, quæ ab hominibus sunt confictæ, id nominis tribuatis. Oportet enim omnino aliquid interessere inter eas res quæ deus instituit, & eas quas homo adinuenit, nisi uelis rationis humanæ figmenta & huius mundi elementa, mandatis & institutis dei æquare. Rursus, si omnino res ab hominibus excogitatas nomine sacramenti uis uestire, non patiar ut rem à deo institutam sub hoc nomen mihi cogas. Hoc loquor, quantum de sacramento more theologorum loqui placet.

**Quid sit sacramentum.** Quod si sacramenti nomine rem sacram aut sacramentum cratam intelligis, non erunt duntaxat septem sacramenta hactenus recepta, sed in ordinem sacramentorum uenient, liba, placentæ, palmæ, benedictio Ioannis quam uocant, &c.

Iniqua ergo est quiritatio uestra, iniqua insana ista

Ita uociferatio, Tollunt nobis sacramenta. Nam si per sacramentum intelligitis signum uerbo dei aut hominis consecratum aut sanctificatum, plura erunt sacramenta quam septem. Si uero sacramenta intellegitis, signa aut pignora quae deus ipse uerbo suo sanctificauit & firmauit, consequitur necessario, illa non esse sacramenta quae ab institutis & uerbis humanis dunitaxat ueniunt.

Quum ergo corpus & sanguinem Christi uel baptismum sacramentum uoco, capio sacramentum pro re quae infallibili & certissimo uerbo Dei instituta & firmata est. Quu uero cæteras res benedictas aut consecratas sacramenta uoco, intelligo per sacramentum signum quod uel uerbo dei uel hominis fit sanctificatum. Nam ut Theologi definiunt sacramentum, sacramento corporis & sanguinis communem esse non potest.

Stultissimum plane est, de hisc etebus tam turpiter (ut quidam faciunt) contendere. Nam quid ad me quo nomine Latini sacras res appellant? Latinorum est sacramentum, Græci hoc nomine non utuntur, tametsi mysterijs uocabulo utantur, non tamen in ea significatione qua Latini sacramenti. Nos Germani hac uoce nihil egemus. Sacrae istæ res propria habent nomina, nempe baptismi, corporis & sanguinis Christi, matrimonij, gratiæ, remissionis peccatorum, olei, confirmationis, &c. ut facile singula suis nominibus ab alijs dignoscantur.

Posteaquam de confirmatione puerorum sermo nobis habitus est, uidetur non inutile fore si de un-

De extre  
ma uocatio  
ne.

*Origio*

Etiō extrema aliquid dicamus. De qua Iacob. cap. 5. sic scribit: Infirmatur quis inter uos, conuocet ecclasię presbyteros, qui orent super eum, ungant eum oleo in nomine domini, & oratio fidei seruit infirmum, & eriget eum dominus, & si in peccatis fuerit remittentur ei.

*Scopus Jacobi:* Ex istis uerbis Iacobi, pontificij suam unctionē firmant & sacramentum faciunt. Sed Iacobus hoc non agit, quin docet uir pius charitatem & beneficentiam in ægrotantes, quos monet inuisere, curare, & inungere, oleo uidelicet, non dicit sacro aut cōsecrato. Deinde, peccatorum remissionem non oleo tribuit, sed orationi, immo fidei potius ex qua fluit oratio quam presbyteri ecclasię pro infirmo effundunt.

Vnctio ergo illa uerbum dei certum non habet, quod sub signo unctionis aut olei peccatum remittatur, quæ remissio orationi datur. Oratio ergo (iuxta eorum definitionem) sacramentum esset, nō oleum.

Sed quid moramur nocem Latinam quam ne ipsi quidem Latini satis intellexerunt. Scimus baptismum, corpus & sanguinem Christi, & matrimonium à deo instituta, remissio peccatorū in uerbo dei firmatur. Vnctionē quæ oleo sit agnoscimus esse operationem in operi pus charitatis, quod fidem sequitur, minus rāmen est. *Chrismatō* oratione. Et confirmatio quæ chrismate fit, minor confirmationis est uerbo fidei quod præcipue ibi tractari debet. Lide minus dem de initiatione aut ordine dici potest. Nec obstat ministri uerbi oleo aut butyro inungantur, modo qui

qui trunci sunt & stipites se ob id non sanctos putent, imo sic stulte se gerant ut unctos non esse praestarer.

Excursionem hanc boni consulite charissimi fratres, quæ mihi ad rationem sacramentorum videbatur pertinere. Nos peregrinis uocabulis, quæ parum intellecta nobis sunt, abstineamus, Christus hoc uocabulo nunquam est usus, qui saturarium rerum author & fons est, quas nos sacramenta nominamus. Cur tam stulti sumus, ut propter Symoni acorum episcoporum unctionem tantopere delitigemus, quomodo scilicet lapides & mortales homines sancti fiati? Sint sane unctiones res speciosæ, in uerbo dei nihil inueniunt firmitatis.

Redimus ergo ad propositum. Quum iam ex superioribus satis firmiter probatum est, quod Christus neq; debuit neq; potuit nisi semel offerri (nam hoc sibi referuatum est, quod ipse sese offerens pretium sit & hostia, satisfaciens in perpetuum pro omnium hominum peccatis) consequitur Missam sacrificium haudquaquam esse, sed commemorationem aut rememorationem sacrificij quod non potuit nisi semel offerri, & confirmatio quædam infirmorum, quod per Christum sint redempti, ut scilicet certi sint remissionis peccatorum, modo firmiter credant Christum pro peccatis satisfecisse in cruce, atq; in hac fide edant ac bibant corpus & sanguinem eius, agnoscantq; corpus & sanguinem eis data esse ut certi sint gratiæ et favoris diuini. Quum ergo in fide corpus & sanguinem Christi edunt ac bibunt, remittuntur

*Etiam ador*

*Missam non  
esse sacrificium.*

eis peccata, nō secus ac si Christus iam in cruce moreretur. Tam efficax est Christus, tamq; præsens omni tempore. Aeternus enim est deus, mors ergo eius fructum habet æternum, Heb. 9. quanto magis sanguis Christi, qui per spiritū æternū immaculatum deo sese obtrulit, conscientias nostras emundare poterit ab operibus mortuis: etc. Notanter neq; sine ratione dicit, Per spiritū æternū, ostendens Christū semel in cruce oblatū hostiam esse quae in perpetuum duret & satisfaciat pro peccatis omniū. Probat hoc, quia sit spiritus & deus æternus, mors ergo eius in perpetuum sit efficax.

*Sicut auctor.* Discant uero hic simplices de hoc non esse cōtentionem, edatur ne hic corpus & sanguis Christi, an id minus, nam de hoc piorū nullus dubitat, sed an si sacrificium, an rememoratio dunitaxat.

Duo pontificiorum et  
rores sibi  
ipsi consu-

Duo docent hic sacrifici omnino cōtraria. Primū, Missam esse sacrificium: ex qua doctrina plus diuitiarum corraserunt quam omnium principum hodie sint opes. Alterū, sibi sumunt magnā panis formam, uulgo præbent paruam: sanguinis symbolū, uinum scilicet, in uniuersum negant uulgo. Cuius rei si causam ab eis interrogas: respondent, nemine humis gratia moueri debere, nihil enim interest, paruam quis capiat formam aut magnā, Christū enim sub utracy iniegrū edi, eundemq; sub parua, quē sacerdos edit sub magna. Sed dum pergit quis, & interrogat: Si nihil interest, cur uestrū uocatis sacrificium, uulgi aut sacrificium esse nō potest? Hic iam incipiunt discrimen facere, et uerba Christi ad se trahū, quasi

quasi corpus & sanguis Christi sacrificorum essent  
duntaxat. Sed hoc procul absit.

Mordicus hanc obiectionem teneant simplices,  
nam hac os sacrificis mox obstruent, hunc enim bo-  
lum deuorare non possunt.

Sed detegamus dolum hunc. Quæcunq; offert  
homo, quantumvis pretiosum et charum, minus ta-  
men est, quam si sese offerat. Et hac ratione Christus  
quoq; seipsum obrulit, ut tanquam mediator summū  
& excellentissimū, quod haberet, deo offerret. Quo-  
modo ergo homo deum offerret? Si summū & ex-  
cellentissimum deo uult offerre, faciat quod Chris-  
tus, sese offerat, nam Christus nō alium, sed sese ob-  
rulit. Quod si homo Christum offerret, ex se nihil  
offerret, sed Christum. Quum uero Christum offer-  
re nihil aliud sit quam Christū mori pro nobis mis-  
eris peccatoribus (ut supra satis probatum est) conse-  
quitur, quod quicunq; Christū iam offert, is simul  
Christū crucifigit. Summū enim illud sacrificiū of-  
ferre nemo potest, nisi sese offerat. Cur ergo conatur  
homo mortal is Christum deum æternum offerret?  
quum nemo possit eum offerre quam ipse seipsum?  
Num homo maior est Christo, ut Christum offerat,  
sibi parcat? Offer teipsum deo, siquidem omnino offerre liber. Sed quomodo inquis? Abnega teip-  
sum, tolle crucem tuam, & Christum sequere. Sic e-  
nim ipse docet Lucæ 9. Sese abnegare sibi q; mori,  
maximum est & gratissimum deo sacrificium. Quis= Offeras 100  
que enim sibi ipsi in oculis suis magnus est, quis-  
que sibi blanditur & placet, hic diuitijs, ille gloria, qui.

Dol. Pou.  
f. 40v.

Sacrificiū  
deo gratis  
summū sese  
abnegare et  
Christū se-

alij alijs rebus, ut sapientia, pulchritudine aut robo-  
 . **Quid sit se** re corporis, &cæt. Qui ergo hoc (quo sibi pretiosus  
 abnegare. est) contemnit, ut sibi iam amplius non placeat, &  
 apud se iam planè nihil sit, spiritu pauper est, & sese  
 abnegat. Hinc iam sequitur ut tollat crucem suam,  
 & Christum sequatur.

Quandiu homo in hoc mundo uiuit, nunquam  
 est sine cruce. Si sese non abnegat, & spiritu pauper  
 non est, nihilominus crucem baiular, sed non post  
 Christum, sed post principē huius mundi. Quod si  
 gratia dei sese abnegat, non tamen à cruce liber erit,  
 sed mox quum dominū sequi cœperit, crux hume-  
 ris eius imponitur. Stet ergo in timore dei, & animā  
 suam præparet ad tentationes, humeros cruci latus  
 submitrat.

**Quid sit crucem ferre** Crucem ferre nihil aliud est quam magna tolerā-  
 tia ferre quidquid & deo & sibi ipsi aduersatur: dein  
 de quidquid deo placet & sibi aduersatur, infirmita-  
 tes uidelicet corporis, infamiam, contemptū, iactu-  
 ram & fortunæ & famæ. Diabolum, qui nos in p̄c-  
 stanissimis quibusq; operibus inani gloria tentat,  
 & uexat, constanti tolerantia fugare, dominū mul-  
 to labore & sudore sequi: quemadmodum ipse sese  
 in omne genus cruciatuum pro nobis dedit, ita de-  
 cet ut nos totos propter ipsum in omne periculorū  
 & cruciatuū genus tradamus. Hoc enim est Christū  
 sequi, facere quod ipse fecit.

**Sacrificia Christiano** Si itaq; deo uis offerre, offer ei fastum tuum, men-  
 tis elationem, contemne nomen tuum, facultates,  
 animam tuā, id est te ipsum, sensum uidelicet spiritus  
 carnalis.

carnalis. Nam spiritus hominis altus, elatus est & fa-  
tiosus. Homo ergo sese deo offerat, quem nemo of-  
ferre potest quam ipse sese: quemadmodum et Chri-  
stum nemo offerre potest nisi ipse seipsum. Quod er-  
go nos in cena agimus, sacrificium haudquaquam est,  
sed rememoratio certa, sacrificij in cruce pro nobis  
semel oblati. Sed ex uerbis Christi & Pauli que iam  
proferemus res clarior (ut spero) fiet.

- Matthæi 26. sic scribitur: Cœnantibus illis accepit Quibus uer-  
bis Christi  
stus carne  
suā & san-  
guinem no-  
bis dederit.  
Jesus panem, actisq; gratijs fregit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite, comedite, hoc est corpus meū. Et accepto poculo cum egisset gratias, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multis effundiatur in remissionem peccatorum. Verba hæc luce sunt clariora, & omnibus notissima. Sed in his nihil est quod uel speciem huiusc (quod Papistæ perhibent) præbeat, quod Christus iussit corpus & sanguinem suum offerre. Hoc quidem dicit sanguinem suum esse noui testamenti sanguinem, qui pro multitudine effundatur in remissionem peccatorum.

Ex quibus uerbis liquido deprehendimus per sanguinis effusionem in cruce peractam ablata esse & expurgata peccata multitudinis, hoc est fidelis populi. Consequitur ergo sanguinis effusionē & morte Christi sacrificium unicum fuisse, quod pro nostris peccatis perlitarit. Nam si sanguis Christi nostra peccata diluit, & sacrificium pro nostris peccatis satisfecit, & mors Christi pro nostris peccatis sa-

Forte tibi  
contra factis  
ficos Misericordias.

tisfecit, consequitur necessario mortem, sacrificium,  
& effusionem sanguinis eandem esse rem.

Quando cum ergo Christus moritur, quando-  
cum sanguinem suum fundit, simul etiam se se offert:  
sed dum taxat semel moritur, Rom. 6. ergo posthac  
non offertur, sed tum (ut uerba eius iam citata ostendunt)  
quoniam sanguis eius fundebatur & peccatum ex  
piabatur. Quod factum esse in cruce, nemo audet  
negare. Quandoquidem uero uerba supradicta de  
novo testamento mentionem faciunt, non uide-  
tur praeter rem esse, si hoc in loco de testamento no-  
vo aliquid dicamus.

**Quid sit testamen-** **Testamentum, pactum, & foedus indiscrimina-**  
**mentum.** **qum alterum pro altero in scripturis ponitur:** Testa-  
mentum tamen magis accipitur in ea significatio-  
ne quae nobis huc seruit, pro legatione hereditatis.  
2. **Nihilominus capitul** alias pro foedere & pacto quod  
homines inter se se pacis gratia feriunt; ut quum di-  
cimus uetus testamentum, nouum testamentum, in-  
telligimus enim pactum quod uel cum patribus  
olim, uel posteribus seculis cum toto mundo per  
Christum feriunt deus.

**Vetus testa-** **Veteris autem testamenti foedera quae pepigit cum**  
**mentum.** **hominibus deus, absque sanguine & uictima fir-**  
mata nunquam fuerunt. De Noe & Abraham hoc  
reperies, clarius de Moysi Exodi 24. Posteaquam eni-  
m populo Israelitico praecepta & legem dei pre-  
legisset, & populus se se seruanda legi adstringe-  
ret, iussit ut duodecim iuuencis mactatis (iuxta  
tribus duodecim) sacrificium offerrent domino.  
Sanguine

Sanguine deinde accepto, librū legis & populum respersit, addiditq̄ hæc uerba; Hic est sanguis fœderis quod dominus uobiscū pepigit, &c. Audimus hic uerba Mosis non admodum dissimilia esse uerbis Christi quæ de sanguine suo loquitur, ut facile sit cuius uidere Mosis factum typū fuisse in Christum. Nam quum deus cum Israelitis & posteris eo rum fœdus pangeret, non fuit hoc factū absq; san guine, uitulorum licet & pecudum. Quum uero Christus testamentum suum & fœdus in æternum Nonum te duraturum suis confirmare uoluit, non pecudum testamentū. morte, sed sui ipsius immolatione perficit, & patetum hoc sanciuit, non uitulorum sed proprio san guine nos respersit. Quem sanguinem in signum nobis dedit æterni testamenti (nam ex illo manauit qui deus est æternus) & iussit ut respergeremus eo nō superliminaria aut postes, aut corpus nostrum, sed corda nostra: bibere hunc iussit, ut animæ nostræ intus mundarentur. Testamentum in morte testatoris ratum fit, Hebr. 9. Sic dum Christus nobis te stamentum ex gratia dedisset, ut per ipsum essemus filii & haeredes dei, mortuus est, & morte sua testamento suum erga nos confirmauit, ut propriam carnem in cibum, & sanguinem suum in potum animarum nostrarum daret, ut spes nostra certum hic haberet pignus; certumq; signum, ut post mortem nos quoq; hareditatis illius, quam nobis san guine suo asseruit, efficeremur participes.

Hac nimirum ratione Lucas sanguinem uocat non testamenti, sed sanguinem dicit esse ipsum te-

stamentum. Quibus uerbis docemur testamentum nouum per sanguinem Christi confirmari, quin sanguinem Christi testamentum esse, ut scilicet in effusione sanguine omnes seruemur. Dico in effuso sanguinem id tantundem est, ac si dicerem, in morte aut oblatione Christi. Redemptio enim saepe sanguine Christi tribuitur, quæ ex morte Christi uenit, quod ideo fit, quod sanguine testamentum confirmatur. Datus est autem nobis sanguis Christi in potum, ut signum habeamus ratum fore & efficaciam in perpetuum, quod semel in cruce factum est.

*Jes  
ibat*  
Symbolum  
sanguinis  
nemini ne-  
gandum.

Antequam à uerbis Matthæi recedamus, ostendemus Christum clarissimis uerbis præcepisse, ut omnes homines suum sanguinem biberent. Inquit enim: Bibite ex eo omnes. Quod uero hoc in pane additum non est, nō sit ut alicui symbolum corporis negetur, sed uerba apud Græcos & Latinos hoc uolunt, ut omnes corpus eius edamus. Sed persusus sum(omnes) in symbolo sanguinis nō sine prudenter dei additum esse, quæ præuiderit, curiosulos illos fore, qui quibusdam hominibus symbolū sanguinis essent negatur. Disertis ergo & expressis uerbis cauet, dicens: Bibite ex eo omnes, nullum omnino excipiens, qui (omnes)dicit. Et quomodo quasi sunt stultissimi homines institutionem Christi in hac sacratissima cœna inuertere aut concidere, quum uerba Christi tam clara sint? Præsertim quum ambæ species tam panis quam uini in Germania apud Heluetios in usu fuerunt, non solum uiris & mulieribus, sed etiam pueris & adultis?

Testimonia

Testimonia huius rei certa adferam. Nam quū minister essem apud Claronam Heluetiorū, librum ibidem reperi (Obsequiale uocat pontificij) in Mollis uetustissimum, sed integrum adhuc & nulla parte quod ad literas adtinet uitiatum. Titulus erat (rubricam uocant) in eo loco, quo de ritu baptisandi præscribit, huiusmodi uerbis scriptus: Baptisato puerō mox detur Eucharistiae sacramentum. Similiter poculum sanguinis. Non hic probō hūc usum quo sacramentum Christi pueris datum est, sed hoc tantum ostendo, cœlestem hanc alimoniam aliquando sub utraq specie in nostris terris datam esse. Interfuerunt huic rei, simulq; mecum uiderunt, uiri aliquot boni & docti Adamus tum minister uerbi in Mollis, Gregorius Buntzli minister uerbi in Vuesen, & Ioannes Varschon.

Hoc iam anno, quem numerant à nato Christo 1527. uicefimum tertium supra millesimum, uenerunt ad me Valentinus Scudi successor meus in Claronā, & Ioannes Herus, indicantes similem librum se inuenisse in templo Claronensi, tam similem omnino Mollensi, ut alter ex altero uideatur esse descriptus. In eodem libro prædicta uerba etiam contineri. Quandiu mos iste apud Claronenses durauerit, certum non est, sed hoc certum est non esse ducentos annos quod hic mos in usu fuerit in Mollis. Reperi em̄ literas quasdā uetustissimas apud ipsos, quæ indicat quo pacto quaq; ratione Mollis à Claronā sit segregata, quæ annos ducentos non excedunt. Ante huiusmodi separationē Obsequiale nullū ha-

*Obsequiale Po  
lificum  
Rituvia.*

Vtraq spes  
cies tam pa  
nis quam  
uini olim  
data est om  
nibus in cos  
na.

buit nimis Mollis quum sacramenta in ea nulla administrarētut. Adparet ergo Mollensem librum ex Claronensi esse descriptum, quo postea in noua ecclesia uterentur. Hæc tam proprie tamq; diserte adeoq; testibus adhuc uiuentibus mihiq; charissimis in Christo fratribus ostendo, ut discamus hære sim nullam esse, Christum cibum animq; si quis sub utraq; specie aut forma accipiat, imo hoc institutio ni Christi esse uicinus & conformius quam si unū duntaxat symbolum sumamus.

Hoc interim ostendo illis qui uel ignorantia, uel tyrannidis metu prohibiti sanguinis symbolū non accipiunt solo pane contenti, fraudi non esse quo minus Christum (modo credant) integrum edant ac bibant. Nam si Christum crediderunt salutem suam esse, nacti sunt ex hac fide salutem, etiam si pontifex utramq; formam sacramēti eis abstulisset. Eos uero qui alteram formam, sanguinis uidelicet, ademerunt & negarunt, ab audaciæ & magni peccati nota excusare non possum. Nam uerbo dei ademerunt audacissime, quum tamen deus hoc ueteret. Dixerunt enim uulgo, Vos ex eo non bibatis; quum Christus dixerit, Bibite ex eo omnes.

**Quare san-** Videor autem mihi uidere unde artes istæ natæ  
**guinis sym-** bolum uul-  
**go negatu-** rū sint. Primum. Posteaquam Roma hoc obtinuit, ut  
 uniuersus orbis Christianus ab ea leges institu-  
 tes & præcepta acciperet, factum est ut magno stu-  
 dio omnes ecclesiæ in sententiam suam pertrahe-  
 ret. Hoc ferè in omnibus rescriptis manifestum fit.  
**Quum ergo Roma Laicis alteram formam nega-**  
 ret,

ter, alias nationes facile huc pertraxit, ut & ipsæ hūc usum, imò abusum reciperent, ut ubiqz dominaretur & triumpharer, etiam in hisce rebus quas contra uerbum dei ignorantia aut malitia institerat. Secundo, puto huiusmodi commento falso spirituales hoc spectasse aut molitos esse, ut Missam euincirent esse sacrificium. Nempe si uiderent simplices ab Ecclesiasticis sanguinem sumi, à uulgo non sumi, fore sperabant, ut persuaderentur sacrificium esse Missam.

Nam quod uulgo hanc causam prætexunt, 157  
cic speciem sanguinis ideo esse negant, quod periculū sit effusionis, nihil moratur. Si enim (quod ipse prohibent) accidentia sine subiecto sunt in hoc sacramento, sanguis aut corpus in terrā cadere non possunt, etiam si accidentia cadant. Sed uide quibus nitatur fundamentis eorum doctrina. Et tam commodis ualis uti possemus, ut huiusmodi periculum nihil sit meruendum.

Marcus huiusmodi uerbis in recensendo hoc negotio utitur Marci 14. Edentibus illis sumpto Iesus pane, quum gratias egisset, fregit, & dedit illis, ac dixit: Sumite, comedite, hoc est corpus meum. Et accipio poculo quum gratias egisset, dedit illis, & bibe runt ex eo omnes. (Ecce iterum dicit omnes.) Et dixit illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multititudine effundetur.

Lucas 22. cap. sic tractat hæc uerba: Et accepto pane, quum gratias egisset, fregit ac dedit eis, dicens: Lucas 22.  
Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc fa-

*ποτήριον*  
pro potu  
hic capitur.

citē in mei recordationem. Similiter & poculū poss  
quam cœnauit, dicens: Hoc poculum nouum testa  
mentum per sanguinem meum, qui pro uobis ef  
funditur.

Expēde hic uerba Christi diligētius & exactius. Poculum dicit (quod nimirum pro potu hic accipi synekdochica loquitione nemo dubitat) est nouū testamentum in meo sanguine. Solent autem Hebr̄i per hoc quod in significat, idem enuntiare, quod Germani per (mit) uel (durch) ut quum Germani dicunt, *Mitt ḡwaltiger hand / oder durch ein ḡwaleige hand / Hebr̄i dicunt, In manu potentis.* Lucas ergo recenset uerba Christi Hebraico more.

*Sc̄p̄g uerb̄. Hunc auiem habent sensum: Hoc poculum, id est,*  
 „ hic potus est nouum testamentum uel fœdus, quod  
 „ per meum sanguinem (qui pro uobis effundetur)  
 „ confirmabitur, quod in meo sanguine qui pro uo  
 „ bis funditur uirtutem & efficaciam habet. Audis  
 hic sanguini redemptionem attribui, quæ tamen  
 mortis Christi est, ut causa sit non negandi uulgo  
 formam sanguinis. Audis deinde redemptionem  
 in morte & sanguinis fusione peractam & comple  
 tam esse, dicit enim, testamentum hoc nouum ra  
 tum fore in sanguine qui mox fundetur. Testament  
 tum ergo tunc confirmatum est, quum funderetur  
 sanguis. Quū igitur sanguis Christi iam amplius  
 non funditur, non potest sacrificium esse Missa aut  
 cœna, sed recordatio tantū, & quasi renouatio san  
 guinis quem Christus semel fudit, & hac unica fu  
 sione nos in æternū sanctificauit.

*Confessio  
re ḡrā Mi  
tana.*

Post

Post tam firmas probationes, superest iam sacra-  
tissimum animæ cibum non esse sacrificium, sed re-  
cordationem & renouationem eius quod semel  
duntaxat factum est, salutare tamen & efficax in  
perpetuum. Hæc probatio hauritur ex ipfissimis Chri-  
sti uerbis, quum dicit Luc. 22. Hoc facite in mei re-  
cordationē. Si uoluisset Christus cibum & potum  
corporis & sanguinis sui esse sacrificium, dixisset  
nimirum: Hoc offerte aut sacrifice mihi. Sed di-  
cit: Hoc facite in mei recordationem: hoc est, edite  
corpus meum, bibite sanguinem meum, atque hoc  
eu & potu reuocate in memoriam beneficiū quod  
morte mea sanguinisq; mei fusione uobis præstisti.  
Sed audiamus Pauli uerba ex quibus adhuc clarior  
erit hic sensus.

In Epistola ad Corinthios priori cap. 11. sic loqui-  
tur Apostolus: Ego quod à domino accepi, uobis  
tradidi, quod dominus Iesus in ea nocte qua tradi-  
tus est, accepit panem, & postquam gratias egisset,  
fregit, ac dixit: Accipite, edite, hoc meum est corpus,  
quod pro uobis frangitur: hoc facite in mei memo-  
riam. Ad eundem modum & poculum (subintelli-  
ge accepit) peracta cœna, dicens: Hoc poculum (id  
est hic potus) nouum testamentum est in meo san-  
guine, hoc facite, quotiescumq; biberitis, in mei cō-  
memorationem. Quotiescumq; enim comederitis  
panem hunc, & de poculo hoc biberitis, morte do-  
mini annunciatibis, donec uenerit.

Videbit, quisquis hæc uerba diligenter expendo-  
rit, q; impie, quāq; audacter Christianis hominibus

Cœna do-  
mini cōme-  
moratio est  
non sacrifici-  
gium.

forma sanguinis negata ac adempta sit. Dicit enim non solū, Quotiescunq; comederitis hunc panem, sed addit etiam, Quotiescunq; biberitis hunc potū. Coniungit hæc duo Apostolus, quemadmodum Christus à quo ipse doctus fuit. Recordationem de niq; clarius exprimit post uerba poculi, dicēs: Quotiescunq; ederitis panem hunc, & biberitis hoc poculum, annuntiabitis mortem domini donec ueniat. Quibus uerbis aliud nihil docet, quām quotiescunq; corpus eius ederimus, & sanguinē eius bibemus, ut simul eius faciamus memoriam, nempe, quantam securitatem, quantam trāquillitatē animis nostris adflictis & miseris morte sua parauerit Christus: & quod simul hoc tācum beneficium annūciemus, id est, laudemus & iubilo quodam apud homines testemur, idq; subinde ad nouissimum usque diem.

*Annuncia-  
te quid.*

*Commemo-  
ratio quid.* Paulus commemorationem hanc graphice describit, quid sit, nēpe aliud nihil, quām ardens quādā gratiarum actio pro beneficio tanto, & rememoratio mortis illius, qua nos deo reconciliauit. Exhilarat nimitem hæc commemoratio mortis Christi fidem hominem usque adeo, ut præ lātitia gestiat, neq; beneficium tantum satis laudare & exprimere possit. Fiet hæc cōmemoratio subinde ad nouissimum usq; diem, dum Christus redierit, ut nihil aliud interim sit quām commemoratio eius, quod semel est factum. Commemoratio hæc sit de morte Christi, quām efficax, quamq; salutaris hæc nobis fuerit, porroq; in perpetuum sit futura. In summa commemo-

commemoratio est, non sacrificium.

His ex causis aliquot iam annis cibum hunc sacrum & salutiferum commemorationem nominavi mortis & passionis Christi. Succendentibus temporibus Martinus Lutherus cibum hunc testamentum nominauit, & huic adpellationi ego lubens cedo, nam hac nomenclatura naturam & ingenium huius cibi expressit. Ego potius usum & actionem respexi. Nulla tamen inter nos hac in re est diuersitas aut controuersia, Christus enim utrisq; nominibus utitur, similiter & Paulus. In sanguine enim & morte Christi nouum testamentum fundatur, non enim fiunt homines amici & filii dei nisi per sanguinem Christi. Mox enim ut credunt se morte & sanguine Christi redemptos & purgatos, filii dei sunt. Hoc enim est testamentum quod Christus proprio sanguine confitauit.

Martinus  
Lutherus

Testamenti ergo nomen, quo utitur Lutherus, naturam, uim, & ingenium, adeoq; essentiam corporis et sanguinis Christi exprimit, ideo ego hac in parte lubens cedo. Commemorationis uero uocabulum ab usu uenit & actione quam agimus, quum scilicet corpus & sanguinem Christi (quæ testamen-  
tum sunt) edimus & bibimus, in commemora-  
tionem eius rei agimus quæ semel est peracta. Com-  
memorationem autem ex uerbis Christi ideo nomi-  
naui, quod exploderem opinionem eorum qui ex eo sacrificium faciunt. Exemplo manifestum facies  
mus quod dicimus. Quæ testamento & legatione  
ad haeredes deuoluuntur, res sunt & possessiones,

Commemora-  
ratio est cer-  
na & testa-  
mentum nō  
sacrificiū

id est nominis habent, sed ad posteros non devoluitur possessio nisi testamento confirmetur & obfigetur. Quum uero hereditas ad posteros transit, nihil sit quam quod hi fruimur & possident rem quae testamento legata & literis obsignata est. Idem fit in cena, quod nos ex malis bonos, ex hostibus filios dei fecit, corpus est & sanguis Christi. Vtrum sit illud & firmum, proprio ore & uerbo suo loquutus est, nempe se confirmatur & ratificatur testamentum hoc per sanguinem suum fundendum in cruce. In argumentum & probationem huius decrei aut ultimae uoluntatis, dedit nobis testamentum suum in cibum & potum, iussus ut quoties illo fruimur, hoc in sui recordationem faciamus. Dum ergo accipimus, & fruimur hoc testamento, nihil quam commemorationem eius rei que semel facta est agimus: hoc est, dum fruimur hoc testamento, credimus firmiter quod Jesus Christus innocens pro nobis miseris peccatorib. semel oblatus & mortuus est, auctu corporis hostia immaculata, & sui sanguinis fusione pro peccatis nostris perlitauit in perpetuum. In obsignationem huius rei dedit nobis corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potum, ut quotiescumque hunc cibum edamus, & potum hunc bibamus, mortem Christi, id est, redemptionem & oblationem eius annunciemus, praedicemus, & pro ea gratias agamus. Agnoscamus ipsum Christum salutem nostram moriendo semel perfecisse & confirmasse.

Quicunque ergo credunt Iesum Christum esse pri  
gnus

ghus salutis & redemptionis nostræ, accedant ad hanc mensam, ut cumq; grauibus & innumeris sitis onusti peccatis. Nam dum supradictam fidem habent, non peccatores iam, sed filij dei dici debent. Omnis enim qui credit et cōfiteretur Iesum esse Christum, id est, unctum & seruatorem quem misit deus 1. Ioan. 5. in mundum, in eo est & manet deus, nam ex deo est natus, id est spiritus dei hoc eum docuit. Hic ergo cibus datus est miseris peccatoribus in salutem, non in condemnationem.

Obijciunt hic pontificij & uerbis Pauli 1. Cor. 11. abutunt, quibus iubet, ut homo sese proberet & examinaret antequam de hoc pane edat, & de hoc potu bibat. Nam eum qui indigne sumpererit, reum corporis & sanguinis Christi fore. Hic clamant: An non uidetis neminem debere accedere nisi sit dignus? Quum uero ex eis queraris: Er quomodo quis dignus erit? Respondenti, qui coniritus est, confessus (ita enim loquuntur ipsi) & sine peccato. O homines perplexos, qui nec uerbo dei credunt, nec scripturas intelligunt. Si nemini admittendum est hoc sacratissimum conuiuum, nisi exors sit peccari, plane nemini patebit aditus, nemo enim sine peccato uivit. Si enim dixerimus quod peccatum non habemus, nosipso seducimus, & ueritas non est in nobis, 1. Ioan. 1. Quis ergo satis digne accedere posset si dignitas ex nostra innocentia (ut uos perhibetis) estimanda est? Indigne ergo sumere aut accedere non significat sine peccato sumere (quemadmodum uos doceris) sed significat, non rite,

Qui nācē  
memorati  
nis hujus  
participes  
esse debes  
ant.

*Obiectio  
Pontificis*

*Obiectio  
Pontificis*

*Quod sit in  
digno acce-  
dere*

non ea fide accedere quæ ab his requiritur, qui in corpus Christi coëunt, nō iuxta institutum Christi. Ut contra, digne accedere, est recte, rite, & ut oportet accedere. Quare ueteres sic legerunt: Quisquis ederit panem hunc aut biberit de poculo domini in digne iuxta deum: hoc scilicet sensu, quisquis non ederit & biberit iuxta institutionem Christi & for-

*Sicut pugna.* **4.** **a Cor. 10.** **tem Pauli.** Quum enim tum essent quidam, qui sibi licere putarent accumbere in idololatrarum conuiuis, Paulus uehementer illis repugnans in decimo capite, sic inquit: Non potestis poculum domini bibere, & poculum dæmoniorum, non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Deinde instruebant conuiuum quoddam splendidum & luxuriosum (ut solebat in conuiuis idololatrarum fieri) eo tempore quo cœnam domini sumere uolebant. Nec illud permittit eis Paulus, ut patet **i. Cor. 11.** Ex utroq; abusu uel monoculus perspicere potest in quem sensum hęc dictio (indigne), à Paulo sit usurpata. Indigne, id est, præter uel contra institutionem Christi, non rite, non ut oportet. Quisquis hunc panem ederit, & hunc potum bibeat in indigne, hoc est, qui hunc cibum pluris non ueritat quām alterius generis edulium, aut idololatrarum conuiuum: aut si quis huius cœnae uelit esse simulq; idolothyrorum conuiua, is reus erit corporis & sanguinis Christi, nimirum ideo, quia nihil discernit inter corpus Christi & idolothyra. Sic

Ioannes

Ioannes Baptista utitur hac dictione (dignus) quū ad eos quos baptisauerat, dicit: Facite dignos fructus pœnitentie: id est, qui pœnitentes deceant. Ad hunc modum intellexit diuus Augustinus tract. in Ioan. 62. reus erit corporis & sanguis domini, non quæ manducauerit, sed quæ prodiderit, quum se in ecclesiæ contubernium quasi Christianus ingessit. Sic Ambrosius: Quapropter Paulus dicit: Probet autem seipsum homo, quid scilicet de hoc cibo credat & sentiat, an eam fidem habeat quam cibus hic requirit, & tūc de illo edat et de potu bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, id est, non rite & ea fide qua oportet, manducat & bibit sibi ipsi iudicium, quod corpus Christi non dijudicat. Hæc unica distinctione (non dijudicans) ostendit, dignitatem in hoc esse si cibus corporis Christi ab alijs cibis rite discerneratur, & non contemnatur, non ut res quæpiam levius estimetur. Sic ergo digni erimus iuxta uoluntatem domini, si efficaciā, essentiam, uim & usum huius cibi ab alijs discernimus iuxta sententiam & institutionem Christi. Sequentia ex præcedentibus manifesta.

Hoc quum non animaduerterunt, qui scripturæ de integro neq; legūt neq; conferunt, uerba illa ad quæstum suum pertraxerunt uel inuita, excarnificantes & laniantes pias et consolatione indigas conscientias, adeo ut ab hoc tam salutifero cibo non securus quam à morte horrerent. Miror autem qua conscientia doctores isti accesserint.

I Si pro iustis & innocentibus sese uendarūt,

Triaceps magnopere sunt falsi. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quod  
guia obiecta ponisti. peccatum non habemus, &c. et nihil fuerunt quām  
cūs furenti turpissimi hypocritæ, quibus non est alia gens ma-  
bus.  
gis exosa deo.

2. Si uero sese peccatores agnouerunt, persuasi  
hunc cibum salutem esse & consolationem animæ  
euam peccatrici, hacq; freui fiducia læti accesserunt;  
an non fuerunt parricidæ animarum, quum hanc  
consolationem & fiduciam non omnibus notam  
& communem facerent?

3. Porro si uere crediderunt quod docuerunt ali-  
os, sese agnoscentes esse peccatores & nunquam si-  
ne peccato, & nihilominus accesserunt, quām scele-  
rati & deplorati fuerunt nebulones? Durus est hic  
sermo, sed cur impijs Papistis qui tam irati contra  
ueritatem pugnant parcerem & propitius essem?  
Hos tres carceres aut cancellos non infringenti, ut  
cunque infidi equi in morem insaniant & fres-  
mant.

Breui iam sed clarissimum quiddam indicabo, in  
quo summa huius sanctissimi conuiuij continetur.

Pulcherrimis similitudinibus & uerbis explica-  
uit Christus Ioan. 6. quo pacto uerbum suū cibus  
sit animæ. Dicit autē uerbum suum de cœlo descen-  
disse, ut uitam det mundo quemadmodum panis  
uitam præstat corpori. Atq; ob hāc causam uerbum  
suum panē adpellat. Quid enim certius adflictam  
sum loāus. & desperabundam conscientiam reficeret ac repa-  
ret, quām conditoris sui uerbum? Quid sanitatem  
spiritus & diuinam innocentiam ac pietatem me-  
lius

**Exponitur**  
caput sex.  
sum loāus.  
Verbum dei  
est cibus a-  
nimæ.

Hius conseruaret quām uerbum dei in quo uel per quod, ut ipse loquitur, homo uiuit. Quod autē unicūm illud est & certissimum uerbum (multa enim uerba per Christum loquutus est deus) in quo consolationem & robur animi inuenimus. Hoc nimirum, quod Christus dedit corpus suum in redemptionem, & sanguinem suum in ablutionem & mundationem animarum nostrarum. Nihil ergo adfictum animum magis erigere, roborare & conseruare potest, quām si constantissime credit Christum pro se esse mortuum. Nihil animum hominis sic exhilarat, nihil sic tranquillat, quām dum in dubio credit se sanguine Christi ablutum & repurgatum, sc̄q̄ morte & sanguine Christi patri gratissima uictima cum deo rediisse in gratiam.

Quid ergo cibus animi aliud esse iam potest, quām certò credere quod Christus sit salus eius comam deo? Merito ergo & recte dicit Christus: Panis quem ego dabo caro mea est, nempe hoc sensu, Vnicum hoc quod animum hominis roborat, firmat, et uiuificat est hoc uerbum, quod credant me salutem suam & sacrificium esse quod pro eis satisfaciat comam deo. Caro (inquit Christus) mea est quæ traditur pro uita mundi. Huic mors Christi panis & cibus est, quem mors Christi uiuificat, & in uita seruat. Mox dicit: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitā in uobis. Qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinem habet uitam æternam. Hæc uerba eundem habent sensum:

Vnicum uer-  
bum salutis  
nostræ.

Panis He-  
breis cibis  
significat.

**E**difice est  
et dederis.

**S**i toram fiduciam uestram in corpus et sanguinem  
meum, id est, in mortem meam, quæ uita uestra est,  
non posueritis, nullam in uobis habebitis uitam. Si  
uero indubitate credideritis quod caro mea pro uo  
bis mortua, & sanguis meus pro uobis fusus, uos li  
berarit & à peccatis expurgarit, uiuetis in eternum.

**C**aro pro  
corpo ac  
cipitur.  
**C**ibum uo  
ca hi C<sup>h</sup>ri  
sus quod  
antea panē  
dixerat.  
**C**orpus &  
sanguis Chri  
stii pro mor  
tis eius.

**C**aro enim mea, siue corpus meum, uere est cibus,  
& sanguis meus uere est potus, qui manducat me  
am carnem, & babit meum sanguinem, in me ma  
net & ego in eo.

**Q**uandoquidem caro Christi pro nobis mortem  
est passa, & sanguis eius pro nobis fusus est, & nos  
miseros à morte æterna liberauit, non potest animo  
& uegetet, contingere, quām si hoc constanter & in  
dubitato credat. Sic enim mors & effusio sanguinis  
Christi uita fit & iucunditas animi. Quod uero Christi  
uerba hunc sensum habeant, quod scilicet sub ap  
pellatione corporis & sanguinis rerum corporaliū,  
uerbum fidei significetur & proponatur, ipse Christus  
eodem in loco docet. Nam quum quidam ex  
discipulis dixissent: Durus est hic sermo (horrebant  
enim ab esu corporis Christi quod coram uidebāt)  
quis potest eum audire? Dixit Iesus ad eos: Hoc uos  
offendit: quid ergo, dum uideritis filium hominis  
ascendentem in coelum ubi erat prius? Spiritus est  
qui uiuificat, caro nihil prodest. Verba quæ ego  
loquor uobis, spiritus sunt & uita. Präsumit his  
uerbis Christus, quod ipsi nondum credebant  
(Nam in posterioribus dicit: Sunt quidam ex uobis  
qui

qui nondum credunt) quum uero uiderent eum in cœlum ascendere in eorum conspectu, discerent ei nihil esse impossibile.

Quod Christus hactenus eis dixerat, de corpora li eti & potu corporis & sanguinis sui intellexerat. Christus ergo hunc eorum errorem corrigit, ostendens alium esse sensum uerborum. Corpus uidelicet et sanguinem suum tum cibū animo fore, quum animus certò credit corpus & sanguinem Christi suam esse salutem, pignus, pretiumq; redemptionis coram deo. Hoc fieri per spiritum dei, qui fidē hanc animo persuadet, per quam fidem homo uiuit. Car nem enim (eo sensu quo intelligebant errantes & infideles discipuli) nihil prodesse: uerba enim sua, quæ sit cum eis loquutus, pignora esse & promissio nes uitæ & spiritus, nempe, quod corpus et sanguis eius tam certam uitam præstet animo, quam panis corpori, nec solum præstet uitam, sed etiam in uita conseruet, modo nos certò credamus corpus & san guinem Christi in morte pro nobis satisfecisse & perlitassem.

Vides hic corpus & sanguinem Christi aliud nihil esse quam uerbum fidei, nempe, quod corpus eius pro nobis mortuum, sanguis eius pro nobis in cruce fusus nos redemerit & deo reconciliauerit. Dum hoc firmiter credimus, animus noster alitur, & reficitur corpore & sanguine Christi. Adhuc ta men, quo testamentum ipsum à simplicibus capi posset, sui corporis & sanguinis species quasdā rerū per quas nos alimur & reficiuntur instituit, nempe,

Symbola  
carnis &  
sanguinis  
in confirma  
tionem fide  
lium institu  
ta.

panem & uinum, ut fideles in hac fide etiam uisibili quadam actione certiores redderentur. Quemadmodum in baptismo, ipsa tinctio in aquam non absuit peccatum, nisi baptisatus credat saluti quae per Euangelium annuntiatur, quae salus per redemptionem in cruce constat. Simili modo hic cum Christo loquor, qui in cena non priusquam adeat & sumat uerbo Euangeli fidem habet, nempe Christum esse suam salutem, innocentiam, iustitiam, mortem Christi esse propitiationem pro peccatis suis, corpus Christi cum fructu non edit, imo, ut Paulus testatur, iudicium sibi edit & bibit. Quod si ea mente & fide accedit quam Christus hic docet & poscit, uitia sibi manducat et bibit. Quam uitam si prius haberet, hæc manducatio confirmat & roborat. Ab ista ergo coelesti escâ nullus peccator propter magnitudinem aut multitudinem peccatorum suorum horrorem concipiatur.

**Peccatores  
commemorantur  
ratione hæc  
horreantur  
nō debent.**

Nam si omnia peccata mundi designasset, adhuc tamē maior est gratia dei omnibus commissis, quam magnitudine sua (sic enim est ingenita) se hominibus commendat. Nā cui plus remittitur, plus diligit, Lucas. Nemo inquam peccatorū magnitudine ab hac satifera cœna absterreatur, sed perat, ut deus per spiritum gratiæ suæ ipsum illustreret, ut uerbo salutis certam habeat fidem, & illo nitatur, nempe quod Christus salus nostra sit, innocentia, & redemptio coram deo. Sic comparatus & hac fide accedat & edat de uisibili pane & poculo corporis & sanguinis domini, & satis digne accedit, hoc est, iuxta institutionem Christi. Nec sinat se ullo modo auocari, ut hunc

hunc tam salutiferum cibum ob grauitatem scelerū horreat, nisi sentiat in se nullā se certā in Christum Iesum habere fidem. Nam si hoc sentiret, accedere non debet, quia fidem non habet.

Quæ de transubstantiatione panis & uini theologasti cōfigixerunt, nihil moramur. Satis nobis est se debet, quod credimus Iesum Christū redemptionē nostram esse, cibum & consolationē animi. Quans doquidē supra in fortissimi & dexterimi ministri dei Lutheri mentionem incidimus, seruauit de ipso quædā iam dicenda. Cœperunt magnates & potentes huius mundi haud ita pridē doctrinam Christi sub Lutheri nomine persequi, imò nō persequi solum, sed eā orbi quoq; exosam reddere, adeo ut omnem doctrinā de Christo, à quocunq; tandem prædicetur, Lutheranā uocēt. Etiā si quis Lutheri dogma ta nunquam legisset, prædicaret autē uerbū dei pure & synceriter, eum magni conuicti loco Lutheranū uocitare audent. Hoc idem mihi quoq; cōtingit. 1516. Anno Cœpi ego Euangelion prædicare anno salutis decimo sexto supra millesimum & quingentesimum, eo scilicet tempore, quum Lutheri nomē in nostris regionibus ne auditum adhuc erat. Sic autem prædictauit quum Missa adhuc in usu esset pontificis, Euangelium quod in Missa legebatur populo proposui explicandū. Explicandum inquā non hominum commentis, sed sola scripturarum Biblicarum collatione. Tametsi tunc temporis uehementer pri scis doctoribus, ut qui esent puriores & clariores, addictus essem, quantumuis me & illorū non nihil

Tēpus quo  
Euangelium  
prædicare  
cœpit Zug  
glius.

pigeret. Testem huius rei habere possum generosum illū & uere nobilem Theobaldum de Geroldseck administratorem templi Eremitici. Cui tum consiliū tale dedi (erat enim legendi auditus) ut summa diligentia Hieronymum legeret: simul addens, fore, id ē statim deo sic fortunante, ut neq; Hieronymus, neq; ceteri, sed sola scriptura diuina apud Christianos in pretio sit futura. Pr̄sentis cere enim & sub odorari tum incipiebam, non solum Hieronymū, sed & ceteros omnes, tametsi magis quam sophistæ dextere scripturas tractabant, tamen nonnunquam uim scripturis facere. Adhortabar ergo dominum & patronum meum, à quo decimo octavo anno eram Tigurū discessurus, ut me absente Hieronymi lectionia susciceret, partim ne totus à scriptura deflecteret, partim (ut erat politioris literaturę studiosus) dictione Hieronymiana oblectatus in officio retineretur.

*2.5.19* **Zwinglius**: Anno decimonono quum Tigurum concessissem & ibidem prædicare coepisse, indicabam uenerabilibus domino præposito ceterisq; collegiij ilius capitularibus, me posthac prædicaturū esse Euā gelium Matthæi, id ē absq; humanis commentationibus ex solis fontibus scripturæ sacræ. Initio eius anni nemo apud nos de Luthero quidquam audierat, præterquam quod de indulgentijs quiddā prodierebat, quod me parum erudire poterat, quum iam antea satis scirem indulgentiarum negotium nihil esse quam fucū & dolum. Didiceram hoc ex disputacione quadā, quā doctissimus uir Doctor Thomas Vuyttenbach.

Vuytten-

Vuyttenbach Bielensis, patronus & charissimus præceptor meus ante annos aliquot Basileæ in conselio publico in schola ac palestra theologica licet me absente habuerat. Me tunc in Matthæi prædicione, Lutheri scriptis parum esse adiutum quis non uidet? Ad cuius tamen prædicationem turmatim adcurrebant quoiquot ueritatis erant cupidi, adeò ut ipse mirarer.

A dpello iam uos, & hostes doctrinæ Christi, quis me tum Lutheranum conuiciabatur? Quū iam prodiret libellus Lutheri in Dominicam orationem, & ego non ita pridem hanc precem in Matthæo explicarem, memini adhuc fuisse quosdam ex pijs, qui me huius libelli authorem insimularent, contendentesq; me Lutheri nomen præfixisse ut authoris non men dissimularem. Quis me tum Lutheranum esse accusare potuit? Porro Cardinales Romani, qui tū legatos apud Tigurinos agebant, quiq; me Italico auro procorum in morem corrumpere (ut cung; o- dissent) tentabāt: quur inquam hi Lutheranum me non uocabant, donec Lutherum hereticum pronūciassent, quem tamen hereticum nec probare nec facere potuerunt?

Hæc charissimi in hunc usum additis omnibus testimonij & circūstantijs indico, ut discatis, quanta audacia, quamq; impudenti insolentia quidam principes (ne dicā ex mēdicis creati principes) utantur, quum omnes qui Euangelium Christi prædicant Lutheri nomine auocare conantur. Omnem enim Christi doctrinam quantumcunq; rite & syn-

ceriter prædicetur Lutheranam uocant, ut eam ho-  
minibus exosam reddant. Quis enim non horret  
nomen hominis? Blasphemia hæc est crassa & gra-  
uis, & indicium certissimum desperatarum et impia-  
rum conscientiarum. Quis enim me adornauit ut  
Euangelium prædicarem, & Euangelistam Matthæ-  
um de integro prædicarem? Fecit hoc Lutherus?  
Minime, nam cœpi prædicare Euangelium ante-  
quam Lutheri nomen unquam audiuisset. Atq; in  
eum usum ante decem annos operam dedi Gæcani  
cis literis, ut ex fontibus doctrinam Christi haurire  
possem. Quid in his sim assequutus, aliorum esto iu-  
dicium, certe Lutherus in his nihil me iuicit, nomen  
enim eius tum ignorabam, quum solis scripturis sa-  
cris nisi cœpisssem.

Sed hoc astu utuntur pontificij, ut mihi alijs q; bo-  
nis uiris hoc nomen obtrudant, quo magis infamet  
& inuisam reddant simplicibus doctrinam Christi.  
Lutheranus es (inquit) nam omnino id prædictas  
quod Lutherus scribit. Cur ergo nō Paulinū me uo-  
catis? hoc enim prædicto quod scribit Paulus. Quin  
potius me Christianum uocatis, quum uerbum dei  
prædicem? Dolo ergo malo agunt pontificij, quū  
me Lutheri nomine degraduant, & hac ratione mi-  
hi inuidiam apud uulgum confiant.

**Lutheri laus.** Lutherus (quantum ego possum iudicare) fortis-  
simus miles est Christi, qui tanta diligentia scriptu-  
ras scrutatur, ut ab annis mille alias nemo. Nō mo-  
ror iam si me pontificij hæreticum cum eo prorum-  
ciabunt. Hoc dico, qui tam immoto & constanti  
animo

animo Papā sit adgressus, nullus fuit (alijs nihil deo  
rogo) ab eo tempore quo cœpit pōtificatus Roma-  
nus. Sed egregiū istud factū cuius est? Dei an Luthē-  
ri? Interroga ipsum Lutherum, scio respondebit, deū  
eis. Quorū ergo aliorum doctrinā Luthero adscribi-  
tis, quam ipse Lutherus Deo adscribit? Nihil noui  
ad fert Lutherus, sed quod in immutabili & æterno  
uebo dei seruatur et reconditur, liberalissime depro-  
mit, cœlestē thesaurum seductis Christianis indicās  
ac ostendēs. Nec moratur quid hostes dei cōtra mo-  
lliantur, nec curat quām torue eū respiciant, quidue  
minentur. Adhuc tamē Lutheri nomen ferre nolo,  
cuius doctrinam parū admodum legi, sāpe etiam à  
lectione librorū eius mihi temperās, ut Papistis sa-  
tis facerē. Scripta eius quotquot legi (de dogmatiſ  
& ſeminijs loquor quæ ad ſcripturas pertinent, nā  
contentiones & cōtrouerſias quas habent nihil mo-  
rō) ſatis perspecta ſunt, & in uerbo dei fundata a  
deo, ut à nulla creaſura conuelli possint.

Nec ignoro Lutherum multa adhuc dare infir-  
mis, ubi aliter poſſet, in quibus ego ei non subscri-  
bo, ut in ſermone De decē leproſis, audio (nō enim  
legi) eum aliquid tribuere confessioni auriculari, &  
quod ſacerdotiibus ſe oſtendere ſit neceſſe, quod ta-  
men ex facto Chriſti oſtendi non poſteſt. Nam Luc.  
22. ſic ſcribitur: Ieſus dixit leproſis: Ite oſtendite uos  
ſacerdonibus. Faſtumq; eſt ut dum irent, ſeu inter  
eundum, mundati ſint. Vnus autem ex illis ut uie-  
dit quod mundatus eſſet, regreſſus eſt, uoce ma-  
gna deū glorificans, & procidit in faciem ad pedes

Lutherus  
multa con-  
cedit infir-  
mis contra  
uerbū del.

Confessio  
auricularis

zus gratias agens ei, &c.

Quantum ego video, ex hac historia discimus, unum ex ijs qui curati erat, regressum esse ad Iesum nec ad sacerdotem uenisse, Samaritanus enim erat, qui Iudaicas ceremonias parum curabat, putabatq; sibi Iudaici sacerdotis iudicio & testimonio nihil es se opus, sed ad eum mox accurrit a quo sanitatem acceperat.

Si per hunc contritum intelligere libet, sequi nescire est, non ad sacerdotem, sed ad deum illi esse eundum. Nam mox ut uere pius didicerit per fidem deum esse qui per Christum, qui hostia pro peccatis nostris est, peccata remittat, neminem adit nisi deu, pro remissis peccatis nemini gratias agit quam soli deo, neq; iam ferre potest ut creature hoc transcribatur quod solius est Dei. Infirmis forte loc datur, ut sacerdotem adeant, non pro remissione peccati, sed ut in fide plenius instituantur, ut consolacionem querant, & aliquo modo tranquilliores redantur. Facile ergo intelligo quid hac in parte concesserit, quaq; ratione, ut sacerdos adeatur. Multi enim adhuc sunt quibus auricularis confessio augusta est, qui uehementer offenderentur, si subito aboleretur. Nam alioqui Christi factum magis pugnat cum confessione auriculari, quam ut ei patrocinetur. In alijs quoq; rebus non nihil dat infirmis fortasse. His uero qui expositioni scripturarum quae per ipsum & alios profertur reclamat, nihil cedit, deplo rati enim sunt, in fideles & suis ipsorum conscientiis iudicati, Tit. 3. Et quum scripturæ iudicio se non au dente

dent committere, fraudibus & artibus malis conan-  
tur doctrinam Christi eneruare & irritam facere.  
Fortem ergo & fortiter prodeunt enim militem Chri-  
sti Lutherum primum damnarunt: deinde nomen  
Lutheri immeritis obtrudunt, ut Christi doctrinam  
sectæ & hæreseos insimulent. Sed ô Christiani, ne Nō gloriam  
dum homi-  
nis alicuius  
titulo, 1. Co-  
rath. 3.  
patiamini, ut ullius hominis nomen uobis imdatur,  
& uos quoq; nulli hominum nomen imdati ho-  
minis. Nullus querat à proximo Lutheranus ne  
fieri: sed hoc quid de Christi doctrina sentiat, quām  
placeat, quām oblectet uerbum dei, Christianus an-  
sier, id est, an incessanter bonū operetur erga deum  
& proximum. Hic enim dicitur Christianus, qui Christianus  
quis.  
indefesso studio bonū operatur erga deum & pro-  
ximum. Et quum se pontificij quoque Christianos  
esse profitentur, dicite eis: Illius nomen quisq; ge-  
rere debet cuius est minister & cui militat. Si ergo  
uos Christi estis serui, si solius Christi gloriam &  
uerbum asseritis, Christiani estis. Si pro Papa pu-  
gnatis, si Papæ gloriam & uerbum asseritis, Papistæ  
estis, non Christiani. Ne patiamur igitur ô Chri-  
stiani, ut Christi nomen, in hominis siue Lutheri si-  
ue alterius immutetur. Lutherus non est pro nobis  
mortuus, sed eum docet à quo nobis salus omnis  
uenit. Nec feramus ut Papistæ sub tam augusto no-  
mine Christi comprehendantur, donec Christum  
non Papam confiteantur. Quod si fecerint, fratres  
nobis erunt charissimi & filii dei.

Non igitur fero ut Papistæ me Lutheranum ad-  
pellent, nam doctrinam Christi non à Luthero,

sed ex uerbo dei didici. Si Lutherus Christum p̄dicat, idem facit quod ego. Tametsi per ipsum (gratia deo) innumerabiles populi & plures quam per me ad Christum ducantur, quibus mensuram suam uel auget uel minuit deus, adhuc tamen nullius nō men portare uolo, quam Christi unici ducis mei; cuius miles ego sum, is & officium & mercedem dabit, quantum ipsi fuerit uisum.

Puto iam omnes intelligere quare nolim Lutheranus dici, quum nihilominus Lutherum tanti aesti mem quanti nemo mortalium. Porro & hoc testari possum coram deo & omnibus hominibus, me ne apicem unum ad Lutherum unquam scripsisse, neq; ipsum ad me. Non solum ego non scripsi ad eum, sed nec per alios curauit ut scriberetur, ut quidam bonos viros nomine meo insimulat. Sed cur omisi ne ad Lutherum scriberem? certe non ob id quod quenquam metuerem, sed ut omnibus ostenderem quam concors sit spiritus dei, dum nos tam procul dissiti, nihil colludentes, iam concorditer scribimus, tam concorditer Christi doctrinam docemus. Non me comparo Luthero, quisq; enim habet quantum dat dominus, quisque tantum facit quantum ducit deus.

Sed ut ad institutum reuertamur, corporis & sanguinis Christi manductionem nominavit commemorationem antequam nomen Lutheri audierim, Lutherus uero Testamentū nominavit. Ambo ex ore dei. Alterum nomen naturæ est & ingenij: alterum usus & actionis. Corpus & sanguis Christi

*Obiectum*  
Si testamentū sunt & fœdus æternū: quum edun  
tur & bibuntur, non ea offerimus, sed id refricamus  
per commemorationem, quod Christus semel per  
eget in cruce.

Infirmum telum hic obijciunt pontificij. Non Disputatio  
frustra Missa dicitur (inquiunt) Hebraica enim di-  
ctio est, doñum aut sacrificiū significans. Est ergo  
Missa sacrificiū. Quām peruersus est dæmon Mam-  
monis, quām difficile incantando pellitur! Dicite  
quæso, Missa Hebraicum fuit ante Christi passio-  
nem, an post passionem & mortem Christi tandem  
Hebraicum factum est? Non ambigo quin à mul-  
tis sacerdotiis fuerit Hebraicum concedetis, nam sāpe  
in ueteri testamento hanc uocem legitis. In ueteri  
ergo testamēto ante mortem Christi corpūs & san-  
guinem Christi significare non potuit, nondum  
enim erant & nondum instituta. Quū igitur Chri-  
stus huius sacratissimæ rei author sit, ostende ubi ei  
hoc nominis indiderit ut Missa nominetur? Scio  
non inuenies: sequitur ergo quod tu corpori &  
sanguini Christi hoc nomen imposuisti, non Chri-  
stus, nec apud ueteres usquam sic nominata esse.  
Vos ergo Papistæ hoc nomen ipsis dedistis, poste-  
quam Christum uendere & pro pecunia offerre cœ-  
pistis. Amplius dico, posteaquam ipsum (quatenus  
in uobis est) occidere & mactare cœpistis. Iam sa-  
cramentū dicitis, neq; hactenus ostendistis causam  
cur uobis sacramentum dicatur, aut quid sit sacra-  
mentum. Mox Missam adpellatis, uerum nomine  
quod Christus indidit, nempe, quod dixit corpus

suum & sanguinem, quod fodus noui testamenti, quod iussit ut fiat in sui cōmemorationem, hoc nō uultis intelligere, nec uultis huiusmodi nominibus uti. Non enī tam lucrosa sunt quam nomē sacrificij.

*10. līcāt.* Iterum uero obīciunt Papistæ, & dicunt: Pares pro sacrificio habuerunt & sacrificium quoq; nominarunt. Respondeo: Quid ueteres de hac re scripserint, longum esset recensere. Sed nō potest probare quod sit sacrificium, etiam si ueteres sic nominarint, nisi uerbo dei sacrificium esse probent. Sed videor mihi uidere, plures ex ueteribus sacrificio & oblatione usos esse pro ratione sui sæculi, nō quod ipsi corpus & sanguinem Christi (quemadmodum Papistæ faciunt) offerre tentarent, sed quandoquidē semel oblata in perpetuum efficaciam habent abluendi peccata & reconciliandi corā deo, sua tempestate adhuc sacrificium nominarunt, non quod ipsi sacrificaret, sed quod Christus semel sacrificasset. Quemadmodum dicimus hodie esse resurrectionem domini, hodie esse pascha, hodie resurrexisse Christum à mortuis, hunc diē esse resurrectionis Christi. Neq; tamē uolumus Christum hoc ipso die à mortuis resurgere, sed dies qua semel resurrexit, id nominis accepit & retinuit, ut semper resurrectionis dies quoties recurrerit adpelletur. Hoc sensu existimo pares corpus & sanguinem Christi sacrificiū nominasse, nō quod ipsi offerrent, sed à prima illa oblatione in cruce facta per Christum, quum sese patri pro peccatis totius mundi hostiam immaculatā offerret, ut scilicet cōmemoratio sit eius quod semel est factum.

Quomodo  
patres co-  
nam domini  
sacrificium  
uocant.

Hoc

Hoc apud Chrysostomum puto inuenies in ho<sup>m</sup>ilijs quas scripsit in epistolam Pauli ad Hebræos <sup>Chrysostomus</sup> 2  
homilia 17. ubi hanc dictiōnem (semel) dextere &  
scite tractat. Videbis ibidem quomodo vir pius se  
totqueat cum semel & semel oblatam; & unicam  
hostiam obstatre uidet nostræ oblationi. Aliquando  
dicit nos offerre quod semel sit oblatum, mox iterū  
repetit illud semel, nam uidet hac uocula opinionē  
suam infringi. Quod enim semel duntaxat factum  
est, à nobis fieri haudquaquam potest. Hoc dum  
animaduertit vir prudens demum in hæc uerba  
prorumpit: Sed rememoratio aut recordatio est eius  
quod Christus fecit.

Et Lyra super caput 22. Lucæ, commemorationem esse dicit mortis Christi. Non cito hunc ut econiatar, sed quod pontificijs unum ex suis producam qui contra eos pugnet. Scio igitur ex veteribus preseruatis corporis & sanguinem Christi sacrificium non minuisse, sed hoc scripturis probare non possunt: neque tamen sic uenum exposuerunt, ut posterioribus temporibus, proh dolor, factum est ab his, qui non à uiuis tantum, sed à mortuis quoque hoc sacrificio tributa exegerunt.

Tametsi hoc uidere facile poterant, etiamsi sacrificium esset, quemadmodum ipsi confinxerūt, tum tandem offerri quum ederetur & biberetur, quodque hunc duntaxat aleret & reficeret qui ederet & biberet & conuiua huius cœnæ esset. Nam si mea manducatio alium alere & reficere potuit, cur ergo coegerunt ad hanc cœnam ceteros, ut quisque per se

Missa non  
est sacrificium pro  
mortuis.

ederer? Si ergo mortui corpus Christi edere & sanguinem eius bibere possunt, commemorationem quoq; mortis Christi celebrare possunt.

Quid quod ipsi hoc sacramentum uiaticum uocant? ijs ergo solis conuenit qui adhuc sunt in via. Mortui quoniā cursum suum explerunt, extra viam sunt, nihil ergo ad eos hic cibus. Aut enim hoc cibo nihil egent, sunt enim apud deum quem clare uident, & certò possident quod hic mysterio & signo per fidem manducauerunt; aut si damnati sunt, nihil eis prodest hic cibus.

*Natura h.  
C. hominis*

Cogor hic satisfacere cuidam impudenti ordinis Prædicatorij, cuius nomen iam premo, spero enim quod aliquando resipiscat. Quod si non fuerit factum, depingam eum aliquando suis coloribus. Hic coram honesta conitione dixit, uerba consecrationis consuta esse quemadmodum mendicorum pallia pannis: nec esse clara uerba consecrationis. Laudo deum frater, quod hanc ineptiam audaciam tuam, imò blasphemiam, simulq; insaniam tuam produxit primum. Deinde qualis uir sit, cuius tu te uicarium iactitas, indicauit, qui te tam indoretum, tam ignorantem, scripturarumq; inexpertum hominem, tam impudenter, blaspheme & mendaciter coram tam honesto populo patitur mentiri, neq; in te propter hoc animaduertit, sed finit ut subinde diabolica tua coepit ebuccines.

*Rid. Verba consecrationis.* Sed audi iam ubi uerba consecrationis scribantur Matthæi 26. Hoc est corpus meum. An hoc nō clarum, breue & expressum est uerbum Christi? Aut

Aut potuisset breuius & magis proprie loqui? E-  
uole Petrum Hispanum tuum, & disce qualis sit  
haec propositio, nempe singularis per notam de-  
monstrationis, hoc, de tertio adiacente, qua non est  
alia breuior, clarior & magis propria. Quum ergo  
dicas uerba consecrationis non haberi propria &  
expressa, mendax es in deum & uerbum suum. Ex-  
aggeratur hoc tuum peccatum quod haec menda-  
cia corā uulgo euomis, simplicibus uerbis tuis im-  
ponens, qui persuadentur ut credant sic esse quem-  
admodum tu falso dixisti, dubijs redditunt ea in-  
re quam Christus ad salutem certam dedit. Si haec  
ex ignorantia facis, indignitas est, ut pulpito publi-  
co præsis, qui scripturæ sacræ tam es ignorans. Si  
uero ex audacia & prudenter facis, quis insolent-  
iam tuam satis damnare potest? quis potest expen-  
dere satis quantum mendacijs tuis noceas? quum  
in uerbis Christi hoc negas quod sole clarius in eis  
ponitur. Quid enim clarius dici potest, quam, Hoc  
est corpus meum! Aliorum Euangelistarum uerba  
filegis non minus clara sunt quam Matthæi. Pro-  
prie enim exprimunt quid egerit Christus, quibus  
uerbis sit usus, & ad quid instituerit.

Quod uero uerba consecrationis consuta dicas  
ut pannos laceros, impudentiam tuam et audaciam,  
magis prodis. Fecerunt hoc Papistæ quos tu deos-  
adoras? quomodo ergo eorum factum damnare  
potes? Tametsi quod Euangelistæ uerbis Paulina  
uerba addita & connexa sunt non uellementer

improbarim, etiam si alterius tantū suffecissent, quæ  
tamen neq; Euangelistarum neq; Pauli, sed Christi uerba sunt. Quum ergo ex omnibus Euangeliis  
quæ ad hoc negotiū pertinent uerba desumpta  
& coniuncta sunt, ne cui quid deesset, salutaria tam  
men cœlestia & efficacia uerba Christi pallio men-  
dici comparare tu audes.

3 Appello uos ô Episcopi & Abbates, cur iam ad  
tam ingentem blasphemiam dei obmutescitis? Si  
quis uos mendicos, lenones, usurarios, trapezitas,  
consecratores liborum, exactores rusticorum nomi-  
nat, mox quiritamini, Quis hoc ferat? & qui hæc in  
uos iaciunt morti & igni deuouetis. Sed hic primū  
dicitur, uerba Christi quibus cœnam instituit non  
esse clara, mox pallio mendici consuto uerba Christi  
comparantur. Hæc ferre potestis? Si quis uobis  
plicatas stolas & pallia preciosa contemneret aut  
mituperaret, mox uindictam postularetis. Sed quū  
de uerbis dei tam blasphemus & mendax fit sermo,  
mussicatis & fertis, ne dicam probatis.

4 Non hoc loquor ut uindictam in hūc truncum  
urgeam, sed ut intelligatis quid cæteri de uobis sen-  
tiant, quum blasphemiam in deum tam facile deuo-  
rare, si quis uel modicum uos tangit ferre non po-  
testis. Tibi uero ô stulte frater (nam mitiori ratione  
excusari non posse, quam ut audaciam tuam pro-  
stultitia quis interpretetur) hoc dico, ut per gratiam  
dei & per aduentum Christi ultimum admonea-  
ris, ut ab hac blasphemia & persecutione tua quam  
contra uerbum dei concepisti desistas, & ueniam  
mendacijs.

mendacij tui & malitiæ tuæ (hoc enim policeri tibi ausim) apud deum impetrabis. Si pergis maledicere, continget tibi quod olim Thiersiti, & nihil efficiet quām prouocare iram dei & æternam damnationem in tuum ipsius caput. Durum est contra stimulum calcitrare. Mons, in quo recens & succrescens doctrina Christi fundatur, durior & solidior est quām ut capitijs theologicis aut cucullis monasticis suffodi & comminui possit. Nullam fert hic lapis fracturam, ad hoc tantum est electus & præparatus ut supra ipsum ædificemus. Qui super hanc petram non ædificauerit, huius structura cadet, quū undæ fluuiorum irruerint. Da ergo operam ut ædificium tuū huic petræ nitatur. Quod si conaris hoc lapide diuitias, gloriam aut gratiam mundi parare, resipisce & cessa, non enim ad affectus carnis flectitur, nec sinit, nisi ad id quod sponte uelit, se cogi. Boni consule mi frater admonitionem hanc iam acerbam, in hunc enim usum fit, ut saluus fias & seruaris. Quod si non feceris, caput tibi si non à me certe ab alijs grauius dedolabitur: non uerberibus quidē quod ferendū esset, sed gladio uerbi diuini. Vale & decum metue.

Audio de alio quodam egregio qui aures cum asino Cumano exeruit. Dicit enim nusquam in scripturis proditum esse hoc uerbum (æterni testamēti) quod in consecrationis formula ponitur. Sed hunc rogo ut conspicillis naso impositis Esaiam legat capite 55. Audiet enim ibidem deum sic loquentem: Feriam uobiscum pactum sempiternum misericor

dias David fideles & firmas. Hoc fœdus factū & cōfirmatum esse in sanguine Christi, superius demonstratum est. Christus autem quoniam deus est æternus. Sequitur & testamentum esse æternū, Hebr. 9. Si hæc homini isti nō satisficerint (audio enim eum esse cōtentiosum) legat uerba Pauli Heb. 13. Deus autem pacis qui reduxit à mortuis pastorem omnium illū magnum per sanguinē testamenti æterni dominū nostrum Iesum, &c. Audis ne hic testamentum æternū?

Testamen-  
tum æter-  
num.

- Non hæc dico ut argutijs tuis quibus (ut audio) in uerbis consecrationis uteris quidquam mouear, sed ut lippitudinē tuam, qua impeditus uerba Pauli uidere non potuisti, agnoscere discas. Nam nihil moror quibus nominibus uos uerba Christi baptis̄, cōsecrationis, benedictionis aut trāsubstantiationis. Ego enim his nominibus nihil uor. Scio merecere loqui si his uerbis loquor quibus Christus locutus est. Certus sum dū uerbis Christi nitor, peccare me non posse, utere tu quacuq; uolueris appellatione. Plures adhuc obiectiones pontificij quotidie cōntinent, sed ex arena, quibus ex superioribus quisq; facile occurrere potest. Et tantum de isto articulo.

## ARTICVLVS XIX.

*Christus unicus est mediator inter deum & nos.*

**H**ic articulus tam firmis & claris scripturę locis nititur, ut mirandum sit, quomodo unquam fieri potuerit ut homines in nouo testamento alios præter

præter Christū mediatores quærerent. Sed proferā  
quædā eaq; clariora. Ioan. 14. Christus ipse dicit: Ne  
mo ad patrē uenit, nisi per me. Hic moneo Papistas,  
ut memores sint logicæ suæ quam olim didicerunt,  
& expendant qualis sit illa propositio, Nemo uenit  
ad patrem nisi per me. Si operibus tuis hoc tribuis,  
quod te ad deū ducat, obijcio tibi hunc locū, Nemo  
uenit ad deū nisi per Christū, cuius gratiā & benefi-  
ciū nisi agnoscas ad deū nunquā uenies. Si hoc ope-  
ribus tuis adscribis, seducis teipsum, tibi enim tri-  
buis quod solius est dei. Si salutē tribuis indulgen-  
tias Papisticis, Missis, Vigilijs, cantionibus ecclesiasti-  
cis, cucullo, sanctitati patrū, &c. obijcio tibi semper  
hoc repagulū quod transfilire non uales, Nemo uen-  
tit ad patrē nisi per me. Percurre singula & uniuersa  
quæ ab aquaris Papistis in hoc conficta sunt ut ad  
deū ducant, omnia cadent, excepto unico Christo.  
Quicunq; hanc gloriam Christo adimit & creatu-  
ræ tribuit, idololatra est.

Duos milii ostendis qui iam apud deum æternam  
fruuntur gloria, horum merita & preces uiam esse  
ad deū contendens, obijcio tibi, Nemo uenit ad pa-  
trem nisi per me. Aut dei uerbum aut hominis cedat  
necessæ est. Dei uerbum immutabile est & eternum:  
sequitur ergo uanum esse hominis uerbum. Fra-  
uetum est, conuulsum, imò dolus est & impostura  
uerbum hominis ab initio. Vnica ergo uia ad De-  
um Christus est. Quotquot ab initio ad Deum ue-  
nerunt, per Christum ad eum uenerunt. Is est me-  
diator dei & hominum, & ipse solus est, Mediatore

Solus Christus uia est,  
& media-  
tor.

enim esse inter deum & nos, nemini competit quā  
foli semini Abrahæ, per quod deus salutem nobis  
Mediator promisit. Mediator arbiter est, disceptator qui dissiden-  
tēs conciliat, pacem faciens inter discordes, faci-  
ens ut simul in gratiam redeant inter quos fuerat si-  
multas. Utrisq; ergo faueat necesse erit, utrisq; gra-  
tus & charus existat. Hac ratione mediator fuit Mo-

*Mos*  
ses, per quem Israelitis uoluntatem suam innotuit  
deus, additis temporalibus promissionibus, per quē  
quoq; non semel populo contumaci & peccanti re-  
conciliatus est & ueniam dedit. Tametsi isthæc recō-  
ciliatio eos ad deum non adduxit, ut æternum sal-  
ui essent & beati, à pœna duntaxat & vindicta dei,  
quam in se peccando prouocauerant, eos liberauit.

*Christy*  
Typus tantum fuit Christi ueri & æterni mediatō-  
ris, qui nobis manifestauit uoluntatem patris sui ad  
ditis certissimis pollicitationibus diuinæ gratiæ. Is-  
nos liberauit à morte æterna. Hic mediator Chri-  
stus, non duntaxat deus est, sed simul etiam homo:  
non solum homo sed simul deus. Nam si duntaxat  
deus esset, mediator esse non posset. Deus enim u-  
nus est, unius autem non est intercessor, nec quis-  
quam sibi uni intercedit. Oportet autem intercessio-  
rem aliquo modo differre ab his inter quos interce-  
dit. Deus à se se differre non potest. Filium ergo su-  
um intercessorem fecit, in hoc quod carnem nostrā  
adsumpsit. Non quod ex infirmitate humana sit in-  
tercessor, sed ex uirtute diuinæ naturæ, quæ tamen  
humanæ naturæ fuit unita. Quemadmodum hu-  
mana infirmitas deo in Christo est unita, nos quo-  
que

que per mortem & oblationem Christi deo reconciliemur & uniamur. Sed hæc reconciliatio nulli creaturæ competere potest, quām unico semini cui hoc promissum fuit, Gal. 3.

Ad quid ergo lex profuit? addita est propter transgressiones, donec ueniret semen cui promissum fuerat, uel in quo promissio facta fuerat. Et lex ordinata fuit in manu intercessoris, &c. Hæc uerba Pauli naturam intercessoris explicitant ut cunctæ brevia & obscura. Hunc autem habent sensum. Si fides sola iustificat (quemadmodum per fidem iustificatus est Abraham) quid ergo opus lege? aut ad quid legem dedit deus? Respondebat Paulus: Non omnes tales habent fidem quam Abraham habuit. Qui tales habent fidem, lege nulla opus habent, sed (quemadmodum Abraham) spiritu dei ducuntur, diriguntur & seruantur. Sed sunt quidam, qui hanc fidem non habent, qui boni nihil, nihil recti agerent, nisi uinculis legis coercerentur. Qui tota fiducia in deum est coniectus, quemadmodum fuit Abraham, nulla Lex proprieget lege: sed ubi hæc fiducia non est, legem adhibe ter transgressione posita est, dei ignorat homo, lege ergo (quæ regula est uoluntatis diuinæ) opus est. Hæc nos instituit & format, quid deo placeat, quidcunque dilpiceat docet, ut à transgressione caueamus. Lex ergo (ut hic docet Paulus) ad cauendam transgressionem data est.

Sed obijciet aliquis, Quomodo potest lex propertransgressionem data esse, quum absq; lege nulla sit transgressio? Nemo em sciret quid esset trans-

gressio, nisi lex diceret, Hoc ne feceris, ab hoc cae-  
to, &c. quod Paulus dicit Rom. 7. Peccatum non co-  
gnoui nisi per legem. Nam concupiscentia nō no-  
uissem, nisi lex dixisset, Non concupisces.

Hanc obiectionem summa modestia & magna  
ueneratione excipere oportet, & nō scurrilibus uer-  
bis aut scommatis, ut solent quidam, qui illoto ore

**Lex quid.** quidquid in buccam uenit eblatterant. Lex aliud  
nihil est, quam æterna & incommutabilis uolun-  
tas dei, qui aliud nihil uult quam quod bonum est  
& iustum. Sed quomodo nos uoluntatem dei scire  
possumus nisi hanc deus nobis manifestet? Hanc  
manifestationem uocamus nos legem, eo quod car-  
ni nostræ aduersa est. Caro enim nihil ferre potest,  
quam quod ei adlubescit. Sed utcunq; carni nostræ  
aduersa sit & grauis lex, in se tamen nihil aliud est,  
quam Euangeliū, hoc est bonum & certum nun-  
ciūm de deo, quo nobis suam uoluntatem deus in-  
notescit & explicat. Quomodo enim pium nō ma-  
gno afficeret gaudio, quum deus ei uoluntatem su-  
am innotesceret?

Docet ergo lex quid deo placeat, quid displiceat.  
Si huiusmodi lex nobis placet, signum est spiritum  
dei in nobis esse, nam hoc absente lex nemini pla-  
ceret, in nobis enim nihil boni est, ut Paulus inquit:  
**Spiritualis  
est cui lex  
dei placet.** Scio quod in carne mea nihil boni sit. Dū uero lex  
dei placet, spirituales sumus, & spiritualiter iudica-  
mus: nam lex natura sua spiritualis est, Rom. 7. Sci-  
mus quod lex spiritualis est, nimirum ideo, quod ai-  
hil præcipit quam quod è spiritu dei proficiuntur. Si  
à deo

à deo toti pendemus, non sit hoc absq; spiritu Dei,  
qui si adest, omnia quæ spiritus sunt cognoscimus.  
Et quandoquidē lex spiritualis est, placet nobis, ut  
cunq; carni sit aduersa.

Sic ergo Pauli uerba sunt intelligenda, Lex propter transgressiones posita est, id est lex in hoc data est ne transgrediamur, ne contra deum quid designemus. Quod si quis dicat, Quis mihi dicet quid deus uelit? Audi ergo legem: Diliges deū super omnia, non concupisces, ne irascaris, &c. An nō iam uides in hoc data ē legē ne trāsgrediaris? ut discas quid deus à te requirat, quid uelit, quid minus. Sic ergo litera legis nos occidit, quū eam aspicimus: quis em̄ legem seruare potest? Spiritus uero legis uiuificat, quem sic in fide dicas, Etiam si hoc non præsto, bonum tamen est & iustum, à deo enim dictum est & nobis manifestatum.

Quandoquidē aut̄ tu de uiribus tuis desperas, quū uides te legem præstare non posse (imo quum om̄nes creaturæ desperare coguntur: quis enim in carne habitans sic deum amat super omnia ut totus in eum feratur, nec usquam ab eo deflectar?) opus est nobis mediatore & intercessore qui pro nobis satis faciat, & hoc quod nobis deest sarciat. An ergo creatura pro nobis intercedere potest? Minime. Nulla enim pura creatura sine spiritu dei legem dei perficerere potest. Ex quo necessario sequitur, omnes electos dei ex mera gratia dei cum deo rediisse in gloriam. Quum ergo & ipsi gratia dei opus habuerunt, intercessores esse nō possunt: sunt enim à parte

Opus est  
intercessio-  
re.  
Creatura-  
non potest  
esse inter-  
cessor.

peccatorum & imbecillium qui morbo peccati testentur. Sequitur igitur in uerbis Pauli: Donec ne nirei semen cui uel in quo promissio facta est, lex autem posita est propter transgressiones, id est ne uoluntatem dei transgredederemur. Quum uero impossibile sit homini, ut legem dei præstet, & tamen deus iustus sit, iustitiae dei satisfacta necesse est, ut deo reconciliemur. Porro inter homines reperire nullum licet, qui iustitiae dei satisfaciat. Qui enim huic satisfacere uult, hunc oportet deo esse similem. Luke 6.

*Semē pro-* ca. Perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius. Humano ergo generi adflicto & calamitoso semē quodam pollicitus est deus, per quod diabolus uinceres tur, & nos cum deo in gratiā redire possemus, Gen. 3. Et cum Abraham egregiam faceret pollicitationem, adpellatione seminis quoque usus est deus, quū diceret: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc idem semen s̄pē refricat deus, ne huius seminis obliuio unquam obrepat p̄hs.

De hoc ergo semine hic loquitur Paulus, & dicit, legem datam esse in hoc ne quid contra deum desiginemus. Quū ergo lex omnes homines reos agat, non potest homini certa esse neque consolatio, neque salus, nisi in semine hoc, in quo promissa est salus.

*Effigie  
egi.* Inter se ergo hæc duo pugnant lex & semen, nō quidē natura sua aut in se, ambo enim ex deo sunt. Vnum quidem docet quid à nobis requirat deus, quidque uelit, sed uires non præstat, ut iuxta uoluntatem dei uiuamus. Quum ergo legem præstare minime

nime ualemus, intercessore nobis est opus, & is est semen illud promissum, nempe Christus. Lex ergo (si proprie loqui uelimus) nos nō damnat: hoc est, lex non hoc agit ut nos damnet, neq; in hoc est data, sed in lege discimus nostram imbecillitatem & impotentiam, & quod ut transgressores merito à deo damnemur. Semen uero quod deiforme est, potest implere uoluntatem dei, & innocentia sua nostram culpā diluere. Vnicus ergo Christus mediator esse potest. Quemadmodum uero lex hominibus per mediatorem, nempe per Mosen, lata est: ita & gratia per mediatorem Christum nobis data est. Legis duntaxat unus fuit intercessor, sic & gratiae non est nisi unicus intercessor. Post datam legem nullus hominem intercedere potuit, omnes enim peccatores erant. Deus inter se intercessore opus non habebat, unus enim quum sit, sibi ipsi intercedere non potest. Intercedit enim intercessor & sese medium interpolavit inter offenditum & offendentem. Misit ergo deus filium suum, qui nostram assumeret imbecillitatem, ut esset intercessor inter deum iratum & nos peccatores. Intercessor autē est non ut homo purus (nam pura naturae nostrae imbecillitas se sola intercedere & satisfacere nō potuit) sed ut deus & homo. Qua parte est deus, potest perfecte uoluntatem dei præstare: sed quid dico præstare? uoluntas dei est uoluntas Christi. Qua uero homo est, sacrificiū potest esse quod pro nobis peccata expiat, & iustitiae diuinæ satisfiescit, eo quod natura humana in Christo pura est & absq; omni peccato. O diuinam sapientiam, quam

Lex hoc nō agit ut damnet, sed ut à transgressione seruet.

Solus Christus est intercessor.  
Iohannis 1.

Vnicus est intercessor

Intercessor oportuit esse deum & hominem,

diligenter, quam sapienter, quamque certo salutem nostram praeuidit & curauit.

Iam Pauli uerba facilia sunt, ubi dicit legem ordinatam esse per angelos in manu mediatoris, &c. Ex quibus colligitur impossibile esse ut quisquam intercedat, praeter semen illud, quod sic deus est ut simul homo: sic homo immaculatus ut simul sit deus. Firma ergo & solida stant uerba Christi: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Et iam sunt immutabilia, ut citius cœlum & terra sint ruitura quam uerba Christi.

Aliud testimonium adferimus ex cap. 2. prioris epistolæ Ioannis. Filioli, inquit, hæc scribo uobis ut nō pecceris, quod si quis peccauerit, aduocatum & patronum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & hic est propitiatio pro peccatis nostris, nō pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Audis hic intercessorem alium esse nō posse, quam eum qui iustus est. Omnes homines sunt peccatores, adeoque iniusti, excepto uno Christo: intercessores ergo & patroni esse nō possunt, gratiam impetrare & expiare non possunt. Is solus propitiatio esse potest pro peccatis nostris, qui natura iustus est & innocens.

**Peccatum originale.** Audis præterea Christum non pro morbo hereditario dunitaxat expiassisse (sic uoco & intelligo peccatum originale, morbum uidelicet naturæ corruptæ) ut hodie quidam absque scripturæ testimonijs loqui & affirmare audent, quo pluris gratiam et remissionem peccatorū simplicibus uendant, sed pro omnibus

omnibus peccatis totius mundi, quæ rami quidam  
sunt ex morbo genitali suppulentes, quæ uocant **A&guila**  
Theologi recentiores actualia peccata. Item non **peccata**,  
pro Iudæis tantum, nec pro apostolis duntaxat, sed  
pro peccatis totius mundi, modo credant in Iesum.

Paulus 1. Timoth. 2. Posteaquam docuisset quo-  
modo orandum sit pro omnibus hominibus, pro  
principibus & magistratibus, propter omnibus qui  
essent in eminentia constitutis, ut placidam ac quie-  
tam uitam degamus cum omni pietate & honesta-  
te, hoc enim esse bonum acceptumque coram serua-  
tore nostro deo: mox addit, Qui cunctos homines  
uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.  
Vnus enim deus, unus etiam conciliator dei & ho-  
minū, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum  
premium redemptionis pro omnibus.

Hic audimus quod Paulus seruatorem nostrum  
deum uocat, mox hominem, ut naturam media-  
toris, quemadmodum ex Galatarum epistola au-  
ditum est, facilius capiamus. Deinde discimus deū  
sic esse animatū, ut uelut omnes homines seruatos, ut  
oībus homībus, id est omniū generū hominibus, agni-  
ta sit ueritas. Quid autē est ueritas, quām uerus deus **Veritas**  
uerusque seruator? Ut sciant scilicet homines quōd **quid**,  
unicus tantum sit deus, unicus item conciliator dei  
& hominum Iesus Christus. Pacem itaq; & uerita-  
tis salutisq; agnitionem certius faciliusq; parare no-  
bis non possumus, quām si per fidem unicum esse  
deum unicūq; intercessorem corā deo intelligimus.

Dum alius alium conciliatorem quærit, concordes nunquam erimus. Quod si Christum solum & unicum intercessorem unanimi consensu quæremus, in hunc unicum seruatorem communī uoto & fide conspirauerimus, necessario fiet ut mentes nostræ in hoc unico thesauro nostro confederentur & conscientur. Et pretium se dedit Christus redemptionis pro nobis, quod alius nemo ponuit. Omnes enim homines gloria dei, id est gratia dei carent seu egent, & sunt peccatores, Rom. 3. Quin

*Maria virgo.* & puritas innocentia & gloria Mariæ non ex ipsa sunt, sed ex gloria dei, quæ tamen ab omnibus summa & charissima creatura coram deo creditur: ut de se canit, Respxit humilitatem ancillæ suæ, & ob id me beatam dicent omnes generationes. Omnes ergo homines natura sua peccatores sunt & inglori, quod si puri & gloriosi esse uolunt, continget hoc illis per solum Christum qui unicus est intercessor.

Quod Maria uirgo fuit incorrupta & intemerata, antequam ex ea nasceretur Christus, factum est dei gratia, qui eam præ omnibus elegit & seruauit, ut in ea filius suus carnē assumeret. Quandoquidem ergo tam excellens creatura per intercessionem filij dei (qui & filius eius erat) ad tantum honoris fastigiū sola gratia dei concendit, quanto magis totum genus humanum posthac agnoscet se egere gloria dei, & nihil se suo marte posse, multo minus se esse intercessorem? Intercessorem enim oportet deū esse & hominē, qd nulla ualet creatura.

*eis.* Hoc admonendum quoq; duxi (*eis*) dictionem  
Græca

Græcanicam, qua Paulus utitur hic, quum dicit: *αὶ μερίτης, νέος apud Latinos per (unus) neq; apud Germanos per (eis) satis exprimi posse.* Nam unus Latinis numerale est aut ordinale potius, ut si quis dicat, *Vnus conciliator, aliquis intelligat Christum Vnus & conciliatorem esse inter multos unum.* Apud Germanos unus.

manos porro (eis) articulus est, nec uim Paulini sensus satis exprimit, qui hac uocula (eis) quam & deo & conciliatori addit, naturam dei & conciliatoris exprimere proprie conatur. *Vnicus ergo conciliator ego dicerem, & Germanice Ein einiger mittler.* Nam hæ dictiones iuxta mentem Pauli sic naturam conciliatoris exprimunt, ut intelligamus unicum esse tantum conciliatorem, plures esse nullo pacto posse. Hæc indico ne quis interpretationem meam calumnietur.

Ad Hebræos 7. de Christo sic loquitur Paulus. 4.  
*Christus quod maneat in æternum, perpetuum habet sacerdotium, unde & saluos facere ad plenum potest, qui per ipsum adeunt deum, semper uiuens ut interpellat pro illis. Perpende hæc uerba, & uide num creaturæ ulli, ut per se deum, ut sit in perpetuum sacerdos summus, ut semper interpellat & pro omnium hominum peccatis expiat, conuincere possit!*

Mox dicit Christum melioris aut potioris testamenti sponsorem esse, quæ uerba hunc sensum habent: Deus iureuando pollicitus est filium suum fore summum sacerdotem in æternum: ex quo satis colligi potest, testamentum hoc nouum ueteri

præstantius esse, quod noui sacerdos sit æternus, ueteris sacerdotes mortales & mutabiles. Deinde qđ sponsor noster nō sit Moses, non mortalis sacerdos, non hostia pecuina, sed ipse filius dei, is sit uas & pignus salutis nostræ, per quem securi ad deum accedere queamus.

Octauo cap. ad Hebræos sic scriptum est: Christus hoc excellentius sortitus est sacerdotium, quo præstantioris est testamenti intercessor. Audis testamentum huius excellentissimi intercessorem neminem esse nisi unicum Christum. Quum ergo testamentum nouum firmitatem suam in Christo habet, & præstantia testamenti ex præstantia Christi testimatur, quomodo officium & nomen Christi creaturæ tribuere possumus, quod soli Christo filio dei competit: quodq; nemo quam filius dei admisstrare potest.

Hebr. 9. Et ob id noui testamenti conciliator est, ut morte intercedente ad redemptionē earum præuaricationum, quæ sub priori testamento fuerant, hi qui uocati sunt, promissionem accipient æternæ hæreditatis. Cui creaturæ hoc tribui potest, ut intercedat & præuaricationes ueteris testamenti expiat. Aut quæ creatura nos ad possessionem hæreditatis æternæ adducere potuir. Profecto nulla. Nemo ergo intercedere potest, nemo conciliare potest, præter Christum filium dei.

Hebr. 9. Christus in cœlum ingressus, ut uultui dei pro nobis adpareat, &c. Hic clare officium & opus intercessoris Christi exprimit, nempe, ut sistat se

**S**ic pro nobis coram deo, & uultui dei, id est iustitia, **Vultus dei vindictæ & iræ dei** nam sic utuntur non nūquam Hebræi uultu dei) pro nobis adpareat. Christus ergo æternum nobis patrocinatur, pro nobis expiat.

**Rom. 8.** Quis est qui nos condemnaret? Christus est, qui mortuus est, imò qui & suscitatus est, qui etiam est ad dexteram dei, qui & intercedit pro nobis. Audis hic salutem nostram hinc pendere & certam esse, quod Christus filius dei pro nobis mortuus, in æternum pro nobis peccatoribus intercedit. Plura testimonia adducemus in quinquagesimo articulo, iam satis sit, Christum unicum esse conciliatorem inter deum & nos.

## ARTICVL V S XX.

*Omnia nobis per Christum & in nomine Christi præstat deus: hinc sequitur, nobis extra hanc uitam intercessore praeter Christum nullo opus esse.*

**H**unc articulum ideo suscepit tractandum, quod houes Christi palantes & errabundas uiderem in montibus collibus & campis, pascua id est consolationem querentes & non inuenientes. Nam pastores earum infidi & negligentes eas ab ostio quod Christus est, per quem unicum uia & aditus ad uitam patet, auocauerant. Hoc est, non prædicauerant eis salutem per unicum Christum, & quod in nullo alio nomine quam Iesu oporteat saluos fieri. Hinc factum est ut desperata salute dicent: **Heu nos miseris & perditos homines, quomodo** **Ezech. 34.**

nos tot onusti sceleribus & flagitijs deum accederemus? Cœperunt ergo patronos & intercessores uarios quærere, quum sibi aditum ad deum uiderent præclusum, unicum aduocatum & intercessorem Christum, unicum sponsorem immo pignus & pretium salutis ignorantes, qui tam certo omnium peccata in se tulit & pro eis satisfecit. In Christi nomine (id est propter Christum, in uirtute Christi, in uerbo Christi) omnia dat deus credentibus, quemadmodum ipse Christus docet Ioan. 15. Vos me non elegistis, sed ego uos elegi, & posui uos ut eatis & fructum feratis, & fructus uester perduret, ut quidquid petieritis patrem sub nomine meo det uobis.

## Electio.

Obserua hic Christum discipulos suos elegisse, nosq; in discipulis, ut simus populus eius ministri immo amici. Cur ergo tam amantem patrem qui nos elegit adire ueremur? Elegit nos ut fructum feramus. Fructum ferre illorū duntaxat est, quos deus ad hoc ab æterno elegit.

## Vocatio.

## Fructus.

## Inuocatio.

Deinde ad hoc elegit ut patrem cognoscamus, & in omnibus necessitatibus ad hunc solum adcurramus. Exposuit enim & obiulit se nobis in filio, pollicens se daturum omnia quæcunq; nomine suo petierimus. Quum ergo deus pater nos elegit ex gratia sua, traxitq; & uocauit, cur eum accedere non auderemus? Porro illud demum à deo petere, & nos ab eo impetraturos certissime sperare possumus, quod nomine Christi petierimus, ut ipse testatur Ioan. 16. Amen amen dico uobis, quæcunq; petieritis patrem sub nomine meo, dabit uobis. Fiduciā acce

accedendi ipsum uerbo suo & promissione certa in nobis ipse excitat, ne diffidamus, ne dubitemus, certo enim imperaturos esse quidquid sub nomine eius petierimus. Et fert indigne si non in omnibus, quae nos premunt ad ipsum solum adcurramus & auxilium petamus. Ideo dicit (quæcūq;) & (omnia.) Mox quasi negligentiam & tarditatem petendi discipulis exprobrās dicit: Hactenus non petistis quid quam sub nomine meo, petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit perfectum. Ecce, ad petēdum nos urget & quasi compellit, & nos nihilominus dicimus nō audere nos ipsum accedere. Scit quoq; tum tandem gaudium nostrū perfici, quum ab eo quod petimus acceperimus: & ob id addit, Ut gaudiū uestrum sit perfectum.

Verbo quoq; suo testatus est pater cœlestis, quod per filium suum placetur, Matth. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Sic enim legimus ferè, quum Græce sit ἐβόκησα, Εὐδόκειν au- tem significat non solum bene affici erga aliquē & bene ei cupere ac uelle, & sibi in aliquo placere, sed etiam probari & existimatione clara esse, pro ἐυδοκίᾳ scilicet. Ego uero puto hic Εὐδόκησα tantum esse, ac si diceret: In hoc filio meo quem misi uobis, nem- pe charissimo, placatus sum, iramq; remisi quam er- ga genus humanum ob transgressionem Adæ con- ceperam, animo trāquillo sum erga uos, &c. Quod quidam non indoctus in cantionibus ecclesiasticis (Sequentias uocant) scite expressit. Vere, inquit, filius meus es tu mihi metu placitus, in quo sum placa-

tus, hodie te mi fili genui: utrancq; significationē ex  
voce Græcanica quasi interpretans.

Ostendit ergo pater cœlestis huiusmodi uerbis,  
missum iam esse eum, in quo erga genus humanū  
propensam animi sui voluntatem declareret. Quod  
quid aliud est quam rediisse cum homine in gratiā,  
& esse placatum? Hic ergo solus audiendus: quicunq;  
que enim hunc prophetā qui uerba dei in ore habet  
non audierit, excindetur. Deut. 18.

*Mi.* Quid uero Christus à patre missus propheta, &  
quē audire mandat, docuit? Nemine posse peruenire  
ad patrē quam per se solum. Docuit, quidquid petierimus in nomine suo, hoc nos esse accepturos. Is  
ergo solus est conciliator aduocatus & intercessor,  
per quem omnia impetramus à deo, in nomine ipsi  
us omnia dabit nobis pater.

*Heb. 5.* Tameſi filius erat, didicit tamē ex his que  
passus est obedientiam, ac perfectus redditus, omnibus  
qui ſibi obedierunt fuit cauſa ſalutis æternq;. Vo  
luit deus ut filius ſuus in ſe experiret ſentiretq; mor  
bos noſtros, ſicq; magis eſſet propensus facilitorq;  
erga noſ: ſimulq; ut eſſet perfecta absolute, et cui ni  
hil deeſſet cauſa ſalutis omnibus, qui eum audirent,  
hoc eſt qui in eum crederent.

*Rom. 5.* Si unius delicto, nōpe Adam, multi mor  
tui ſunt, multo magis gratia dei, & donū per gratiā,  
quæ fuit unius hominis Iesu Christi, in multos exu  
berauit. Erenim ſi per unius delictum mors regna  
uit per unum, multo magis iij, qui exuberantiā gra  
tiae & doni iustitiae accipiunt, per uitam regnabunt  
*authore*

authore Iesu Christo. Itaq; sicut per unius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem: ita & per unius iustificationem propagatur bonum in omnes homines ad iustificationem uiæ. Quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti fuimus multi; ita per obedientiam unius iusti constituentur multi.

Vnicus A-  
dam author  
mali.  
Vnicus  
Christus  
author sa-  
luis.

Hæc uerba clare ostendunt quidquid est malorum per unicum Adam in totum genus humanum propagatum esse & transsum: uitam ergo, iustitiam, innocentiam & salutem omnē unicum Christū in nos transfudisse. Christum ergo unicum esse conciliatorem, per quem quidquid boni est in nos uenit, quemadmodum per unicum Adam mors, et quidquid malorum est uenit.

*Hinc sequitur extra hanc uitam nobis intercessoribus praeter Christum nihil esse opus.*

Qui proxime præcedentes articulos exæte exp̄it, facile uidet hoc sequi. Quandoquidem uero iste articulus diuorum intercessionē non nihil tangit, operæ premium erit ut de ista semel dicamus. Scio enim quorundam in me odium, quod propter hæc rem natum est, quod minus cæteris diuorum intercessioni tribuam, imò primus hanc exploserim. Sed adeste quæso, quid fecerim examineate, & fidei meæ rationem percipite. Ex scripturis iudicate, non ex capitulo uestris.

Nunquam in ea fui opinione, ut fortibus istis heroibus, qui propter Christum mundum hunc

expugnarunt, & deuicerunt, quidquam derogare. Sed quum in scripturis sacris nihil sit testimoniorū, quod diui uel alibi pro nobis intercedant uel adorandi sint, ferre non potui ut homines uel in ipsis sperarent, uel ab ipsis penderent. Attamen contra quorundā morē hac in re cautius egi, qui mox quum Euangelicam prædicationem ordiuntur, diuorum intercessionem reiiciunt. Et quum castigantur, dicunt apostolos id quoq; fecisse, nempe primū docuisse deos Gentium non esse deos sed idola & simulachra: cur ergo nos inquiunt, quum uidemus homines spes suas in diuos ponere, in primis hoc non ostenderemus? Sed ego contrarium dico, puto enim diuersa hic uia incedendum esse, quod ex sequentibus patebit. Propositum autem meum ratio-

**Qua uia** nemq; consiliū mei dicam. Primum docui Christum quāq; ratio Iesum ueram & æternam esse salutem, monuiq; ut ne simplis in hunc unicum sperarent, ab hoc unico penderet, omnia ab ipso peterent, in omni necessitate ad unū Christum adcurrerent. Nam fieri non posse, ut is, qui pro nobis, dum adhuc hostes eramus, mortuus est, nos horreat & abiiciat, modo ei fidamus. Hoc Paulus Rom. 5. docet his uerbis, Commendatautē suam charitatem erga nos deus, quod quum adhuc essemus peccatores Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati nunc sanguine eius seruabimur per eum ab ira. Nam si quum inimici essemus, reconciliati fuimus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati seruabimur per uitam ipsius.

His

His uerbis gratiam dei eximiam hominibus cō-  
 mendare uolui, nihil dubitans fore, ut uerbum Dei  
 cum magna usura & fœnore fructum esset allatu-  
 rum. Simplicibus præterea non nihil cessi hac in re,  
 si quando odiosius contenderent diuos inuocan-  
 dos esse. Permissione quadam & ironia stultitiam  
 eorum ridens his uerbis : Agite, si omnino libet ut  
 diuis necessitates uestras exponatis, ego meas soli  
 deo exponam, uideamus uter securiori uia incedat.  
 Hoc lacte sic alui eos, ut quidā ex eis, qui antea ue-  
 hementer contra me pugnauerant, soli deo se crede-  
 re inciperent, gustauerant enim quām suavis sit do-  
 minus. Cui enim satis cognitus est Christus, cum  
 discipulis dicet: Domine ad quem irem: uerba uitæ Ioan. 6.  
 æternæ habes. Apud te est fons uitæ, adprehendi te, Psal. 35.  
 teneo te, nunquam dimittam. Quicunq; uere à deo Cant. 3.  
Ioan. 6.  
 doctus est, & ab eo in habitaculum suum ductus,  
 eum dimittere nunquā potest. Quem si quis à deo  
 ad creaturam abducere conatur uel mortem minis-  
 tans, nihil proficiet, etiam si supplicij metu aliud o-  
 re loqueretur, cor tamen non cedet, scit enim certā si  
 bi salutem in deo esse per Christum. Dissimulaui in  
 terim permisiq; ab initio ut oratiunculas quas uoue-  
 rant orarent, donec eis deus clarius illucesceret. Pas-  
 sus tamen non sum ut oratione dominica (quæ in-  
 cipit pater noster) alium patrem cœlestem adpella-  
 rent, diserte docens eos idololatrias esse qui creature  
 pater noster dicerent. Qua fronte enim Gertrudæ  
 aut Barbaræ dicerem pater noster? Hac ratione fa-  
 ctum est, ut paulatim pleriq; per uerbum dei edocti,

Charitas  
dei commē  
datur.

inciperent omnem fiduciam in deum per Christum ponere, qui tam familiaris eis per Euangelium factus est, ut caderet quidquid erat oratiūcularum ad diuos, quidquid vanæ spei in creaturas. Gustato enim ueteri uino, nouū nauseantes repudiarūt: & ad mota ad arastrum manu, postergum respicere amplius noluerūt. Hoc consilij hodie quoq; dederim omnibus qui uerbū dei prædicant, ut salutem per Christū diligēter & anxie urgeant ac inculcent, idq; ex uerbo dei clarissimo: quod si fecerint, sine dubio fiducia in deum crescat, & quidquid est falsæ spei cadet & euanesceret.

*Soli Deo fiduciā.* Fiduciam certè suam in alium non ponet cor humānū quām in solum deū, sed his qui errant & quō rū corda uarijs spebus seduēta sunt, potius hoc donandum uideatur, ut aliquandiu sic hæreāt, quām ut doctrinā Christi penitus repellant, quod tum fit, dū hilce rebus asueros subito auellere tētas. Sunt enim pleriq; adhuc ueritatis tam ignorantes, ut si hos patronos suos ut abnegent cogere uoles, prius doctrinā Christi sint repudiaturi & abiuraturi. Nec tam pernitiosum puto sanctos colere, quām idolis seruit & alienis dijs. Hoc scio damnabile omnino esse, si quis in creaturā spem suam ponat. Hic quisq; dīgenter se se examinet, sunt enim quidā qui diuersa & contraria coniungere & consociare uolunt, dicentes se in solum & unicū deum sperare, simulq; in diuorū auxiliū, quod fieri nullo pacto potest. His rubibus adhuc & ignorantibus donandū est aliquid, donec de ueritate certius fuerint edocti.

Nemo

Nemo putet me de diuorum felicitate, requie, & gaudio apud deum dubitare, quasi non credā post hanc uitam felicitatem æternam. Absit haec tam impia cogitatio ab humano genere: nā qui in hac sunt sententia (tales autem esse quosdam uita, mores, & uerba eorū testantur) iam damnati sunt. Necq; hic damnno eas preces, quas sancti in terris adhuc uiuētes pro se mutuo faciunt, sed quorundā impiam doctrinam damno, qui docent diuos ac cœlites multa habere merita apud deū, adeo ut etiā nobis de his impariri ualeant. Deinde eos deo gratiōres esse quām nos: hīc fieri ut pro nobis quoq; alibi orēt, nostrasq; preces Deo offerant. Eos esse ueluti patronos nostros, qui citius à deo quā nos exaudiant. Demū in tantiā dementiam sunt prolapsi, ut assererent, neminem omnino posse ad deū uenire, quām sanctoru patrocinio & intercessione. Hinc factū est ut homines diuorū meritis & intercessionibus freti, ipsi intērim securi & quieti oscitarēt, & quasi in utrancq; aurem dormirent, plus fiduciae in creaturas quām in ipsum creatorē ponentes, & quod pessimū est id qđ solius dei est creaturis adscribentes. Hoc quid aliud fuit quām uera idolatria? Ut ergo ueritas clarius es lucescat, ex scripturis sacris testimonia adferemus, ut cuncti uideant doctrinam illorum in scripturis diuinis nihil roboris habere.

Antequam eos argumentis adgrediamur, de hac dictione (sanctus) non nihil dicemus. Nam ex hi-  
ius uocabuli abusu error hic magna ex parte irrep-  
sit. Sanctos uocarūt apostoli et Paulus ipse 1. Cor. 5.

Ephes. 1.4. & Philip. 1. Col. 1. Christianos & fidales, quos ubiqꝫ admonet & hortatur ut pro se orēt.  
 Quod deinde à mortalibus et sanctis qui in terra ad  
 hoc degunt, ad diuos qui in domo domini habitat  
 tractum est. Sanctus Latinis uirum integrum & bo  
 num significat. Sanctus, frōm/gereft, quicunque  
 fiduciam suam in deum locauit, cuius nomen in li  
**Beatus.** bro uitæ scriptum est sanctus dicitur, beatus non est  
 donec hinc exeat omnibus malis exemptus. Sancti  
 ergo sunt qui hic in uera fide uiuunt: beati aut diui  
 qui in patria alibi lætantur.

**De merito.** Primus ergo illorum error fuit, quod docuerunt  
 sanctos plus perppersos esse, quam ipsis ad salutem  
 & æternā felicitatē opus fuerit. De merito ergo pri  
 mū dicemus. Hoc certissimū est & indubitateissimū,  
 qđ Christus Iesus suo cruciatu suaqꝫ morte toti hu  
 mano generi aditum ad deū, pacē cum deo, eternāqꝫ  
 salutē meruit. Ioan. 14. Ego sum uia. Ioan. 10. Ego  
 sum ostium, qui per me introierit, salutem inueniet.  
 Ioan. 14. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Rom.  
 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habemus erga de  
 um, per dominum nostrū Iesum Christum, per quē  
 & contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiam  
 hāc, in qua stamus, et gloriamur sub spe gloriæ dei.  
 Hic uides iustificationem fidē sequi: fides certa est,  
 Christum morte sua & hostia corporis sui nobis pa  
 trem conciliasse. Reconciliatio ergo non nostri est,  
 sed Christi. Imò contumelia est & blasphemia in  
 Christū, si quis creaturetribuat quod solius est Chri  
 tū. Hinc & nomen habet saluatoris, Iesus enim sal  
 uator

tator est. Si Christus saluat, non saluant nostra opera. Ad hanc ergo pacem & gratiam per Christū ducimur, quum credimus ipsum salutem nostram esse. Quod certa fidei persuasione gloriamur nos esse filios dei, opus est Christi filij dei. Non ergo potest esse nostri meriti, sed unici filij dei. Colos. i. Paulus sic dicit: Complacitum est patri per Christum reconciliare cuncta erga se pacificatis per sanguinem crucis eius per eundem, siue quæ in terra sunt, siue quæ in celis. Vbiq; audis reconciliationem per Christū esse factam, per cuius sanguinem omnia sibi uoluit conciliare. Pax ergo & accessus ad deum sanguinis Christi est, hominis ergo esse non potest.

Hebr. 10. Quum igitur fratres, habeamus libertatem adeundi in sancta per sanguinem Iesu, ea uia, quam dedicauit nobis recentem & uiuentē, per uelamentum, hoc est per carnem suam, cumq; habeamus sacerdotem magnum præfectum domui dei, accedamus cum uero corde in certitudine fidei, &c. Audis uiam in celum paratam esse per sanguinem Iesu? Declarat enim Paulus sese, & quasi exponens, dicit, paratam esse uiam per uelamentum carnis suæ, in qua deitas latitabat præsens, exerens se suo tempore. Hic est sacerdos ille magnus, qui suo sacrificio nobis cœlum meruit. Alludit autem ad officium sacerdotale. Sacerdotes ueteris testamenti in hoc insti- Comparatio  
tio sacerdotum ueteris  
testamenti & Christi.

tu erant, ut intercederent sacrificijs inter deum & homines, primum quidem pro se, deinde pro populo expiantes: sed hæc umbra duntaxat fuerunt futu- rum, Hebr. 10. Perfectius autem Christus pro no-

bis sacrificauit, pro se quidem nihil habens quod offerret, quū esset peccati immunis & expers. Sed omnes fideles purificauit & pro eis satisfecit. Deinde, ueteris testamenti sacerdotes carnem ianū emundarunt, Christus omnia præstitit, quod promissum erat et figuris adumbratū. Veteres sacerdotes umbras ianū & figurās habebant, Christus uero nō pecunium, sed propriū sanguinē pro nobis obiūlit. Certus ergo est saluator noster, uero itaq; corde, magna fiducia, perfectaq; fide adire deū audemus, sanguine enim suo pro nobis satisfecit & exsoluit. Plena est omnis scriptura sacra huiusmodi testimonijs, ut non sit opus plura adferre.

**De merito nostrorum operum.** Quandoquidem uero de merito salutis & felicitatis æternæ mentio habita est, probatūq; est hoc meritum solius gratiæ dei esse (nam solus Christus in innocentia, obedientia, & morte sua hanc meruit) sequitur meritum nostrorum operum, quod nos magno aestimamus, nihil esse quam uanitatem & stultitiam, ne dicam impietatem & ignoranciam impudentiam. Quomodo enim de merito nostrorum operū disputare audemus, qurum ex sola gratia dei saluamur? Ioan. 2. Si per merita nostroruū operum salutem assequiri, & reconciliari potuissimus, non fuisset necesse Christum mori, & mors Christi etiamnū hodie frustra esset, Gal. 2. Absit hoc uel cogitare, ut gratiā per Christum partā irritā faciamus et rejiciamus. Expende ergo, quotquot ad deū uenerunt unquam, per mortem Christi ad deū uenisse. Quomodo ergo diui sua merita nobis impartient, quū nec ipsi salutē & felicitatē parare

**Lex propter deribus legis.** Gal. 2. Lex propter deribus legis. Gal. 2. Absit hoc uel cogitare, ut gratiā per Christum partā irritā faciamus et rejiciamus. Expende ergo, quotquot ad deū uenerunt unquam, per mortem Christi ad deū uenisse. Quomodo ergo diui sua merita nobis impartient, quū nec ipsi salutē & felicitatē parare

parare potuerunt, quum & ipsis impossibile fuerit  
adire deum nisi per meritum Christic.

Contumelia ergo est magna in deum quod per hibent pontificij, martyres præter meritum salutis morte & cruciatu tantum meruisse, ut & nobis sufficiere possit, distribuēte hoc peccatoribus Papa, ut qui huius thesauri ecclesiæ potestatem habeat. Quasi vero non indecorum esset deo, si ihs qui pro nomine ipsius multa & grauia passi essent supra meritum nihil rependeret (etiam si donet quis salutem nostro merito parari) quum principibus terrenis turpe sit si parce & non secundum meritū suis rependant.

Ex tam liberalissimo & clementissimo deo, quam pauperem & sordidum nobis fecerunt, tantum ut sua merita satis care uendere possent. Quum tamen Christus dicat Marci 10. Amen dico uobis, Nullus est qui reliquit domum aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros mea causa & Euangeli, quin recipiat centuplica nunc in tempore hoc, domus & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros, sed cum persecutionibus, ac in seculo uenturo uitam æternam. Ecce quam largam mercedem, quam excellens præmium Christus etiam hic suis promittit, nempe centupla. Sed uerba Christi spiritualem sensum habent. Quum enim Petrus cæteri que domos suas relinquerent, non legimus eos centum domus pro una relicta accepisse: sed cum receperunt centupla, quum illi, qui ante a Christo non credebant, per Euangeli prædicationem ad Deum conuersi,

Blasphemia  
pontificiorum de  
merito sanctorum.

Quid sit ce  
tupla pro a  
missis reci  
pera.

fratres Christi et omnium membrorum suorum fierent. Tot enim fratres plus gaudij Petri aliosque apostolis attulerunt, quam innumera multitudo fratum carnalium. Hinc frequens ille iubilus Pauli, & cordis exultatio, quoties audit Gentes ad fidem Christi concessisse, ut patet in Epistola ad Col. 1. &c. Hinc deum laudat, gratias agit, fratres eos uocans, filios & sanctos.

Diuitiae tum recipiuntur, non quum appetuntur, aut desiderantur, sed quum possidentur. Quum uero desiderantur & amantur, nos possident. Legimus in Actis apostolorum Christianos nascentes ecclesiam omnem substantiam in facultate & usum fratrum tradidisse.

**Facilis est** se. Regis ipsa experiemur, illis nunquam quidquam desiderantur, qui sua propter uerbum dei relinquunt, & Christi doctrinam uerbo & facto prouelunt, suppeditabunt enim eis omnia, qui Christo uere crediderunt.

Etiā si deus aliquando permitteret (nā inscrutabilia, & mirabilia sunt eis iudicia) ut suis paupertate et fame pereundū esset, adhuc tamē talē illis dat animū, ut non solum de amissis rebus nō doleant, sed de libertate quam adeunt potius lætent & gestiant. Quum igitur Christus in hoc mundo centupla suis rependit, & momentaneū hoc quod hic patimur uita eterna donat, quis hominum potest dicere quod nostri cruciatus æternæ uitæ mercedē superent? Et Paulus Rom. 8. nō reputat esse pares afflictiones praesentis temporis ad gloriā, quæ reuelabit erga nos. Hic uide quo fulcro nitatur indulgentia Romanæ, merito uidelicet humano, quod nihil est, & nullum un-

quam

quam seruare potuit.

Quod si pontificij dicunt indulgentias non solū in diuorum meritis, sed etiam in meritis Christi firmatas & fultas esse; an ergo mors Christi sola satisfacere pro peccatis nō potuit, ut necesse fuerit à pontificijs auctarium quoddam humanorum meritorum addere, & sic quod dasset sarcire?

O hostes fidei Christianæ, imò dei hostes, cur per tram tam firmam mouere conamini? ô raptore& patricidē animorum, cur potentissimo filio dei creaturæ opem aduocatis? & nihilominus Christianos uos esse iactitatis, scilicet. Sed dicunt, meritum Christi, imò unica sanguinis sui gutta sauis est ut omnia peccata mundi abluat. Recte, sic loqui conuenit. Sed ubi iam doctrina uestra de merito consistet?

Porro uos fures & latrones supra prædictas blasphemias id quoque adiçritis, fructū & meritum mortis Christi solius Papæ esse qui dispariatur & do net quibus uelit. An non hoc ipso mutilum & impotentē redditis Christū, qui ore suo dicit: Qui credit seruabitur, qui nō credit condēnabitur? Cur uos pro pecunia uenditis quod sola fide paratur & emi tur? An non mendacē facitis deū & impotentē, quū dicitis gratiam dei non nisi per uos dari? Discimus ergo, nullas creaturæ operibus adscribendā esse salutem, neque ullum opus existimandum ut meritum & pretium, sed hoc cogitandū potius, omnia opera nostra nihil mereri quam damnationem: merita ergo non esse, sed debita potius quæ exsoluere sati

Contra indulgentias papisticas.

Opera nostra nihil merentur.

nunquam possumus. Ad hanc enim uoluntatis & legis diuinæ mensurā & perfectionem, quam deus exigit, nemo mortaliū pertingere potest. Sed exem-

**Omnia o-**  
**pera nostra**  
**estē manca**  
**& impeſes**  
**et cetera.**

plis rem ostendemus. Eleemosynā dare dubio procul opus bonū est, nō solum à pijs, sed ab impijs etiā am probatū. Sed ad se se redeant uel sanctissimi , ex-

pendantq; eleemosynas suas quas dederūt, an nunquā sic dederint ut operi suo nihil deesseret? an nihil adfectuū carnaliū se immiscuerit dum darent? an nō aliquando quæstus aut gloriæ causa dederint? an nō meū pœnæ æternæ? Illiberale ergo fuit opus & eis lucrosum, quū sua interim quererent & maiora spectarent uel effugere uel adquirere. Sed non sine dolore & tristitia dederunt, non sine cunctatione, nō sic ut nihil derraharent & de dono diminuerent. Quidquid ergo taliū incidit uitiorū in dando, opus perfectum & bonū esse non potest, multo minus aliquid mereri. Indignum ergo quod uel deo obtrudas, uel quo tu glorieris & nitaris. Maledictus enim , Hier. 48. qui opus dei aut negligenter aut fraudulenter facit. Quum tibi maiorem aut meliore partem seruas, an non te plus amas quam proximū? an nō iam perfidiae reus es? an non peccato obnoxius?

Sed ponamus quæstū & utilitatē tuam tibi nō obrepisse, introspice ergo penitus an non gloriæ cupidote titillauerit, ut populi adplausum & laudem ambires aut oblatā cū gaudio exciperes? Nihil horū inquis. Ergo ne tibi placuisti in opere tuo, ut iustitie tibi nomē arrogares? Nec illud adfuit. Sed fortasse te ipsum donando querebas, tibi aliquid tribuens,

an

an deū metuens solum? Aut opus non tam dextere,  
 & alacriter obibas ut diuinus suggerebat spiritus.  
 Quū ergo isti tam indubitato bono operi tot immē  
 nent uitia, non est sperandū, ut id ipsum digne pos-  
 sit effici. Proinde quū in ipsis operibus bonis sic fri-  
 gemus ac distrahimur, omnia ad nos referētes non  
 ad deū cuius toti sumus, & nihil perfectū est in hu-  
 manis actionibus, quid igitur meriti aut præmij ex  
 eleemosyna sperare nobis licet? Vitosum enim quū  
 sit, deo est indignum, quid ergo meretur?

Eleemosyna ergo opus certissime bonum, quaten-  
 sus ab homine proficiscitur bonum haudquaquam  
 est. Quid ergo de alijs operibus quæ boni adpellati  
 onē nō merentur dicemus? Ea dico quæ diabolica  
 potius sunt dicēda, quæ nostro sensu & ratione sunt  
 cōficta & excogitata, uēdita pro bonis idqz magno  
 pretio. Expendant ergo pīj quæ sunt nostra, imo om-  
 nium sanctorū merita. Si opera diuotā bona sunt,  
 ab ipsis non sunt, ab homine enim nihil boni es-  
 se potest. Quod si quidpiam boni ab homine uenit  
 (quod nos puramus) hominis nō est sed dei. Om̄a  
 ergo omnīū hominī opera, bona non sunt, nisi dei  
 sint. Quod si dei sunt, cur ipsis hominis nomen in-  
 dis? aut cur homini qd dei solius est adscribis? San-  
 eti, hoc est pīj et fideles homines sibi nihil adscribūt,  
 nā mox ut aliquid sibi arrogant, bonū non est. Qua-  
 tenus uero dei adeoqz bonū est, cur nos operis Dei  
 subducta ratione pretiū & meritū æstimamus, quū  
 planè in eo nostrum nihil sit? Simul atqz nobis o-  
 pus dei adscribimus peccamus.

In summa, quis ex principibus mundi ferre potest, ut opus egregium à se excogitatum & prudenter, licet per fortis & gnauos milites suos, perfectū, militibus suis adscribatur? Quis est filius qui patri suo labores suos æstimet, & pro his subducta ratione patrē repetundarū postuleat? An nō paternarū rerum hæres est, & labores suos patri absq; mercedis respectu debet & præstabat? Quū ergo nos filij sumus dei, ex mera gratia & liberalitate sua adoptati, cur tam illiberaliter seruorum more mercedem patri æstimamus ac præscribimus?

/ **Obiectio.** Hic iterum quiritantur avari servi, qui mercedem duntaxat spectant. Ecce inquiunt merita nostra nobis eripiunt, & mercede bonorū operum nos spoliant, quū tamen multa adeo loca sint in scripturis sacris, quæ clare docent, deū nostris operibus rependere, & quid bona opera merentur. Matth. 20. inquit Christus: Qui prophetam in nomine prophetæ recipit, mercedem prophetæ accipiet: & qui iustum recepit nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et qui cunq; dederit ad bibendum uni ex pusillis his poculum aquæ frigidæ tantum nomine discipuli, amen dico uobis non est perditurus mercedem suam. Huiusmodi in numero inueniunt in scripturis ueteris et noui instrumenti, ut quod promittitur uictoria contra hostes Israelitis, scq; fore eis patrem si in præceptis eius ambulauerint: contra terribilia quædam minatur transgressoribus & defectoribus. Abraham facta est excellēs illa promissio quod in semine suo benedicendæ sint omnes gentes, quod filiū suum deo

deo offerre uoluerit. Quis hic nō uidet mercedem  
& meritum?

**Responsio.** Legito ea quæ Matth. 10. locum à Responso,  
te citatum præcedunt, ubi sic scriptum inuenies: No-  
lite timere eos qui occidunt corpus, animam autem  
occidere non possunt: magis autem eum timete, qui  
& animam & corpus perdere potest in gehennam.  
Nónne duo passerculi minuto asse ueneunt? &  
unus ex illis non cadet in terram sine patre uestro.  
Vestri uero etiam pili capitum, omnes numerati sunt. De prouis-  
tentia dei  
Ne igitur metuatis, uos pluris estis quam multi pa-  
serculi. Ex istis uerbis Christi aperte discimus omnia  
nia prouidentia & administratione dei geri. Si di-  
xisset, Passerculi non ueneunt sine patre uestro, col-  
legisset quispiam deum quasdam res prouidere &  
administrare, non uero omnes: quū uero dicit alter-  
rum ex duobus passerculis ne in terram quidem ca-  
dere absq; prouidentia patris cœlestis, effugere non  
possimus, quin concedamus nihil fieri omnino  
etiam in rebus minutissimis absq; dei prouidentia.  
Quis unquam tam curiosus fuit aut solitus, ut ca-  
pitum sui pilos numeraret? Sed deus in numerato ha-  
bet pilos nostros. Quin nihil est tam minutum in  
rebus creatis, quod nō ex omniscia & omnipotenti  
prouidentia dei fiat & geratur. Quanto magis ope-  
ra nostra! Nihil ergo nobis adscribamus, ex prouis-  
tentia enim omnia gerūtur, casu aut fortuna nihil,  
deo ergo omnia adscribenda. **Obiectio.** Cur ergo  
deus damnat nos dum nihil boni operamur, ut ipse  
dicit Matth. 7. Omnis arbor quæ nō fert fructū, &c.

Cur deus.  
omnium au-  
thor eos  
damnatur, qui  
no' peran-  
tur bonum

si nihil boni facere possumus, & dum nihil boni facimus damnamur, cōsequitur deum iniustum esse,

**Responsio.** qui me damnat ob id quod non possum. Hoc argumento in persona aduersariorū Paulus quoq; uitetur Rom. 3. Sed audi. Bona arbor bonos fert fructus, Nec potest malos fructus ferre, Matth. 7. Quū ergo bonum fructum non fers, signum est te arborem malam esse, merito ergo excinderis & in ignē consigeris. Sed rursus obīcīs, quum ex uiribus meis bonus esse non possum, sed deus est qui bonū facit, cur ergo me bonū nō facit, aut nō damnat? Curte bonū non reddat deus, ipsum interroga, ego enim nō fui ei à consilijs. Sed à Paulo hoc didici, deum non esse iniustum qui suis creaturis pro arbitrio suo uitetur. Quemadmodū nec figulus à uasis suis iniuriarū postulari potest, si ex eadem massa luti quedā in honestum, quedā in dishonestum usum fingat: nec enim matula dicere potest, Cur me nō poculum finxisti?

Rom. 9.

Sic ergo illæsa iustitia sua nobiscū agit deus, qui minus sumus comparati ad ipsum quam lutum ad figulum. Si ergo uasa sua disponit deus, id est homines, pro sua uoluntate. Miseretur cuius uult, & quē uult indurat. Cor Pharaonis sic indurauit, ut nec signa, nec pericula quidquam eum mouere possent, impossibile uero fuisset cum tantis signis nihil comoueri. Et hodie Antichristos obfirmat, dū fact ut uidentes nihil uideāt, & audientes nihil intelligant. Vident se nihil promouere dū doctrinę dei obſistūt, & cursum uerbi remorari conantur, ui enim Euangeliū irrumpt & increbrescit, adhuc tamē impedit

dire moliuntur. Audiūt ueritatē tam aperte & clare depre&dicari, ut nihil cōtra possint, nam si quidquam possent, nihil parcerent, adhuc tamē nec intelligere eam nec credere ei sustinēt. Quid hoc aliud est quām iudiciū dei quod alios attrahit, alios rei&ciscit nec patitur ut quidquam ob&strepamus: qui sumus enim nos ut cum deo contendamus, aut ut ei respondeamus? Sed huc duxit nos humana sapientia de libe&ro arbitrio, quam ab ethniciis suximus, ut opus dei quod ipse in nobis operatur nostris factis aut consilijs adscribamus, prouidentiam omnipo&te&rem dei non agnoscamus.

Rursus ogganiunt infideles. Hoc pacto quisq; Obiectio  
dicet: Age, nihil ergo boni faciam, expectabo ob& impiorum.  
seruans quid deus per me sit operatus: si is bonū bonifaciam  
me fecit, bonus ero, quidquid tandem egero. Si ma Agen nihil  
lus sum, nihil proderit quidquid tandem boni fe&c. cero, damnationem non effugiam.

Illi sic respondeo. Arbor ex fructu dignoscitur: Respon&su,  
si te deus bonam fecit arborem, bonum feres fru&ctum. Nam spiritus & uirtus dei non cessat, entele&chia enī est perpetua: quomodo ergo cessaret arbor in qua haec diuina uirtus est, quæ ipsam bonam fa&cit, ad bona solicitat? Vita ergo p̄ij hominis nihil aliud est quām perpetua quædam & indefessa boni operatio, quam deus incipit, dicit & absoluit. Na&tura dei est omnia disponere & dirigere: sic pius instrumentum & organum se per quod operatur deus agnoscit, nihil sibi adscribens, nam scit se & opera sua dei esse opera.

Produnt ergo te (quicūq; sic loqueris, Boni nihil faciam &c.) uerba tua, teq; arborem putrem & sterilem esse certo ostendunt. Deinde quod opera (si qua facis) tibi adscribis. Opera ergo tua (tibi enī adscribis et sic uocas) damnationem tibi conciliant, arrogas enim tibi quod solius dei est.

Quandoquidem uero per te operatur deus, opus dei finem suum ad quod ordinatum fuit consequitur, tu interim arrogantia tua operi dei perfide derogans merito damnaberis. Facit ergo deus ex tuis iræ, hoc est, vindictæ & damnationis, in quo suam exerat iustitiam.

Curemus ergo nō tam ut bona opera faciamus quam ut bonæ simus arbores. Si enim bonæ fuerimus arbores, fructibus bonis nunquā carebimus. Arbores bonæ ardenteribus uotis quod deo acceptū gratumq; est expertunt, & explere student. Nihil sic pijs dolet quam si quod deo placet exequi nō possunt, uoluntati dei strenue student, & hoc studium in omnibus hominibus cupiunt uehementer promotum.

**Quomodo intelligi scriptura quæ merito aliquid prima quidem specie tribuere uidentur. Sed sic loquitur scriptura propriè infirmos et imbecilles, rito tribuit qui ad hanc mensuram & perfectionem fidei nondum uenerūt, ut se & omnia deo dedant, & omnia prouidentia dei fieri credant. Habet enim & fides initia sua et gradus, habet incremēta et auctus suos. Hoc Christus in cæco Mar. s. pulchre indicat, qui primo homines ueluti arbores uidit ambulantes,**

mox

mox dilucide omnes,

Sed obijcis, Et fides ipsa meritum habet, nam **fides** Quomodo  
dei ubique uita æterna tribuitur, Qui enim crediderit, **fides meri-**  
saluus erit. Sæpe Christus dicit, Fides tua te saluum  
fecit. Respondeo. Fides indubitata quædā certitu-  
do est, & certa persuasio, qua se homo merito Chri-  
sti credit, nec opus est hominis (tametsi fidem Chri-  
stus opus adpellat Ioan. 6. sed alio sensu) sed secus **L**  
ritas animi & tranquillitas quædam qua homo fi-  
delis in operere redemptoris adquiescit. Quæ securi-  
tas & fiducia non ex hominibus uenit, sed ex deo.  
Immorum enim est uerbum Christi Ioan. 6. Nemo  
uenit ad me nisi pater meus traxerit eum. Cur uero  
alijs mox ab initio foriem perfectamque, alijs uero  
tardius det, nostrum non est inquirere, hoc enim in  
sua uoluntate & scientia pater posuit.

Nihil uero suo merito tribuere fides est. Nam **sc.**  
quod homo sibi nihil, prouidentia & omnipotentia,  
operationi dei omnia adscribit, non aliunde uenit, &  
nisi quod homo se totū deo credit, totus à deo pen-  
det, per fidei certitudinem edocitus deum operari  
omnia in omnibus. Hoc semen fidei iactum in cor  
hominis paulatim surgit & augescit nō nostra vir-  
tute, sed dei operatione. Huc pertinet parabola Chri- Parabola  
sti de semine iacto & paulatim succrescente Mar. 4. de semine,  
Expende parabolam diligentius. Regnum dei ni- Mar. 4.  
hil aliud est quam uerbum dei, ut etiam Luc. 8. Vbi  
huic fides habetur & creditur, hoc est, ubi à deo se-  
minatur, operatione occulta dei crescere incipit uel  
nobis dormientibus, id est dum nihil aduertimus,

& nō nostra industria aut virtute. Efficit ergo deus ut verbum suum augescat tacitis auctibus in fide & operibus bonis, etiam si nos id aliquando minime aduertimus. Demum, dominus messis, qui semen primus in terram iecit, falcem mittit, & fructum colligit quem ipse plantauit & produxit. Hoc credere quod deus omnia operetur, incrementa sua haberet, sed à solo deo. Quo uero magis fides augescit, hoc plus & bona opera augescunt. Nam quo maior est in te fides, hoc maior in te est deus. Quo magis augescit in te deus, hoc plus operatur in te bona opera. Deus enim perpetua quædam energia est & entelechia omnis boni & immutabilis quædam operatio. Nam si aliquando cessaret ab operatione, mutabilis esset.

Hoc iam collige. Fidei initium & sementis à deo est. Nemo enim uenit ad Christum nisi pater trahat eum. Profectus & auctus fidei item dei sunt, ut iam probatum est. Fides docet operante deo omnia bona fieri, ex nobis nihil. Et hoc est sabbatum nostrum. Ex his omnibus sequitur nihil nobis esse adscribendū si quidem pīj fuerimus. Cadit ergo meritum: cadit diuorum intercessio: cadit uiuorum hypocrisis qua se saginarunt, sic pingues bonis operibus ut non sibi duntaxat, sed & alijs salutem suis meritis se parare asserant. Ex his qui libertatem arbitrij, rationem humani consilij, & meritum vindicant & summis uehunc laudibus, effugere nō possunt, nisi quod deum primam & prēcipuam bonorum operum omnium causam faciunt, nos uero

*Ej. 2  
Crescente  
fide crescūt  
& bona  
opera.*

*Sabbatum  
ædelium.*

*omnib; ois:* quod quid aliud est quam astu quodam se  
deo subducere & in sese recipere? Nam si deus præ-  
cipuus & primus author est & effector operis boni,  
quod & pontificij non negant, quæro an ab alia  
causa moueatur ad operationem, an id minus? Ni-  
mirum fatebuntur deum esse causam primam &  
mouentem, quæ à nullo alio mouetur, nam alioqui  
processus fieret in infinitum, nam semper altera al-  
terius causa esset futura. Iam de homine quæro, si  
ne causa per se? Torquent se hic miris modis, &  
multa singūl, sed nihil q̄ uanas opiniones. Si homo  
à se est, author est & causa suorum operū. Si non à se  
est sed à deo, deum humanorū operū authorem esse  
oportet. Quid enim sibi homo adscribere potest,  
quum quidquid habet & est, à deo habeat & sit?

Deus causa  
prima &  
mouens.

Consequitur ergo, deo, qui uel ipsis patentibus  
author est, & prima causa operis, adscribendum esse  
opus, non nobis. Præcipue enim causæ merito ad-  
scribitur. Et id quidem depromo ex eorū armamen-  
tarijs. Fortissimum uerbum dei à nobis stat, quod  
ipſi oppugnare non possunt: nempe, deum omnia  
operari in nobis, nos nihil quam instrumenta esse  
per quæ operatur deus, & uasa quæ deus ipse præ-  
parauit. Quemadmodum faber non malleo uo-  
meris opus, sed sibi tribuit & uendicat, qui & mal-  
leum fecit, uomer ergo et malleus ambo sunt opera  
fabri: sic & opus dei est, & nos per quæ operatur.  
Nam & opus & nos instrumenta operatus est deus.

Sed iā exercitū testimoniorū sacrorū educemus, ut Homo per  
discamus nos nihil esse. Ioā, 6. Nemo uenit ad me, se nihil est  
Probat.

nisi pater meus traxerit eum. Qui trahuntur, sponte  
 2 nunquam uenissent. Ibidem Christus ex Esaia 54.  
 citat, Erunt omnes docti à deo. Vbi ergo nostra  
 3 scientia? Ioan. 15. Sicut palmes à semetipso nō fert  
 fructum, nisi manserit in uite; sic nec uos (fructum  
 ferre potestis) nisi in me manseritis. Vos me non  
 elegistis, sed ego elegi uos, ut eatis & fructum fera-  
 tis. Sine me nihil potestis facere. Ipse nos eligit, ipse  
 operatur in nobis, sine Christo nihil possumus. Lu-  
 4 cæ 17. Quis uestrum habens seruum arantem aut pa-  
 scentem, qui regresso ab agro dicat, Statim transi &  
 accumbe: ac nō potius dicit illi, Para quod cœnem  
 & præcinge te, ac ministra mihi donec edero & bi-  
 bero, & post hæc edito & bibito tu. Num gratiam  
 habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperata fuerant?  
 Non puto. Sic & uos, quum feceritis omnia quæ  
 præcepta sunt uobis, dicite, Serui inutiles sumus,  
 quod debuimus facere fecimus.

Expende hæc uerba diligenter, nam hæc uel sola  
 cōmenta nostra de merito irrita & uana ostendunt,  
 & tamen de his operibus loquuntur quæ deus præ-  
 cepit. In priori epistola ad Corinthios cap. 3. sic lo-  
 quitur Paulus, Quis est Paulus? quis autem Apol-  
 los? nisi ministri per quos credidistis, & ut cuiq; dos-  
 Ministri nō aliud quam instrumenta  
 in strumen-  
 ta sunt.  
 minus dedit. Ministri (inquit) id est instrumenta  
 quædam per quæ operatus est deus, per quos credi-  
 distis, id est quorum prædicatione fidem didicistis.  
 Ego planuai, Apollos rigauit, Deus autem incep-  
 mentum dedit. Itaq; neque qui plantat aliquid est,  
 neq; qui rigat, sed qui incrementū dat deus, is scilicet  
 solus

solus est omnia. Satis clara sunt hæc uerba, ostenduntq; apostolos nihil esse quām ministros, perq; se nihil posse, nihil esse nisi ministros tantundemq; operari quantum deus det.

Ad hunc modum loquitur posteriore epistola cap. 3. Quum enim persancte gloriatus esset de Corintiis quod per ipsum ad fidē Christi ducti essent, ne uideretur plus æquo sibi tribuisse, mox addit: Fiduciam autem huiusmodi (nempe quod audemus dicere uos per nos ad fidē adductos) habemus per Christum erga deum, non quod idonei simus ex nobisipfis cogitare quidquam, tanquam ex nobisipfis, sed omnis idoneitas nostra ex deo est, qui & idoneos fecit nos ministros noui testamenti non literæ sed spiritus. Verba clariora sunt sole. In fine uero adiicitur, testamenti eius scilicet, quod non est testamentum literæ sed spiritus. Ex quibus discimus testamentum euāgelij in cordibus hominum scribi per spiritum dei, per quem spiritum in nobis quoq; operatur. Ex quo sequitur illic spiritum dei esse, ubi fides est, ubi uero spiritus dei fuerit, illic sunt & bona opera.

2. Cor. 12. Nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto. Diuisiones autem donorum sunt, sed idem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, & idem dominus: & diuisiones operationum sunt, sed idem est deus efficiens omnia in omnibus. Ecce, Iesum dicere dominum, id est, agnoscere eum seruatorem caput & dominum nostrum, non uenit nisi ex spiritu sancto. Et dona dei in multiuaria sunt

distinctione, idem est de operationibus & ministerijs. Deus autem qui hęc largitur duntaxat unus est. Deus ergo est qui operatur omnia in omnibus hominibus: & ipse dat omnia dona. Si placet lege que illic sequuntur, uehementer enim proderunt.

Philip. 2. Deus est qui in uobis operatur & uelle & perficere pro beneplacito suo. Deus mouet nostram uoluntatem ut uelit, & uirtutem dat ut operemur. Hoc de prouidentia dei ideo inserui, ut discamus, quod deus operatur in nobis omnia bona; & nos non operamur nisi quatenus instrumenta & organa, per quae operatur deus. Ex ipso enim, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quum uero prouidentia dei in omnibus rebus cognoscitur, cognoscitur simul eius omnipotentia & uirtus quae omnia disponit & operatur pro sua uoluntate. Iam cadit omne meritum, cui fidere haudquaquam possumus: quandoquidem quidquid boni per nos fit, deus operatur & dei est, non nostri. Mox enim ut nobis adscribimus, malum est, nam nos natura mali sumus, Gen. 8. Mala autem arbor fructum bonum ferre haudquaquam potest. Quod si aliquando deus uerbo suo mercedem operibus pollicetur, sua opera quae ipse operatus est in nobis remunerat, quod & Augustinus dicit. Et Christus ipse dicit, Ego elegi uos, ut fructum adferatis. Ipse est qui in uineam suam conducit, ipse ad cœnam suam vocat. Et Pilato potestatem super se dat qui alias nihil posset. Ex hoc consequitur nullum hominē unquam fuisse qui suis meritis gratus aut charus deo extiterit,

*Deus in nobis sua dona coronat.*

tit, sed fauore suo prosecutus est quos uoluit, & qui ei ad hoc placuerunt. Quin Cornelij preces & Tobias. Cornelius.  
biæ eleemosynas ipse suggestit & dictauit, ipse pri- Tobias.  
mus excitauit, etiam si angelus dicat, Orationes tuæ  
& eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam co-  
rām deo. Nam omnino opera antequam ascende-  
rent, aliquo mouente facta sunt, & ex fide uel fidu-  
cia in dei bonitatem profluxerunt. Quicunq; ergo  
in deum fiduciam suam collocat, is à deo excitatus  
& motus est. Cornelius ergo tametsi ethnicus fuit,  
à deo excitatus est ut eleemosynam daret, hac nem-  
peratione, quod uideret idola sua & deos suos ni-  
hil esse, quodq; uotum haberet & desyderium ue-  
niendi in cognitionem ueri dei, ut hæc uerba ex  
Actis citata (orationes tuæ et eleemosynæ tuæ &c.)  
ostendunt. Quidquid ergo deus utrisq; fecit, nihil  
aliud fuit quam remuneratio sui operis : sic enī diues  
gratiarū est deus, ut gratiā pro gratia repēdat. Ioā. i.

Exploso merito nihil est quod gloriantur pon- Doctrina  
tificij diuorum intercessionibus. Reddidit hæc res de merito et  
ignauos & socordes Christianos. Plures enim adeo intercessio-  
stultos est reperire, qui se ne damnari quidem posse ne diuorum  
existimauerunt, si patronum suum quem elegerint ignauos  
quotidie adorassent. Hoc patrocinio fretus aliquis reddit.  
rapuit, incendit, belligeratus est, lusit, peierauit, adul-  
terium commisit, & omnia flagitia designauit, nihil  
moratus interim eas uirtutes quibus in hac terra pa-  
tronus suus clarus fuerat, ut has immiraretur, fidem Fides diuo-  
eius & opera quibus deo placuerat, nihil consyde- rum imi-  
rans quam dilexerit deum, quam sese abnegarit, taunda.

& quidquid mundi est contempserit. Quin aliquos reperies tam stolidos qui se à telis & peste tutos putant, si tantum imaginem D. Sebastiani ex argento aut auro factam ostentationis gratia pileo gestauerint: aut si Christophoro quotidie Ave Maria dixerint, persuadent se omnibus periculis exemptos: aut si conducat quis fabrū qui Barbaram excusat me, retritio cultu spectabilem, & in aram ponat, ne sacrificulus offerens, nimia deuotione extra se rapias, putat se non absq; sacramento corporis & sanguinis Christi mori posse. Ad hæc in ipsa conscelebratione (quasi diui in hoc essent mortui, ut ipsorum patrocinio freti sine pudore flagitosi essemus) sic loquiuntur: Scio hunc sanctū tanti apud deum meriti esse, ut cuncta mihi dare possit.

Simplices porro, mendaciorum magistri sic dementarunt, sicq; suis fabulis (nec tamē frustra) persuaserunt, ut diui Sebastiani festo appetente populus ad aram choreas duceret, non sine ingenti omnium monachorum tripudio. Et hæc causa est cur iam sic quiritantur: An diuos non conuenit honorare? Cur matrem dei nobis contemnitis? Si argentea nix in ara non cessasset, nunquam hanc quirationem cœpissetis.

Vetus diu  
sum cultus  
quis.

Sed iam ad contumelias tuas respōdeo, nequissime impostor. Quis unquam hoc docuit, ut diuos non honore prosequeremur? Sed quibus honoribus? quibus uotis? quo cultu? Quæ uos docetis, uobis lucrosa sunt, diuos non honorant. Hic honor maximus diuis est, si eorum fidem, si fortē tolerātiām

nam propter deum, honorifice deprecemus, ut & nos ad tam egregia facta alliciamur, ut huc cognoscere discamus cui soli isti adhæserunt. Et quod alienum nobis nihil uideri debeat (ut Petrus admonet) si, propter deum uarijs modis tentemur & periclitemur.

Sed tu nihil doces quam quæstui tuo seruit, & quo tu saginaris. Hic diuus (inquis) dolori dentium medetur: aliis tormenta uentris sedat: hic oculos cæcorum aperit: aliis facit ut adulterium clam & impunitum maneat. Quod si quis haec fabulamenta tua explodit, mox quiritaris, cultui diuorum decedere. Deinde plura addis mēdacia, si Constantiam uenis, dicis, quendam Tiguri pro suggestu dixisse Mariam matrem domini uirginem non permansisse. Rursus si Tigurum uenis, Constantiæ hoc dictum à quodam mentiris. Et quum diligenter haec perquiruntur, nec Tiguri nec Constantiæ dictum fuisse fit manifestum. Nihilominus magni isti, rumores huiusmodi magnifice ubiqꝫ spargunt.

Circumspecti ergo & cauti estote optimi fratres, hostibus dei ut non credatis, à mendacijs enim non magis abhorrent quam præstigiatores. Haec agunt ut seditiones & tumultus in orbe excirent. Quis enim tam stultus, qui non magnopere fortissimorum heroum egregia facta admiretur, quin se socium & imitatorem illorum cupiat? Per hos enim exempla quædam proposita sunt, quo nobis perueniendum si uestigij illorum incedere libeat. Hanc ob causam testes eos uocat Paulus Hebræ. 12. quod indubitate sint nobis & certissimi testes felicitatis, ut luce clara

Pontificio-  
rum mendac-  
ia.

rius uideamus quo fideles peruenturi sint. Sic mag-  
ni æstimantur à nobis Maria perpetua & interme-  
rata uirgo, cæteriq; sancti, qui propter gloriam dei  
mortui sunt. Sed an pro nobis orem posthac uide-  
bimus: pontificiorum gratia humana ratiocinatio-  
ne subducam, quo discant intercessionem diuorum  
suis iporum scientijs aduersari.

*1. Diuos pro  
nobis non  
intercedere.*

Si diui pro nobis orant coram deo, hoc fiat ne-  
cessle est, aut commiseratione qua nostris malis affi-  
ciuntur & commouentur, aut id minus. Si nostris  
malis afficiuntur, beati & felices nō sunt. Nam hoc  
felicitatis proprium est, nullo dolore, labore nullo  
affici, nulla calamitate aut miseria tangi. Si malis  
nostris nō tanguntur, aut nihil pro nobis orabunt,  
aut si pro nobis orant (ut uos singitis) deum nihil  
mouebunt. Ex corde enim non fit, nam cor solū re-  
spicit deus, qd & uos conceditis. Soluite hūc nodū.

*2. Alium iam nodum neātam. Beatitudinem tunc  
homini contigisse asseritis, quando fruatur aspectu  
dei, & in uoluntate eius amplius nihil sit quod deo  
repugnet. Ex quo cōsequitur, diuos nō posse orare  
pro quoquā nisi pro illo, quem in deo uident posse  
imperare quæ ipsi petūt: nam si aliter peterent, uol-  
luntati dei repugnarēt, nempe si peterent quæ deus  
noller dare. Noui quendā (cuius nomē hic nō pro-  
do) qui dicit diuorū uoluntatē cū dei uoluntate non  
esse eandem, idq; nō sine blasphemia. Nam docuit  
Christus ut oremus ut domini fiat uoluntas in ter-  
ra quemadmodum in cœlis. Si iam diuorū uolun-  
tas diuinæ nō consonat, nihil aliud petimus, quam*

ut nec nostra uoluntas diuinæ uoluntati cōsentiat.

Hic uide quales illi sint Christiani, qui quū uerbo ueritatis diuorū intercessionē probare non possunt, mentiri incipiunt in iacturam uerbi dei. Et quum se iactent diuorum cultum vindicare, deum, diuos, & ueritatem omnem blasphemant.

Postremo, dicitis: Quidquid diui sciunt, hoc sciūt, <sup>3. Argumē</sup>  
 & discunt in cōtemplatione uultus dei. Dicitis quo <sup>tum.</sup>  
 que nostras preces diuis suggesti à deo. Ex quo ne-  
 cessario sequitur, Deū nostras preces scire, priusquā  
 diui sciant. Iam cadit, quod quidā uestrū perhibent,  
 quod diui nostras preces deo offerant, quum ipsi a-  
 spectu numinis hoc discant.

His rationibus nihil nitor, tametsi pontificis irre-  
 fragabiles sint. Sed hoc fundamento nitimur, quod <sup>Rationibus</sup>  
 ex sacris biblijs neq; doctrina neq; exemplū ullū ad <sup>humanis in</sup>  
 duci potest, quod probet, diuos illic in patria pro no- <sup>rebus diuī</sup>  
 bis intercedere. Deinde quod multa eaq; præcipua <sup>nisi nemo</sup>  
 loca scripturæ sacræ, & præcipuū præcepitū dei diuo <sup>nisi debet</sup>  
 rum intercessioni repugnat. Postremo, quod fidu- <sup>utcunq; us</sup>  
 cia in intercessionē diuorū, salutaris mortis Christi <sup>ris.</sup>  
 meritū & uim obscurat & reiçit, diuis quoq; aduer-  
 fa est & inuisa.

Magnum illud & primum mandatum est (Deut.  
 6. Matth. 22. Luc. 10. Marc. 12. ) Audi Israel, do-  
 minus deus tuus unus est. Diliges dominū deū tuū  
 ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni for-  
 titudine tua. Lucas uerba hæc ex ore Christi sic recē-  
 set: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde  
 tuo, & ex tota anima tua, & ex omnib. viribus tuis,

Solus deus cotendus et adorandus est. & ex tota mente tua. Quandoquidem ergo deo totam dilectionem suam ex omnibus viribus suis homo debet, necessario sequitur quod & omnem fiduciam suam in deum collocare debeat. Hoc enim praecipuum illud fidei praeceptum est quod deus Israelitas per Mosen dedit, quod & Christus ipse Matth. 4. his uerbis explicat, Dominum deum tuum adorabis, & hunc unum coles. Vides hic praeceptum hoc, praecepit esse fidei & fiduciae in deum. Quod & Moses ipse admonet Deut. 6. Dominum deum tuum timebis & illi soli seruies.

### OCCASIO

Ne autem pontificij hic ogganniant( quid enim ad nos quid ipsi fingant de sua dulia & hyperdulia? ) Verum est, solus deus est adorandus latraria, sed nihilominus post deum & diui inuocari & coli pos-

sunt ea ueneratione quæ dulia uocatur. Deinde & mater domini ut summa & excellentissima omniū

seruorum dei hyperdulia coli potest. Nihil enim huiusmodi fabulamentis efficient. Primum, duliam & hyperduliam ipsi confinxerunt, nec in biblijs duliam ostendent capi pro adoratione aut inuocatione diuorum. Hyperduliam omnino nusquam reperirent. Latraria saepe reperire licet in uerbo λατρευειν, quod significat colere aut seruire. Sic eo utitur Christus Matth. 4. quum dicit: Et illi soli seruies, uel hunc unum coles, nempe deum. λατρεια ergo hoc loci signifi-

Cultus diuinus. ciat eum cultum quem homo deo exhibit, ut summo bono cui soli fudit. Dicit ergo Christus: Dominum deum tuum adorabis, & hunc unum coles, id est, ad nullum alium animum tuum fiducia convertes,

uerteres, quām ad solum deum. Nec in aliū tua seruitia diriges quām in ipsum, sic scilicet, quod alij fidas uel ab alio pendeas.

Hęc non ex capite meo confinxi, sed ex Deut.<sup>10.</sup> capite desumpsi, ubi sic legimus : Dominum deum tuum timebis, et hunc unum coles, huic adhærebis, & per nomen eius iurabis. Hic discimus quid pri-  
mo præcepto deus uoluerit: nempe, ut omnis ho-  
nor, gloria, metus & cultus nulli creaturæ impende  
reī, sed ipsi soli. Neq; tamen hic uerat quo minus ho-  
mo homini seruiat, aut magistratuī suo nō obediāt,  
& hunc non honore prosequatur. Nā non uerat ne  
mutuis officijs uiuentes inter se alteri alteri seruiat,  
sed fiducia cordis non patitur ulli creaturæ adhære-  
scere hominem, quem sibi totum deuincit.

Hunc esse uerborum prædictorū sensum ex cap.  
5. Deut. intelliges. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omniū quæ in cœlo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ uersantur in aquis sub ter-  
ra. Nō adorabis ea, & non coles ea. Ego enim sum dominus deus tuus, deus æmulator. Hic uides (opi-  
nor) deum non de uiuis loqui, nam illos non effin-  
gimus. Non ergo uerat ne debito honore, debitissimis  
officijs charitatis homines hominibus inseruant,  
sed ne creaturas inuisibiles effingamus nobis, ut no-  
bis prostent ad cultum, ne illis quoquo modo fida-  
mus. Nos enim sibi deuincit & adglutinat, uult ut ei soli hæreamus, ut eum solum colamus, ut ei soli  
inter omnes inuisibiles res seruiamus.

Quandoquidem ergo omnis fiducia humani

cordis soli deo affigi debet (nā ipse est qui punisces  
lēra impiorum, & misericordiam ac beneficentiam  
præstat pijs, Deut. 5.) consequitur primum & præci-

“ **Precipuum**  
“ **fidei præce**  
“ **ptum est so**  
“ **li deo adhe**  
“ **re.**      “ **rium præceptum fidei huc tendere, ut omnem fidu-**  
“ **ciām in solum deum ponamus, ut huic uni hærea-**  
“ **mus corde, anima, viribus & mēte. Quod si hoc sit,**  
“ **cādit necessario quidquid fiduciæ in creaturas fuit.**

Nam fieri nō potest, ut omnis fiducia in deum col-  
locetur, & simul quis dicat se creaturis aut diuis fide-  
re. Sic pueri quum interrogantur, quem ex familia  
maxime diligant, respondent, Patrem. Mox interro-  
gante matre: An non & me diligis? respondent, Eti-  
am. Hoc idem singulis in domo respondent, Et te  
quoq; diligo. Non dissimiliter hodie multi loquun-  
tur, dicentes: Christianus sum, nemini fide secun-  
dus, non ignoro omnem fiduciam collocandam es-  
se in solo & unico deo, hoc à teneris semper noui,  
nihilominus et fiduciā in diuos pono. Ecce pueros  
qui nesciunt quid loquantur, multa de fide iactan-  
tes, nec tamen primum præceptum intelligentes,  
quum deus totum cor requirat. Maritus non fert in  
uxore, ut alieno amore occupetur, ut cor alium a-  
met. Sic Deus Zelotes est, non patitur ut cordis fi-  
ducia alteri hæreat homo, quem sibi uni despon-  
dit. Lectus angustior & arctior est, quam ut utros-  
que capiat. Isa. 28. Pallium ambos non operire  
potest.

**Dens zelot-**  
**tes.**

**Diuorū in-**  
**tercessio**  
**passiōnem**  
**Christi ob-**  
**secrat.**

Porrò diuorum intercessio crucianus & mortem  
Christi obscurat. Satis enim (ut puto) in superiori-  
bus ostensum est quātus sit ex morte Christi fructus  
quam

quām sit passio eius salutaris: in nomine enim Christi omnia daturus est pater. Nec possibile est, ut quid quam neget, qui propriū filiū pro nobis dedit. Omnia apud se ut quæramus iubet: omnia nobis pollicetur quibus egemus, Rom. s. Si deus pro nobis quæ contra nos: qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non omnia cum ipso nobis donabit? Paulus hoc uult, deum à nobis stare, neminem ergo posse nobis nocere. Sed ut certi simus fauoris & benevolentiae eius erga nos, & ut certam fiduciam habeamus nihil nobis denegaturum, subinfert dedit se deum pro nobis proprium & unigenitum filium, neque huic pepercisse: quomodo ergo quidquam negare posset? Nihil enim habet uel excellentius, uel preciosius, nihil charius filio suo. Et quomodo aliquid negare iam posset? Quidquid enim dat, uilius & minus est filio. Quandoquidem ergo filium dederit, uenire debeamus ad eum in omni necessitate, nihil enim esse negaturum.

Hic clarum fit quām maligne benignitatem & liberalitatem dei stolidi pontificij in tyrannidē quan-

Malignitas pontificorum.

dam crudelissimam uerterint, & ex clementissimo ac misericordissimo patre nobis tyrannum & iratum exactorem fecerint. Nam sic pro publicis concioniibus clamant: Ne patiamini ut à fiducia in diuos quis uos auellat. Et exemplo humano probant diuorum intercessione opus esse nobis apud deum. Si quis (inquiūt) impertratus principem aliquem adit, permagni refert quibus intercessoribus apud

principem utatur: quasi uero principes huius munditales esse conueniat qui nihil praestaturi sint petetibus nisi aliquis alias intercedat. An non praestaret huiusmodi habere principes, qui tam essent clementes & liberales, qui tanto essent fauore in pauperes, ut quoslibet se adeuntes admitterent ad colloquiū, humaniter exciperent & audirent, humanius alloquerentur, benignissime exaudirent, & positis afe-

Pater est de cibis recte iudicarent & benefacerent: Sic deus nos non ty-  
rannus est nō debet nobis ut tyrannus & princeps aliquis  
durus proponi (quod à pontificis factum est) sed ut  
pater clementissimus et misericordissimus, quemad  
modum scriptura sacra eum ubiqꝫ dēpingit & ipse  
se exhibet nobis: patrem (inquam) eum agnoscere  
debemus & filiali quodam metu colere & uenerari.  
Ad patrē an filij non audent accedere? Quis hoc  
dicit? Patrem se uoluit adpellari, patrem se exhibuit, ad quem magna fiducia (siquidem filij sumus)  
currere debemus, & apud eum nostras necessitates  
deponere. Spiritus dei nostro spiritui testimonium  
dat, quod filij dei sumus. Rom. s. Hoce est, deus per  
gratiam spiritus sui nos in cordibus nostris erudit,  
certos facit & obſignat, deum nobis esse propitium,  
& quod libere & confidenter audemus eum adpellare patrem nostrum. Gaudet enim sic appellari, imo  
pollicetur se in medio nostrum fore, Leuit. 26. Inhabitabo in uobis, & ero uobis deus, uosqꝫ eritis mihi  
populus: sancti esote quoniam ego sanctus sum.

Hier. 31. Ego suscipiam uos & ero uobis loco patris & uos  
eritis mihi uice filiorum ac filiarum, dicit dominus  
omnipotens

omnipotens.

Quid uero hoc sibi uult, Ero in medio uestrum? <sup>In medio es</sup>  
 Nihil aliud quām ero uobis tam prope tamq; fami- <sup>se quid sit,</sup>  
 liaris, ut quisq; sine negotio facilime et expedite me  
 adire et compellare possit. Et hanc ob causam se tan-  
 tum demisit ex alto cōlorum habitaculo in nostrā  
 infirmitatem, deiecit se ad contumelias, ad uerbera,  
 & ad omnia tormentorum genera, ne quis cause-  
 tur eum à nobis longe abesse. Sic Luc. 22. dicit: Ego  
 sum in medio uestri ueluti minister. Sed uos, ô pon-  
 tificij hostes ueritatis, tam benignum patrem nobis  
 inclementem, durum, difficilem & crudelem tyran-  
 num facitis, ad quem accedere sine intercessore ne-  
 mo possit. Cur ergo docuit nos sic orare: Pater no-  
 ster? Cur ergo expassis & pro nobis uulneratis bra-  
 chijs expectat, & nos auide ad se inuitat, dicens: Ve <sup>Matth. 11.</sup>  
 nite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego  
 reficiam uos? Quos uocat: Laborantes nimirum &  
 mole peccatorum oneratos. Cur ergo dicis, Pecca-  
 tor sum, non audeo ipsum accedere? Non audis uo-  
 cantem? non audis dicentem, Non ueni uocare ius-  
 stos sed peccatores ad p̄c̄nitentiam? Item quod di-  
 cit: Sanis & ualidis medico nihil est opus, sed male  
 habentibus. An hoc nō est, ô Christiani fratres, dul-  
 cissimam dei gratiam absinthio et felle miscere, quū  
 papista docet peccatorem non audere deum accede-  
 re sine intercessore? quum certissimum & indubita-  
 mū salutis pignus nobis datus sit Christus? Et tu hęc  
 creaturis tribuis: quid hoc aliud est quām idolola-  
 tram esse? Hęc sunt figmenta nostra; huc perueni- <sup>Ephes. 5.</sup>

*T 2.* mus, poste aquam libuit fiduciam in creaturas deserto creatore ponere, & deum patrem pro tyrāno habere. Gratia uobis ò pontificijs, qui mūdum in tam densas tenebras inuoluistis, & in media luce tā fortiter adhuc in cæcitate detinetis.

*Divis contumelias facimus quā* Postremo, & diuis quoq; contumelia est non uulgaris, si quis eos post mortem loco dei colit, quē ipsi eos inuocauientes in terris super omnia coluerunt & laudauunt. Hoce eos deo adduxit, quod spretis omnibus

/ Maria.

creaturis soli creatori certa fiducia in diuulse hæserunt. Maria perpetua uirgo tam nō ferre potest sibi gloriam filio suo debitā adscribi, quām non tulerūt & Paulus & Barnabas in Lystris sibi cultum dei ex hiberi. Quum enim in cœlo summa sit iustitia, neāmo gaudebit sed indignabitur potius, si gloria quæ solius filij dei est sibi transcribatur, Paulus et Barnabas Act. 14. cū populus allatis tauris et coronis ipsis ut dijs sacrificare inuoluisse, cōcissis uestibus suis insisterunt in turbā clamantes & dicentes: Viri cur ista faciatis? Nos quoq; īsdem quibus uos malis obnoxij homines sumus. Quid putas dicturi sint, si hodie uideret apud se queri quæ solius sunt dei? Quid dictura esset Maria dignissima uirgo? O stupidi & ignari homines, quidquid mihi honoris & gloriæ adest, hoc totū non à me ipso sed à deo est. Deus suo me fauore dignatus est, ut sim inter omnes mortales & mater & uirgo.

Adhuc tamen nec dea sum, nec fons omnis boni. Deus est fons ille omnis bonitatis, is deriuat in uos quidquid est honorū per filium meum. Quod si uos mihi tribuitis quæ solius sunt dei,

Prosopopoeia Mariae virginis

dei, facitis potestatē dei mutabilem, quum à conditō  
mundo nulli creaturarū potestatem suā unquam de-  
derit, ut ad eam tanquā ad deum quis confugeret.  
Sed hæc uere & proprie filio meo Nicodemus tri-  
buit, quū diceret: Nemo potest hæc signa facere quæ  
tu facis, nisi deus fuerit cum eo. Filius meus deus est Ioan. 3:2  
& ob hoc omnia potest. Ego dea nō sum, apud mē  
ergo non quæretis, quæ deus solus præstat. Quū ad  
huc uersarer in terris, miraculorū suorum filius me-  
us (qui tamen me summo amore & honore profe-  
quitur) mihi nihil tribuit. Quando in nuptijs subin-  
dicarem uinum deesse conuiuis, admodum alieno  
responso me exceptit, dicens: Mulier, quid mihi tecū  
est? Hoc certe non ideo fiebat quod me contemne-  
ret, sed ne miraculū mihi transcriberetur. Sinite er-  
go ut filius meus suo imperio per uos fruatur, ut in  
gloria sua maneat quam ab æterno habuit. Vos glo-  
riæ mihi ducitis dum me adoratis & colitis, sed hoc  
faciendo, summa afficitis me ignominia. Nemo co-  
li, nemo adorari debet nisi solus deus, hunc colite  
quemadmodum ego eum colui, nempe, fide, obe-  
dientia, modestia, malorū tolerantia, quæ cum filio  
meo à cunabulis in finem usq; sum perpeſſa, pau-  
pertate, tribulatione, &c. Testem me esse finite, quod  
omnes quicunq; dei sunt, multis aduersitatibus &  
erumnis exerceri oporteat. Et si uos contempti estis  
& humiles in hoc mundo, multa tamen & magna  
gloria uos manet in cœlis. Quid enim ego per-  
peſſa non sum? Hoc ergo expendite, quandoqui-  
dem me in matrē filij sui elegit Deus, nec tamen pe-  
percit quin mc uarijs malis exerceret, ne miremini

neq; turbemini si uos quoq; malorum non finit es-  
se exsortes. Potestis autem omnia aduersa & facili-  
us & laxius ferre, quum consyderaueritis & me ta-  
lia tulisse. Testis ego sum filij mei, ut cuncti uideat  
quam certa sit eis in ipso salus reposita. Non dubito  
quin Maria si adesset his aut similibus uerbis nos es-  
set alloquutura.

Hoc idē facturi essent diui, qui summa fide Chri-  
sto semper hæserunt, si nostram stultitiam uiderent,

**Prosopo.** dicturi scilicet: Quid facitis stolidissimi homines?  
**Poëia diuos.** non uidetis nos soli deo seruisse, non diuis? in mor-  
te solum deum nos inuocasse, non diuos? Et is cui

tota fiducia hæsimus nos exaudiuit, & in morte li-  
berauit. Iacobus quum occideretur non Stephanū  
ante se occisum inuocat, Act. 12. Petrus & Paulus ne-  
que Iacobum neq; Stephanum in aduersitate sua in-  
uocant. Vnde ergo hoc uobis, ut ad nos configua-  
tis miseri, quum nos per solum Christum ad deum  
adcurrimus? Dum uersaremur in terris, nunquā no-  
bis arrogauimus gloriam dei, & quum iam ineffa-  
bili gloria & immenso gaudio fruamur, uos nobis  
illa tribuitis quæ solius dei sunt. Quasi uero stulti-  
tia uestra nobis placeat, & decori sit quod dedecus  
esset maximum si quidem nobis placeret. Vos ex  
nobis facitis quod minime sumus, nempe, patro-  
nos scelerum uestrorum. Et quum uos exaudi-  
remus, non minor lis & contentio futura esset in-  
ter nos quam olim poetæ gentiles inter deos es-  
se finxerunt. Hostes duo eundem Georgium in-  
uocant, ambo uictoram ab eo petentes, utri ergo  
daturus

daturus est? Hispani suum Iacobum : Galli suum Michaelem adpellant. Alterum si exaudit, alteri aduersetur necesse erit. Missa ergo facite tā stulta uota, submittite uos sub manū omnipotentis dei. Nolite nos uestro pede metiri. Si ergo diuos omnino uenerari libet, imitemur eorum fidem, facta, mores. Accipiamus in humeros nostros crucem nostram, & abnegatis nobisipsis Christum sequamur.

Posteaquam ex superioribus satis probarū est unicum Christum uiam esse per quam nobis aditus ad deum patet: uanum quoq; esse imō imposturam si quis in creaturas fidere doceat, operæ premium uidetur, ut papistis tela scripturæ quæ falso ad suum propositū torserū extorqueamus, & eos armis quibus cum contra ueritatem pugnarunt exarmemus.

Confutantur aduersariorum de diuīō intercessione argumenta.

Ex cap. 48. Geneseos Iacobi uerba quibus bene dixit filijs Iosephi producūt. Inuocetur nomen meū super ipsos, & nomen patrum meorum Abraham, & Isaac. An non hic auditis (inquiunt pontificij) quod inuocari debent Abraham, Isaac & Iacob? Sicut uos contentio seducit & excæcat, ut iam neq; Hebrew, Græce, Latine, neq; Germanice intelligatis. Nomen meum inuocetur super eos inquit Iacob: uos hoc sic exponitis, Ego alibi intercedam pro uobis, aut uos inuocate me, & ego in æterna uita pro uobis orabo. Quis unquam sic delirauit ut sic expōnerer? Sed hoc dicte nobis: Potuerunt sancti isti patres ad deum uenire ante Christum? Ergo Christus non aperuit uiam nouam ac recentem: ergo Christus non est unicum ostium per quod uenitur ad

1. Ex Gen. 48. *Ad*

*48. In p̄d̄*

*A b. 5.*

*v. 16. Redi et in te manens  
mē, qd̄ mōnō p̄t̄n̄ mōnō.*

deum. Ergo non uere dicit: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Sed absint hæc procul à cogitatione omnium fidelium.

Si non fuerunt apud deum sed uultu dei fuerunt priuati, quomodo pro nobis deum orare potuerunt? Abraham quandoquidem aduentū & diem Christi uidere desyderauit, in conspectu dei nō fuit, nam si faciem dei uidisset, Christum non desyderasset. Quum ergo apud deū non fuit, quomodo pro alijs orauit, qui ipse adhuc caruit eo quod desyderauit, nec ad deū nisi Christo duce peruenire potuit. Versamini in scripturis uos pontificij, quemadmodum mendici uagantur in regionibus, quocunq; diuertunt par ius habent: sic uos quidquid est obuium quod uel de inuocatione sonat, arripitis, & ad uerum propositum torqueatis uel repugnans.

Peruertitis ergo et uitiatis omnē scripturā, ut non centiores hostes in terris nunquā fuerint pōtificij, qui etiā gentes superant, nam illæ fidei nostræ officere non possunt. Vos utimini scripturis in quibus uerba salutis sunt, atq; ihs nos in idolatriā ducitis.

Hoc idem facitis citato loco, ubi Iacob nihil aliud uult quam suos docere, ut si in nomine Abraham & Isaac inuocarint deum exauditurum esse: hoc est, si deum pacti sui quod cū Abraham & Isaac pepigit admonuerint, deum seruaturum esse fidem eriam posteris. Nomen meum inuocetur super eos: id est, Nomen meū profit eis, quum te ô deus huius fidei quem Abraham ad te habuit, huius promissionis quam ei feceras, admonuerint, succurre eis, etiam si inuocantes tibi non essent accepti, memi-

Nomen in-  
uocare su-  
per aliquē,  
quid sit.

acris

neris saltem Abrahæ, Isaac & mei, qui tibi chari fuerunt, quibus tantas promissiones fecisti. Hunc sensum non ex capite meo profero, nihilqe probet, nisi seipsam ueritas & scripture declareret. Sed uideamus quo pacto Moses, Abrahamum, Isaac & Iacob in uocauerit, fieri enim & prior sensus clarior, ut simul eadem opera alius locus in captiuitatem à pontificis detortus, liber.

Exo. 32. pro populi Israelitici peccato, quod in adoratione uituli designauerat, sic precatur: Cur domine irascitur furor tuus contra populū tuū, quē eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magnâ & manu robusta? Ne quæso dicant Aegyptij, callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret de terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abrahā, Isaac & Israel seruorū tuorū, quibus iurasti per temetipsum, dicens: Multipliabo semē uestrū sicut stellas cœli, & uniuersam terrā hac de qua loquutus sum, dabo semini uestro, &c.

Quis hic nō uidet quid sit nomen patrum inuocare super filios? Admonere scilicet deum amicitiae & fauoris, quo patres fuerit complexus, fœderis ac factæ promissionis. Ac si dicerent: Digni quidem non sumus nos ut in conspectum tuum ueniamus, idqe propter peccata nostra, propter quæ indigni sumus quibus benefacias. Sed memineris quæso charitatis illius quam semper exhibuisti patribus nostris, Abrahæ, Isaac & Iacob: reuoca in memoriam ueterem amicitiæ erga illos. Illi fuerūt patres nostri, nos quidem nihil sumus, sed patres nostri chari tibe fuerunt, illorū gratia respice nos & miserere nostri.

Memineris tam augustæ illius pollicitationis patribus nostris factæ, nempe, quod in semine eorum benedicendæ sint omnes gentes, quod posteri eorum multiplicâdi sint supra stellas cœli. Quomodo hoc fieret, si modo nos totos excinderes?

1. Expende hæc, & uide, an nō & Mosis uerba hūc sensum ferant, quum dicit: Memento domine Abraham, &c. Ecce ueteris admonet amicitiæ. Deinde dicit, Quibus per temetipsum iurasti: ecce pollicitationis & fœderis refricatio. Ex his uos pontificij intercessionem diuorum colligendam putatis, qua si uero tantundem esset quum dico, Memineris domine Abrahæ, Isaac & Iacob: Et, ô Abraham, Isaac & Iacob ora pro nobis.

Insani estis an stulti, quod non intelligitis priorem orationem inuocationem esse ad deum, quam propter patres admonetur deus: Alteram id uelle ut ipsi patres pro nobis intercedant? Hoc uero scripturis probari nequaquam potest.

Adferemus hic Danielis uerba, quamuis in canone nō habentur, ut clarior fiat sensus, & ut liquido uideamus quam audacter pontificij scripturam detorqueant. Sic inuocat Azarias: Ne quæsumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum, neq; auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruū tuum, & Israel sanctum tuum, quibus loquutus es, pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore maris. Iterū hic uidemus deum admoneri

neri ueteris amicitiae : deinde pollicitationis patribus factæ. Et hodie quoque hac formula precandi utuntur Iudæi, sed Abraham, Isaac & Jacob nō inuocant. Quin quū diuos inuocamus nos irident, & plures nos deos habere dicunt. Solus deus est inuocandus : admonendus uero amicitiae erga suos, inquiūt Iudæi, quos suo fauore dignatus olim erat. Hæc non adfero ut Iudæorum authoritate nostra firmem, sed ut uideamus quid ipsi de primo præcepto sentiant: & quod hæc quæ ex Iudæorum scripturis pro errore suo confirmando pontificij adducent, nec apud erratēs Iudæos hunc sensum habeat.

Cogitabit hic forsan simplex aliquis, Ergo, tam 3. argumenta et si diui pro me nō orant, deum tamen illorum no- tum ex su- mine inuocare possum. Dicam ergo: Memineris peritoribus ortum.

mei ô domine propter Petrum, &c.

Respondeo, Nihil minus. In ueteri enim testamento, patres deo obiectant ut quibus facta erat pollicitatio, quæ pollicitatio aliud nihil fuit quam semen salutis Christus. Hic enim uera est & salutis promissio, in qua sub spe seruabantur à damnatione, & salutem assequebatur Christo adueniente. Plures enim præter hanc promissiones habuerunt, rerum nempe temporalium, sed quæ causa salutis non erant. Quoties ergo deum promissionis suæ, uel illius quæ de semine illo salutari, uel quæ de temporalibus facta fuit, admonere uoluerunt, semper patres obijciunt, quibus ex dilectione promissionem fecerat. Posteaquam uero Christus promissum salutis semen aduenit, non est opus iam ut deū

*X. 3.  
Plures pro-  
missiones:  
una salutis.*

neque promissionis neque testium quibus facta est promissio admoneamus. Nam gratia dei & salus, nempe Christus, ipse adest praestitus nobis & datus. Non est posthac nomen aliud, in quo deum adire possimus, propter quod deus det nobis quæ petimus, quam nomen Christi. Nec est aliud nomen sub celo in quo salutem asequamur.

Actotū 4.

Ex Iob 5,

Alium locū proferunt pontificij, ex capite 5. Iob. Ad aliquem sanctorum conuertere. An non audis, inquiunt, quenq; conuerti debere ad patronum ali- quem? Quando tandem discetis ô pontificij, inter sanctum & diuum esse differentiam? Sancti enim fideles sunt qui adhuc in carne, sed in fide uiuunt. Diui uero, qui hinc in æternam felicitatem migra- runt. Sed dicite queso, qui nam fuerint diui tem- pore Iobis, ad quos conuertere se homo posset. Quandoquidem ergo tunc tandem ad deum adi- tus reclusus est hominibus, quum Christus dux no- ster, & dormientium primitiæ triumphans præiit, cæcis hoc clarum esse potest, Iobem non mandare, ut ad aliquem diuorum conuertamur (quum illo- rum tum nullus esset apud deum) sed hoc sensu eum hoc dixisse (ut interim ueritatem discatis) que- mox ostendam.

Quum Iob in tota oratione sua cum amicis ul- tro ciroq; dispiciens, id disquirit cur deus immittat tribulationes hominibus, tandem huc deflectit, ut certa persuasione & experientia pronunciet, omnia fieri prouidentia dei, qui pro bona uoluntate sua omnia disponit & moderatur, pijs sape calamitatē

&amp;

& afflictionem immittens, ut eos probet & explose  
ret. Hoc uero præcipue contendit, mala non semper  
accidere ob peccata, idq; sui probans exemplo, quæ  
dominus in hanc calamitatem non propter perpe  
trata scelera, sed pro bona uoluntate sua coniecerit.  
Non admittunt hoc aduersarij, Eliphias in primis,  
sed conatur probare, nemini mala accidere nisi ob  
peccata, pœnam nulli infligi nisi ob culpam: docet  
nos omnes esse peccatores, neminem esse mundum Iob 4.  
in oculis dei, utcunq; hoc pauci agnoscant (Iobem  
interim occulte taxans, ut qui se quoq; peccatorem  
nondum agnoscat, sententiam et mentem Iobis nō  
intelligens) auferri ergo eos & succidi in ignoran  
tia sua. Hoc ut clarius fiat & manifestius, Iobem sic  
alloquitur: Voca aliquem, hoc est nomina aliquem. Iob 5.

Quasi dicat: Da mihi aliquæ qui calamitatē infictā  
peccatis suis non cōmeruerit, uerte te ad aliquæ qui  
sanctus sit. Germanice fortassis significantius hoc  
exprimimus, Rüffetwo einē / zeig mir etwo ein  
froßen reiten. Quasi dicat, Nemine nimirū ostendes: non enim iubentis, sed concedentis more loqui  
tur. Putat enim impossibile esse ut quenquam, eti  
am si maxime quæsierit, inueniat, qui aduersitatem  
peccatis suis non commereat. Hunc esse sensum præ  
dictorum uerborum præcedentia & sequentia satis  
ostendent, quin tota disputatio Iobis in hoc argu  
mento uersatur.

Porro ad ea quæ ex Baruch, qui extra canonē est, Ex Ba-Ary  
pontificij adducunt, non est quod multis responde  
am. Nō enim recipimus, nisi eos libros quos apud  
ruch. 3.

**Libri qui  
non sunt in  
Canone ue-  
terum pro-  
bant.**

ueteres ecclesiæ authoritas inter canonicos sanctos  
recenseret, adeo ut & Iudæi tales ex deo traditos & in  
spiratos agnoscant. Nihil ergo uerbis Baruch con-  
tra nos probabunt, quum in numero biblicorum,  
& sacrorum librorum non recenseatur. Quemadmo<sup>dum</sup> si iam regio aliqua aut prouincia ad fidem  
Christi conuerteretur, traderemus illis hominibus  
libros noui testamenti. Quod si successu temporis  
alios supponere, & pro sacris ac diuinis libris uen-  
dere uellent, mox proferremus canonicos, & ex ca-  
talogo illorum supposititios expungeremus. Sic ue-  
tus testamentum à Iudæis mutuo accepimus, recur-  
rendum ergo ad catalogum ueterem: si proferre alie-  
na pergit, & si externum depræhenderimus, non  
admittemus. Nihil enim contra nos pugnant, mul-  
to minus uincunt quæ foris accepta in exercitu sa-  
cram irrepserunt.

**Baruch 3.**

Scio tamen quem in sensum Baruch hoc loco lo-  
quatur, quum dicit: Domine omnipotens deus Isra-  
el, audi nunc orationem mortuorum Israel & filio-  
rum ipsorum, qui peccauerunt ante te, &c.

Ampliationem hoc orationis genus uocarunt.  
Valer autem tantum ac si diceret: Audi totum Israe-  
lem, ex quo quidam mortui sunt, quidam etiam nū  
hodie uiuunt. Qui mortui sunt, dum hic uiueret eti-  
am ad te pro peccatis suis orarunt, quorum preces  
apud te nondum in obliuionem uenerunt.

Hunc esse sensum, nempe quod Baruch in perso-  
na uiuorum & mortuorum gratiam precetur, ostendens  
id in uotis suis mortuis dum hic uiuerent, ne  
que

que huiusmodi uota deo excidisse, ex sequentibus uerbis deprehendes, statim enim sequitur: Noli me minisse iniquitatis patrum nostrorum, &c. Vides hic Baruch potius pro mortuis orare aut loco mortuorum, quos tu pro nobis orare contendis. Preces ergo seu orationes mortuorum hic pro istis orationibus intellige, quas pro communibus malis dum ad hoc uiueret fuderunt, qui iam mortui sunt, quæ malæ quandoquidem adhuc ablata non sunt, etiam nū hodie uiuentes continuis precibus uel pro mortuis deprecantur. Tam procul abest ut hoc loco intercessionem diuorum pro uiuis asserere possitis, ut faciliter probetis in ueteri testamento ad deum neminem uenisse, & hac causa uiuētes pro mortuis orare. Sed responsione nulla dignabor apocrypha.

Postremo loco ex psalmo ultimo quiddam de-  
promunt: Laudate dominū in sanctis eius. Hic qua-  
si certi de uictoria exclamant: Auditis inuocandos  
esse sanctos: Iterum ignorantiam uestram proditis.  
Sed donabo uobis interim sanctos pro diuis accipi  
posse, quid ergo consequetur quū Dauid dicit: Lau-  
date dominum in sanctis eius: An uobis tamū ua-  
let ac si dicerer: O sancti intercedite & orate pro no-  
bis: Sic plane omnium linguarum estis imperiti, ut  
idem sit uobis, Laudate in sanctis: &, Sancti orant.  
Cur non ex hisce uerbis expenditis deum esse lau-  
dandum, qui hominibus iustitiam & salutem præ-  
stat: Sed percipite quid Hebræi hic legant: Hallelu  
el bekadscho, quod sic uertit Hieronymus: Laudate Sanctum  
qui sit  
hoc loco:

σ. Exp. psal.  
150.

in sanctuario eius. Sanctum enim hic pro loco dei accipitur in quo sese prius ostendit. Locum uoco non quod deus circumscribatur, sed modum intelligo quo se deus reuelat. Sanctum ergo seu sanctuariū uocatur cœlum, thronus & sedes dei, eo quod præsentia aut domus dei propter sanctitatem suam cōmodius nominari non potest. Hoc uero à Iudeorū consuetudine tractum est, qui templum uocarunt sanctum aut sanctuarium, ut Paulus in epistola ad Hebræos uarijs in locis indicat.

Sensus ergo uerborum est, Laudate deum in sancto suo, id est laudate eum in cœlo, in sancto habitaculo suo, in throno suo. Quod & sequentia indicat, Hallelu birakio uero, Laudate eum in firmamento seu extensione uirtutis eius. Rakia extensionem sonat. Latinus firmamentum transtulit: cœlum autem intelligitur. Quod sicui placet per sanctum Christum intelligere qui etiam sanctus uocatur, non reprehendo, sed hunc sensum meo iudicio uerba non habent.

*Loci regno* Iam ex nouo testamēto alia tela proferunt, quod minus intercessionem diuorum serre potest, quam uetus. Nam Christus semen promissum iam uenit: lux uera adest: pignus salutis sedet ad dexteram dei.

*Ex Matthei 15.* Ex cap. 15. Matthi. adducunt Chananæam quæ profilia dæmoniaca supplicabat. Cui quum Christus nihil responderet, discipuli pro ea intercedebant. Hæc pontificij.

*Audis* Stoliditatem uestrā, ne dicam malitiā, non depingam proprijs coloribus, infiniti em̄ erit operis, sed respondebo

respondebo tamen. Primum, hic tantum de diuorū <sup>7</sup>  
intercessione loquimur, nihil ergo dixistis allegan-  
do apostolos adhuc uiuentes.

Nemo enim uerat eas fieri orationes quæ in mor-  
tali corpore existentes pro se mutuo fundunt. Secūdū <sup>2</sup>  
do, factum hoc quod hic adducitis magis cōtra uos  
pugnat: probat enim Christum discipulos non ex-  
audisse. Non enim liberauit filiam mulieris ad pre-  
ces discipulorū. Magis hoc exemplum docet, ut nos <sup>4</sup>  
ipſi certa fiducia deum adeamus, qui cor & fidē no-  
stram requirit. Non sanauit filiam donec ipsa mater <sup>6</sup>  
accederet. Simili responsione satisfacio his quæ de  
matre Iesu Maria adducunt, quum eum in Cana ro-  
garet ut uinum daret conuiuis.

Sed adhuc fortius pugnāt, sed ualde inepit. Diui <sup>8. Ab offi-</sup>  
proximi nostri sunt, inquiunt, proximi pro se mu- <sup>cio proxī-</sup>  
tuor orant, Diui ergo pro nobis orant. Quæ in scri- <sup>mī.</sup>  
pturis de proximo traduntur, ut quod eum quem-  
admodum nos diligamus, quod ei benefaciamus:  
de eo intelliguntur qui adhuc nobiscū in terris uer-  
satur, qui ijsdem calamitatibus & affectibus nobis  
scū est obnoxius. Nā tametsi diui fratres nostri sunt,  
& eiusdem corporis membra, non tamen membra  
sunt calamitosa, adeoq; non proximi. Nam proxī-  
mus Germanice ābēn, eum significat qui non infe-  
rior est nobis neq; superior, sed similis, quemadmo-  
dum creationis ratione oīnes similes sumus in hoc  
seculo. Diui supra nos sunt, apud deum sunt extra  
telorum iactum, extra omne periculum, extra oī-  
m̄nem miseriam. Hanc puto cauſam esse quār

Germani ex proximo fecerint, & bñnen menschen.

Quod uero quæ de proximo præcipiuntur, de uiue  
te adhuc nobiscum intelligenda sint, probo ex uer-

**Proximi  
sint, qui ui-  
uunt, nō de-  
fundi.**

bis domini Iesu Lucæ 10. Quum legisperitus inter-  
rogaret quis esset proximus suus, eleganti similitu-  
dine de eo qui incidit in latrones sumpta, proximū  
cognoscere docet. Nam et ipse legisperitus fateri co-  
gebatur Samaritam saucio fuisse proximum. Quæ  
responsio domino placuit, nam dominus dixit: Va-  
de, & tu quoq; sic facito. Quum de proximo sermo-  
fit, duos intelligamus necesse est, nemo enim sui ipsi-  
us est proximus: hoc sophistæ ex natura relatiuorū  
agnoscere coguntur. Ex doctrina Christi ergo hoc  
discimus, proximum nobis esse, quicunq; nostra e-  
get ope. Deinde, egenti proximus est, quicunq; opē  
fert. Quum iam dicis: Quid ergo si & ipse egeam?  
**Respondeo.** Tunc et tibi proximus est quo tu eges,  
qui si opem non fert, non minus legem dei trans-  
greditur quam sacerdos & leuita, quum sauciū ne-  
glicherent.

Ex his ergo iam patet quæ in scripturis de proxi-  
mo dicta sunt, ea intelligi debere de eo qui adhuc  
est malis obnoxius et nostra ope eget. Infirmitate  
fundamento argumentum hoc nobis à pontificis  
obiectum nititur. Diuī enim omnibus miserijs &  
molestijs liberi sunt, nec tanguntur aliquo malo,  
**Apoc. 21.** Nihil ergo nostri egent, quare præcepto p-  
ximi comprehendi nō possunt. Hoc responsum de-  
di, non in hoc ut putem omnibus contentiosis ad  
singula respondendum esse, quæ ex detorto & im-  
proprio

**Proximus  
quis.**

2

proprio scripturæ sensu probare conantur, sed ut ex  
acte discamus quis sit proximus. Deinde ad tollens  
dum quorundam simplicium errorē, qui diuis quo  
tidie orationes aliquot dominicas uouerunt. Qui  
iam ueritatem docti dicunt: Num fraudabo diuos  
oratione mea? Quasi uero battologia eorum diuis  
ad honorē & gaudiū quiddā addat. Preces tuæ non  
exhilarant diuos: nam si nostræ preces gaudium ad  
ferrent diuis, gaudium eorum non esset perfectum,  
sed mancum & egenum, quum peccatorum preci-  
bus augeri aut sarciri posset. Ad hęc oratio nostra ni  
hil aliud est, quām supplicatio quædam pro nostris  
miserijs & calamitatibus. An is te honorat qui sub-  
inde coram te adpareat, semper aliquid petens? Nec  
te moueat quod scriptum est angelos gaudium con-  
cipere de peccatore resipiscente, ad hoc enim propo-  
situm non seruit.

Postremo ex Apocalypsi duo tela proferunt. Al-  
terum est Apoc. 5. ubi sic scribitur: Quum accepisset <sup>9. Ex Apo-</sup>  
<sup>cal. 5.</sup> librum (agnus scilicet) quatuor animalia & uigili  
quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes  
singuli citharas & phialas aureas plenas odoramē-  
torum, quæ sunt precationes sanctorum, & canunt  
canticum nouum, &c.

Hic ouantes clamant pontificij: An non auditis  
hic diuos nostras preces offerre deo? ipsosq; pro no-  
bis orare? Respōdeo. An ergo angelis sunt facti post  
hanc uitam? Nam angelorū est nostras preces deo  
offerre ut & uos docetis. Angeli mittuntur in mihi  
sterium hominum: diui non mittuntur: angeli ergo

261

non sunt diui. Minor propositio pater quū contradic-  
um ex scripturis non possit probari. Angelos uero  
mitti, ut maior propositio habet, ex scriptura clarum  
est, Heb. 1. & alijs multis locis. Cōsequitur ergo ob-  
lationem uigintiquatuor seniorum non esse obla-  
tionem nostrarum precum, nisi uelitis per sanctos  
pios adhuc in terra uiuētes intelligere, sed sic nō so-  
letis, caderent enim hoc pacto multa argumenta  
quibus frustra contenditis.

Restat ergo uobis, ut uiginti quatuor senes, suas  
pro nobis orationes deo offerant, sed hunc sensum  
prædicta uerba nō habere iam probabo. Apocalyp-  
Apocalyp-  
sis ab Hie-  
ronymo nō  
recepta. sis liber teste Hieronymo inter canonicos libros  
à ueteribus non est numeratus. Præterea à nullo do-  
ctorum euangelistæ Ioanni, sed alij cuidam Ephe-  
siorum episcopo adscriptus. Possem ergo testimoni-  
nia citata (si uelim) rei scere, sed nihil est opus. Mane  
at suo loco Apocalyps, uerba uero adducta hunc  
sensum quem uos extorquere conamini nō habet.

1. Voluit Ioannes ille, quisquis tandem fuerit, obscu-  
ris uerbis redemptionem Christi adumbrare. Dein  
2. de doctrinā eius quā manifestauit nobis pater per  
ipsum: uocationem omnium Iudæorum & Gentium:  
gloriā et maiestatem Christi: gaudia beatorum,  
pœnas & signa quæ nobis à deo infligentur. Inter  
hæc ergo ineffabile illud gaudium diuorum, reue-  
rentemq; adorationem sub persona uigintiquatuor  
seniorū inducit, qui adorationem suā, uisibilibus si-  
gnis uasorū crystallinorum, quæ odoramentis ple-  
na erant, indicant, similitudine quadam ab uisibus  
humanis

Humanis accepta demonstrās, diuorum laudes tam  
gratas esse deo, quām nobis sint odoramenta. Hanc  
duorum adorationem (quam aliud nihil esse intel-  
ligo, quām lētam uultus dei contemplationem, in  
qua toti sunt absorpti) idem Ioannes quarto capite  
alia quadam figura expressit, nempe his uerbis : Et  
quū darent animalia illa gloriam & honorē & be-  
neditiōnem sedenti super thronum, uiuenti in se-  
cula seculorum, procidunt uigintiquatuor senio-  
res ante sedentem in throno, & adorant uiuentem  
in secula seculorum, & abiiciunt coronas suas ante  
thronum, dicentes: Dignus es domine accipere glo-  
riam. &c.

Diuors s. a.  
doratio  
quid.

Hic fit manifestum, Ioannem sub quadam simili-  
tudine ab aulis principum sumpta uoluisse adum-  
brare inenarrabile illud gaudiū, arctamq; cum deo  
diuorū familiaritatē. Humanus enim animus cœle-  
stia non capit, nisi terrenis quibusdam rebus adum-  
brata. Non sunt ergo in cœlo citharæ, aut phialæ,  
aut coronæ, aut huiusmodi res minutulæ & friuo-  
læ: uerum quandoquidem hæc apud nos in maxi-  
mis gaudijs adhibentur, occurrit hisce rebus nostræ  
imbecillitat̄ Ioannes, quodā modo diuorū gaudia  
& felicitatē nobis adumbrans, quā totā exprimere  
mortaliū nemo potest. Precationes ergo sanctorum  
hic nihil aliud sunt, quā adoratio illa uigintiqua-  
tuor seniorū qua deum in secula adorat̄. In summa  
enim tranquillitate securitate & pace, intuituq; uul-  
tus dei, amici dei perpetuo gaudet & lētantur, sum-  
maq; gratitudine laudes cantillant.

Deinde

*προσωπα*. Deinde *προσωπα* (qua uoce uitur hic Ioannes) Græcis, teste Suida, coniunctionem hominis cum Deo, aut confabulationem humanæ mentis cum deo significat, nos orationem aut precationem interpretamur.

Oratio ergo diuorum grata quædam & laetitia adoratio est, qua deum suspiciunt laudant & adorant, quod mox sequentia uerba declarant. Post precatio-nes enim sanctorum sequitur, Et canunt deo cantum nouum, dicentes: Dignus es accipere librum & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos per sanguinem tuum, etc. Proprijs & differtis uerbis explicat quæ sint precatio-nes sanctorū, nempe, laus & gratiarum actio quibus agnū Christum prosequuntur.

10. Ex A. poc. 8. Alter locus est in Apocalypsi s. cap. Sed nihil efficiens his uerbis pontificij, etiamsi probe essent interpretata, quā quod angeli dei nostras preces deo offerunt. Sanctos enim more suo hic quoque prodūit usurpat. Sensus ergo esset angelos diuorum preces deo offerre, ex quo sensu nouus quidam error intercepit. Nihil uero ipsis hic exprobro, interpres in culpa est, qui uoculam (de) jadiecit, quæ sensum totum corruptit. Dicit enim: Ut daret de orationibus sanctorum, &c. Græci si recte excutias (de) non habent. Verba sic exponi possunt: Et alius angelus uenit & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret ea precationibus sanctorum: mox, Et ascendit fumus incensorum cum (non de) precibus sanctorum ē manu angeli corā deo

deo, &c. Iterum à splendore aulici apparatus tracta similitudine deumbat laudes diuorū. Quum enim uigintiquatuor seniores sic adorarēt & grata quædam ac læta uota effunderent, angelus socia thura adiunxit. Deinde Aug. Homilia 5. in Apocalyp. ex angelo Christum facit, id docens, omnia uota nostra, omnes preces nostras deo offerri et gratias reddi per Christum, qui se pro nobis gratum & suauem odorem deo obtulerit.

Obseruent hic pīj errorem eorum qui diuorum intercessionem docent & tuentur: non solum autem errorem, sed & malitiam & dolum, qui scripturas diuinas pro libidine sua detorquere sunt ausi. Nec est quod quis metuat, etiamsi alia loca præter citata detorquere perrexerint, satis enim tuto erit scriptura, quam uel detorram uel diminutam proferūt. Hoc fundamentum solidum est, solum deum esse adorandum, solum deum esse inuocandum, in hunc unicū sperandum, quod nec satan conuellere potest.

Iam Hieronymū contra Vigilantium adducunt, patronum scilicet intercessionis diuorū, quem legi antequam contra diuorum intercessionem scribere proponerem. Sed non potuit me auocare Hieronymus quo minus scriberem, cui tamē tantum tribuo quantum aliorum nemini. Dogma illic proponit Hieronymus de ueritate diuina, quod scripturis firmare & probare oportuit: nihil enim hic potest uitæ sanctitas, nihil eruditio, nihil eloquentia. Fortissimum argumentū quo Hieronymus nititur tale est: Stephanus hic pro hostibus suis orauit, & postquā

*Ab auctoritate  
Hieronymi*

*Hieronymus  
arguit.*

cum Christo esse cœperit, preces eius minus ualebunt? Paulus apostolus ducentas septuagintas ex sibi dicit in nauis animas condonatas, & postquam resolutus esse cœperit cum Christo, tunc ora clausus est, & pro his qui in toto orbe ad suum euangelium crediderunt, mutare non poterit. Hactenus Hieronymi uerba recensuimus, quæ cum dogma habent de re tam certa & excellenti, scripturæ testimonia à Hieronymo requirimus. Nam quæ ipse adducit, de uiuorū intercessione sonant. Nihil ergo efficit Hieronymus eloquentia sua. Quid enim si in ipsius quis retorqueat: Paulus hic prædicauit, ergo & alibi in patria prædicar. Stephanus hic vehementer restitit Iudæis, & eos acris reprehensione increpauit, ergo idem illuc facit. Quæ de miraculis fabulatur, mox explodentur.

Sed et canonem suum & litaniam proferunt pontificij. De canone deo auspice mox scribam. De litanie hoc dico: Quid ad nos, quid uos sine scripturis fingatis & quoties ora pro nobis ingeminetis? Sed Lopus instituit litaniam. Quid ergo tametsi nec hoc constat. Sed donemus Lupum instituisse, quis ergo ante ora pro nobis peccatores cum deo reconciliauit? Litanias fortasse Lupus instituit, id est publicas totius ecclesiæ preces, sed non eas quibus uos utimini in contumeliam & contemptum Christi, in risum diuorum, & auocationem hominū à deo.

## Litania.

*22. Amiras  
cuffis.*

Miracula obijciunt quæ ad loca sanctorū fiunt. Sed ad hoc respondemus. Experientia ipsa docet signorum pleraq; esse fallacia atq; ijs imponi incauis

tis & simplicibus. Deinde ex signis hominum sanctitas probari haudquam potest, quod Christus ipse manifeste pronunciat Math. 7. Multi, inquit, dicet mihi in illo die: Domine domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum dæmonia elecimus, & per nomine tuum multas uirtutes prestitimus? Ac tum confitebor illis: Nunquam noui uos, discedite à me qui operamini iniquitatem. Virtus ergo miraculorum sanctitatem non arguit, sed uita Christiana, quæ nihil aliud est quam assidua & indefessa operatio boni & operum dei.

Rursus Math. 24. sic loquitur Christus: Exutgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi. Quomodo ergo sanctos dicemus quicquid signa ædunt? Iam diu regnabunt seductores isti et plures sunt futuri. Quid enim longo iam tempore aliud faciunt quam falsis miraculis pecuniam simplicium uenari? quid quam facta & mendacia euulgare? Loca quædam remotiora & procul dissita nominant, in quibus dum quædam nouam doctrinæ (sic Euangelium nominant) seminare sit orsus, mox conciderit. Sed hæc oīa finiunt. Gratia deo, quod mendacijs sese tuentur ueritate destituti: his artibus enim utuntur omnes perditii. Lucæ 9. de quodā legimus qui dæmonia eijsciebat, nec tamen Christū sequebatur. Quod si omnino certū habemus apud sepulchra eorū, qui p ueritate & gloria dei occubuerunt, miracula fieri uel facta esse, discamus ea nō martyribus, sed uirtuti diuinę adscribere.

Nam tametsi Christus Ioan. 14. dicit: Qui in me credit, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora ipsi faciet: tamen sensum aliū habere hæc uerba nō possunt quam quod deus miracula & signa operetur.

Miracula sunt, si uera sunt, uirtute Christi.

Proinde Mar. 16. sic loquitur Christus: In nomine meo dæmonia ejicient, hoc est in uirtute & potestate mea. Sic Petrus Act. 3. quū populus stupore ex miraculo percussus ad ipsum & Ioannem adcurreret, dicit: Quid miramini de uiri super hoc, aut nos quid intruemini, quasi nostra uirtute aut pietate effecerimus ut hic ambularet? Deus per fiduciam nominis Iesu, hunc quem uidetis & nostis consolidauit, & fides quæ per Iesum est, dedit ei integratatem istam, &c. Ex his Apostoli uerbis clarum fit, miracula non esse hominum sed dei, qui operatur ea per fideles homines in nomine Iesu. Primum ergo discimus, deum per Iesum Christum operari miracula. Deinde, secundum per Iesum Christum ad operationem signorum non esse hominis sed dei. Ex his omnibus consequitur, quoties fiunt miracula, nostro marre scire non possumus ex deo ne sint an ex satana. Quicunq; uero hæc discernit, uim hanc & gratiam habet a deo, non ex opinione humana quæ incerta est. Operari ergo miracula sanctitatem operantis non arguit, miracula enim a solo deo sunt. Humanæ imbecillitatis non est ut contra naturam operetur, nec creaturæ ut uires naturæ excedat, hoc soli deo creatori reseruatum est.

Hieronymi ergo contentio (pace eius hoc diximus) nihil probat, cuius scripta ut diligenter & magne

gno cum gaudio legi, ita non in omnibus iudiciū eius probo. Quin nullius mortalis dogma adprobauerit: aut qui scripturæ uerbis uim facit. Sed hoc etiam à sanctissimis uiris plerungz fieri nemo potest negare: quare mirandum nihil est, si uel sanctissimis non semper subscribimus. Sic nos sanctos & innocentes facit deus, ut interim tamen homines maneamus, erremus & peccemus. Hoc Paulus uerbo & facto docet: uerbo, Rom. 7. facto, quum Peter in faciem contradiceret.

Aliud argumentum pontificiorum, In charitate sunt diui, ergo pro nobis orant. Solidū & firmum non est, nego enim consequentiam. Aequas enim diuorum charitatem charitati eorum qui adhuc in terris hic ambulant, quod tibi non damus. Fundamentum huius argumenti collocant in dicto Pauli 1. Cor. 13. Charitas non excidet, id est (ut ipsi expoununt) nunquam cessabit. Sed Paulus ad hunc sensum loquitur: Charitas non excidet, id est, ubi charitas est illic non peccatur, man fast nit/ nusquam dūm. ociosa est charitas. Veruntamen illic loci eam charitatem duntaxat describit Paulus, quæ homines in hac uita existentes decet non diuos. Non fallit charitas, fallit autem argumentum.

## E P I L O G V S.

N O N celabo uos charissimi fratres, quo pacto in hanc sententiā uenerim, persuasusqz sim certissime, præter Christum nullo nobis mediatore opus esse. Ante annos nouē aut octō plus minus carmen

Eras. Rot. quoddam legi Erasmi Roterodami uiri doctissimi,  
Roderamus. in quo Christus cum hominibus expostulat, quæ  
tandem causa sit, quod stulti homines non omnia  
apud eum querant, quum tamen solus ipse fons  
sit omnis boni, seruator & benefactor, consolatio  
deniq; & thesaurus animi. Carmen est eruditum &  
elegantissimum. Quod cum legerem mox cogitau:  
Omnino sic est ut hic legis: Cur ergo pro auxilio  
ad creaturā adcurrimus? Tametsi uero & alia quæ  
dam Erasmi carmina quæ ad Mariam, Annam, &  
Michaelem ut patronos scripserat, legerem, non po  
tuerunt tamen me à præcepta sententia de Christo  
auellere. Hunc enim uidi unicum esse thesaurum  
pij pectoris, quin cœpi scriptis bibliorum factorum  
ueterumq; patrū diligētius intendere, certius quid  
dam ex his de diuorum intercessione uenaturus. In  
biblijs sacris plane nihil reperi. Apud quosdam ue  
terum de ea re inueni, apud alios nihil. Qui de di  
uorum intercessione affirmabant, parum me moue  
runt, inermes enim erant, & scripturarum testimonijs  
omnino destituti. Quod si aliquando ex arma  
mentarijs scripturarū tela proferebant, uidebā ea mi  
sere & temere detorra. Factū ergo est ut quo magis  
de dogmate illo scrutarer, hoc minus occurreret qd  
scripturis esset consentaneū: quin contra plura quæ  
pugnarent, ut decimonono articulo supra patuit.

Scripturæ quibus aduersarij nituntur, sensum huc  
non habent, quem ipsi exprimere conantur, id puto  
aliquādo omnibus creaturis manifestum fore. De  
niq; tota scriptura manifeste reclamat, quæ uerat ne  
aliò

aliò quām ad cretorem adcurramus, ne nobis quo  
quo modo deum effingamus, ne creatura nobis lo-  
co dei colatur & adoretur.

Et nos tantum aceruum habemus simulacrorum  
& idolorum in quibus diuos colimus, & patronos  
nobis præfigimus, ornamus præterea miris & ua-  
rijs modis. Alius panoplia armatus equo uehitur  
militi persimilis: alius turpissimo lenoni, mirum si  
non fœminæ adorantes ad deuotionē maximam  
inardescunt.

Diuarum imagines meretricio quodā cultu nit-  
dæ & fucatæ prostant, in hoc nimirū ut in Venerē  
uiros pelliciant. Mirū aut̄ quām nobis in ista religio-  
ne & diuino cultu placeamus, qui nihil est quā me-  
ra idololatria, quæ expressis uerbis scripturæ ueta-  
tur Deut. 5. Sed non adoramus simulacra. Cur ergo  
prostant? Imò scio multos ex simplicibus idola ado-  
rasse, antequam hæc uana esse docerentur.

Examinemus autem eorum uerba qui ante idola  
procubunt, & uideamus quid idolis tribuāt, quidq̄  
spei in eis ponant. Index enim animi sermo est. Sa-  
lutan, & sic loquuntur: Simulacrum hoc multā ha-  
bet gratiā. Deinde tanti æstimant simulacula ut aris  
imponant in eo loco ubi solus deus adorari & coli  
debet. Quod quidā qui idola tulerunt grauiter pu-  
niti sunt. Hæc inquam omnia satis arguunt, idola  
augusta fuisse, non solum in oculis, sed in cordibus  
multorū. O si nobis aliquando fortissimus aliquis  
Helias à deo mittat, qui idola ē medio tollat, qui ec-  
clesiā Christi hac abominatione expurget, ut te deū

Obiectio *Per misericordiam*  
Responsio.

nostrum solum colamus. Tu enim unicum es bonum in quo solo speramus & fidimus. Moses dicit Deu. 32. An non pater tuus est qui te possedit, qui te parauit, creauit & fecit? Turpe ergo est & insignis audacia ad alium confugere quam ad eum cuius ratione sumus, qui non minus nos diligit quam pater filios, non minus nos curat quam aquila pullos suos. Sub alas nos colligit & defendit ut gallina pullos suos. Non igitur metuere deum debemus ut tyrannum crudelem, non ut seuerum iudicem: nec in mente nobis ueniat pernitsiosa haec & falsa opinio quod non audeamus ad eum accedere, magis uero amamus, quam carnis pater, maiori quam fiducia adeundus.

**Deus quid** Hoc quoque hic discendum, deum esse cuiquam conuictum quo fidit. Deus enim certissimum bonum significat, immo fontem omnis boni. Didicerunt semper homines suam imbecillitatē talem esse quam majori ope opus habeat quam præstari possit ab homine: apud quemcunq; uero hanc quæ siuerunt, deus

**Avaritia i-** ipsi fuit. Hac ratione avaritiam idolatriam uocat **dololatria** Paulus, quod auari fiduciam suam in bona terrena collocauit. Quo ergo fidit homo, deus suus est. Si fidis diuo, deum ex diuo facis. Deus enim est a quo pendemus, cui fidimus, a quo speramus consequi quo caremus. Si in diuo fiduciā collocas, diuus deus tibi est. Idolum ergo ex diuo facis, & quod tribuis diuis, summo eis est dedecori, quumque maxime eos uis honorare, maxima iniuria & contumelia eos afficis.

Hanc

Hanc sententiam nostram de deo, proprietas Hebrew  
braicorum nominum dei confirmat. Nominant enim de  
um deum à uita, à virtute, à sapientia, ab auxilio, ab opulentia seu sufficientia, Sed his uolūt indicare eū solum deum esse qui omnibus uitam præstat & lar  
gitur: qui omnia potest, omnia nouit, omnia sarcit,  
& reficit, qui est thesaurus omnium bonorum, qui quidquid deest abunde sufficere potest.

Proinde is unicus deus inuocandus est: apud quē cunq; enim auxilium & præfidiū quæris, hunc pro deo habes, idq; re ipsa, ut cunq; ore aliud loquaris. Hoc docet expendere deus per os Mosis Deut. 32. Vi  
dete quod ego sim solus, & non sit alius deus prae  
ter me, id est præter me nullum est bonum à quo ple  
ne & perfecte bonum peri possit. Sic psal. 90. Audi  
popule mi, te enim contestabor. Israel si me audie  
ris, non erit in te deus recens, neq; adorabis deū alie  
num: hoc est, à nullo alio pendes, fiduciam in nul  
lum alium collocabis quam in me unicū. Soli deo summo bono fidendum, is enim solus corda nostra nouit: quomodo ergo diui preces nostras exaudire possunt, quum desyderia & uota nostra ignorant?

Immutabile enim est uerbum Salomonis 2. Pa  
ralip. 5. Tu solus nosti corda filiorum hominū. Tu solus, inquit, non ergo diui, nisi quantum eis reue  
lat deus. Quid uero eis reuelet, & an reuelet eis de nobis quidquam, ex scripturis probari non potest. Salomonis ergo dictum infirmat pontificiorū fun  
damentum quo intercessionem diuorum maxime suffultiunt. Dicunt enim nos non audere accedere

deum, opus ergo esse patronis, diuis nempe. Sed hic ex Salomone discimus diuos nihil de nobis scire. Quod si maxime de nobis aliquid scirent, suggere-  
retur hoc à deo.

Clarius hanc sententiam exprimit Esa. 63; sic cum  
deo colloquens: Attende de cœlo, & uide de habita-  
culo sancto tuo, & solio gloriæ tuæ, ubi est zelus tu-  
us & fortitudo tua, multitudo uiscerum tuorum &  
miserationū tuarū? Super me continuerunt se. Tu e-  
nī es pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Is-  
rael ignorauit nos. Adeste ô pontificij, siquidem for-  
tes estis, & Esaiam in subsidijs adgredimini. Solus  
mihi credite fortis est, qui audaciā uestram compe-  
scat, & uos in fugam uertat. Dicit Abrahamū & Is-  
rael nos nescire, ac si diceret: Inuocauimus te in no-  
mine patrum, attamen tu uerus es pater. Etiam si pa-  
tres nominauimus, factum propterea est, quod tibi  
grati fuerunt, sed de nobis nihil sciuerūt: nostri ergo  
gratia nihil opus erat eos nominare patres, nā si de  
nobis nihil sciunt, quomodo nobis auxiliarentur?  
Tu uerus es pater ad quē sine medio confugimus.  
Nam mox antea in persona dei dixerat: Populus  
meus est, filij non negantes. Iam mutat personam  
& dicit: Et factus est eis saluator. In omni tribulatio-  
ne eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius  
saluauit eos. In dilectione sua et in indulgentia sua  
ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cu-  
tis diebus seculi. In quibus uerbis paterna benefi-  
cia exponit, quæ semper ostendit eis deus: dignum  
ergo esse ut ad eum conuertantur, ut ipsum solum  
inuocent,

innocent, ut ad ipsum solum confugiant. Deus ergo est, quo extra hanc uitam homo nititur & fidit: quod si creaturis fidit, idololatra est, creaturæ enim <sup>I doloſatras.</sup> auxilium ferre non possunt.

Et si aliquando miracula & signa fiunt, non sunt creaturæ sed dei. Non ergo nitamur creaturis sed soli creatori. Miraculis, dum maxime uera sunt, hoc solum agit deus, ut indicet quanti eos æstimet, quāquis chari & grati sint, qui uerbo suo indubitate fide hærent. Et quū post mortē fiunt, ostendit deus quod secum sunt. Omnino unicus & solus deus est colendus & adorandus, huic uni fidamus. Adorare enim præcipue fidē & spem cōnorat ac includit. Hoc Græca dictio *προσκύνεσθαι* indicat. Si ergo unicum deū adoramus, huic uni fidimus.

Ad hunc ergo unicum deum configiamus, pater est ad quem tutò & summa fiducia accedere possumus. Quid negabit qui proprium filium pro nobis dedit, qui eum pignus fecit quod redimeret peccata nostra?

Porrò ipse nos uocat Matth. 11. Venite ad me, inquit omnes qui laboratis et onerati estis, ego reficiā uos. Ad se uocat, non dirigit nos ad patronos. Bonus est princeps, qui ipse morbos ouium suarum attingere & curare uult. Hanc ob causam ipse uenit, ouem per uitā suis humeris imponens, non alienis. In hoc tam alte se deiecit ut ipsum accedere auderemus. Miserias nostras & calamitates nouit antequā eum accedamus. Dicit præterea, Reficiam uos: non dicit, Oportet uos satisfacere pro peccatis

Miraculo-  
rum usus.

Adorare.  
*προσκύνεσθαι*

uestris. Nec dicit, Alij satisfaciēt pro uobis: sed, Ego reficiam. Cur ergo ad alium adcurremus? an non hoc esset liberalem eius gratiam & misericordiā cōtemnere? Illis si quis contradicat, prodit infidelitatē suam et ignorantiam. Rogabimus ergo deum, idq; ardentissime, ut magis magisq; lucem suam accendat, ut illustrentur corda hominū, trahanturq; in fiduciam unius ueritati. Hoc enim certum est, eū idololatram esse quicunq; relictō creatore ad creaturā conuertitur, neq; caret hoc periculo & maxima pœna. Tantum de hoc articulo.

## ARTICVLVS XXI.

*Quum mutuo pro nobis hic in terris oramus, in hoc facere debemus, quod per solū Christū omnia nobis dari confidamus.*

*Mutuo pro nobis orare debemus.*

**P**rima parte huius articuli ostenditur dignū esse decensq; ut alter hic pro altero oret. Nā quid quid est in scripturis de munia oratione, in hanc sententiam intelligi & interpretari debet. Neq; in tota scriptura (quantū ego memini) oratio diuis tribuitur, excepto libro Apocalypseos, ubi orationes pro laude & adoratione usurpat Ioannes, non pro petitione aut intercessione quemadmodum doceant pontificij.

**P**ræcepta Iam uero quod preces quas præscribit & docet de precib. ad uiuos ī Christus ad eos tantum pertineant qui adhuc in tērum perti- ris uiuunt, ex oratione dominica manifestum fiet, ment. nam huius orationis uerba, diuis nequaquam ad- commo-

commodari possunt. Quomodo enim dicerent, Veniat nobis regnum tuum: Remitte nobis debita nostra, & cæt. Rursus Matth. 18. dicit: Dico uobis, si duo consenserint super terram de omni re quamcunq[ue] petierint, fieri illis à patre meo qui in cœlis est. Super terram, inquit, quod eorum est qui adhuc in mortali corpore uiuunt. Quidquid ergo in scripturis sacris de oratione proditum est, miseris & calamitosis hominibus tribuitur. Merito iū pro se in uicem orant, quum alter alterius sit membrum, Rom. 12.

Iam obiiciunt quidam, Orationibus nihil est opus, quum omnia electione dei libera constant, is tribuit quæ uult quidquid tandem nos oremus. Repte, deus dat quæ uult, neq[ue] aliud nobis dat quām quod bonum nobis est & utile, Matth. 7. adhuc tamen uult rogari, & ad precandum monet, & quasi cogit. Petite, inquit, & dabitur uobis: quæritate & inuenietis: pulsate & aperietur uobis. Iuberit sine intermissione oremus, dum differt & non statim dat, quæ petimus. Quandoquidem uero pontificij, uerba Lucæ (Oportet semper orare, & nunquam defastigari) ad quæstum suum detorquent & abutuntur, nempe preces suas uendentes, tanquam ipsi aliorū negligentiam suis orationibus sarciant, cogor prolixius de oratione loqui. Oratio nihil aliud est, quam eleuatio mentis in deum. Probatur hoc ex scripturis. Moses 14. Exodi nihil sonabat, et tamen deus ad illum dicit: Quid clamas? Ex corde nimis clamat, corde enim cum deo colloquebatur, & pia quædam contentione expostulabat.

Orandum  
est, licet de  
us pro sua  
uoluntate a-  
gat omnia.

Lucæ II.  
18.

Oratio qd:

*¶ 1. Anna i. Reg. 1. in corde suo loquebatur, & deum inuocabat, & Heli nullam uocem audiebat.*

*Dicimus præterea hæc ex orationibus ueterum, in quibus uidemus aut laudem dei narrari, aut hominem tam familiariter cum deo colloqui, ut cum charissimo & pientissimo patre, aut utrumq; simul. Nihil illic de numero, ut falsissime murmuratores*

*Orationis causa.*

*nostri tradiderunt. Orare non est multa loqui, sed*

*deum laudare & colere, hoc enim ad fidē pertinet.*

*¶ 2. Deinde inuocatio est ex fiducia pro nostris necessitatibus. Sic me cape. Quū dicis: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuū. Hicrisus est & illusio, si deum patrem nominas, quem ut patrē non agnoscis & colis, si ei ut patri non fidis. Requiritur ergo in primis fides, ut firmiter credas eum patrē tuum esse. Quoties ergo fidē exercet homo, toties orat. Ut quū in corde suo meditatur & cogitat, deum esse creatorem omnium rerū, summū bonū ex quo*

*omnia bona: quū cogitat, nihil unquā promisit deus quod non summa fide prestiterit. Huic bono per-*

*petuo adhærebis, firmum est, stabile est, & solidum,*

*fallere non potest, &c. Hæc summa laus est quam deo tribuere possumus, dum eum certa fide summū bonum esse agnoscimus & confitemur, sic persuasi in cordibus nostris patrem eum esse, & nostrum patrem. Tum etiā uidemus nihil nos debere antiquius habere quam nomē suum, id est gloriam suam,*

*potentiam suam, laudem suam: hæc enim ab omnibus hominibus certatim celebrari debet. Iam sequitur quod pro nostris necessitatibus mendicamus.*

*Fides exercetur.*

*Brevis et  
narratio os-  
rationis do-  
minice.*

*Nomen.*

Veniat

Veniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua inter homines, ut sit apud cœlites. Oratio ergo esse non potest, ubi deo non in primis tribuimus quod est, ubi ad eum non ea fiducia adcurrimus qua solemus ad carnalem patrem.

Vbi hæc fiducia in corde est, multis uerbis iam nihil est opus, scit enim quibus egemus, antequam ad eum ueniamus, summam enim orationem fidei absoluimus. Hoc Christus ipse docet Matth. 6. Quum oratis, nolite multum loqui quod faciunt ethnici, sic enim putant se exaudiri: ne efficiamini illorum similes. Nouit enim pater uester quibus rebus opus sit uobis priusquam petatis ab illo. Sic autem orabitis: Pater noster qui es in cœlis, sanctifi-  
cetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, & cœ-  
tera.

Primum, à multiloquio hic absterreret, qui in Luca Multilo-  
sine intermissione orare iubet. Ex quo discimus, orationem in hoc non sitam esse quod multa uerba  
effundamus, nam Græcanica dictione Battologia hoc uerba  
hoc uerba euomimus. Battologia est, quū sine mente & spiritu  
ore tantum innumera uerba euomimus. Vbi sunt  
qui miriades psalmorum murmurant & pro merce  
de uendunt, hoc praetextu, ut profint emptoris? Quū Contra pre-  
tamen Christus Battologiā reiijciat & damnet, quū cum suarū  
oratio partim fidei sit signū, partim mendicitas quæ venditores  
dam pro nostra necessitate. Quis unquam mendici-  
tatem tanti aestimauit ut precio dignaretur? quis un-  
quam fidem suam uendidit? quis unquam pro alio  
credidit? Non ergo debet aestimari oratio, neque in

rationem poni ut premium. Quum ad aliquem potenterem & prædiuitatem quotidie curro, rogans ut praestos sit, ut mutuo det, ut patrocinetur, et quidquid mihi deest sarciat: an hoc tanti æstimare possum ut pro illo mihi quidquæ debeat? Minime, nihil enim quam mendico & peto. Cæterum sunt qui magnum se officium præstissem deo putant, quum tot & tot orationes dominicas anxie recensent, et dignum pro quo magnum præmium ipsis rependatur, qui preces suas huiusmodi uerbis exornant, & in theatrum producunt: Hodie centum orationes dominicas dominicas domino Iesu in suam passionem oraui, uerbo absit inuidia, &c. Iam obstringunt deum sibi ueluti debitorem, obtrudentes ei, & quasi exprobrantes opus suum, quasi iam totum cultum absoluerint, quasie magnū quiddā obrulerint, pro quo iure possint reposcere, aut in rationario peccatorum aliquid subducere & expungere, non secus orationes suas quam mercem aliquam obtrudentes, quas pio sua libidine æstimant & dignantur, & quidquid libet pro illis à deo reposcunt. Sed quid hoc aliud est quam scus & hypocrisis?

Christus posteaquam ad finem usq; perduxisset orationem quam apostolis prescribit, nō dixit, Toties aut toties ingeminate ista: sed magis contrariū, Ne sis multiloqui & battologi.

Nec ualebit quod hic obijciunt pontificij: Fiet (inquit) hoc pacto ut ab orando auocemur. Nā nos ab oratione neminem absterreremus, sed recte & rite orare docemus, corde scilicet non ore tantum.

Quæ

Quæ ex corde & spiritu fit oratio, uera est: quæ ore Ioan. 4. tantum, illusio dei. Matth. 15. Esa. 29. Hic populus labijs me colit, cor autem eorum longe est à me.

Sine ut excutiam paulò accuratius & penitus preces tuas. Quum ad hunc montem uentum erat (remitte nobis debita nostra, ut nos remittimus debitoribus nostris) quid agebas quæso? Si tibi quod milii cōtigit, coactus es terga uertere & retrocedere. Remitte nobis debita &c.  
 Quoties enim huc uenirem hanc pacis conditio-  
 nem ferre non potui, quin maius aliquid cupiens,  
 ne quemadmodum ego proximis ipse mihi igno-  
 sceret, tametsi quod uerbo suo doceret & quū & per-  
 fectum esse agnoscerem. Post longam examinatio-  
 nem an ex animo & uere proximo remissem, sem-  
 per inueniebam gratia dei cor lætum & facile. Tan-  
 dem id in animum ueniebat, ut cogitarem: Si tu nō  
 charior es es deo, quam tibi sit hostis tuus, recte læ-  
 tari non posses. Sentiebam ergo abundantiorem  
 me à deo poscere ignoscentiam, maiorem charita-  
 tem, quam ego præstare possem his qui me læserāt.  
 Quid ergo? Post multam tum ad cusationē tum ex-  
 cusationem conscientiæ meæ miseræ, cum pudore  
 cogebat discedere uictus & captiuus, in solam mi-  
 sericordiam dei me conisciens, & hisce uerbis ue-  
 niam deprecans, Domine non auſsim hanc appo-  
 nere conditionem ut nō secus mihi remittas quam  
 ego proximo: uictus sum ô domine, ignoscito ô do-  
 mine, ignoscito secūdum magnam misericordiam  
 tuam. Porro hæc omnia quæ dixi tantum require-  
 bant & eximebāt mihi tempus, ut orando omnino

fessus redderer, neq; superercent iam mihi uerba que effutirem, sed zelus quidā & summa anxietas, quū tam nudus starem coram deo & impotens, ad eam orationem quam deus ipse præscripsérat.

Hoc idem usu uenire puto omnibus, qui se fortis alioqui et spiritales esse existimant, quoties hunc montem ascendere adgrediuntur: experiantur uires suas hac unica petitione, & sentient quām impares fint, quamq; nihil omnino possint. Sentio ergo nullam unquam fuisse orationem quæ fidem hominis tam exacte exploreat atq; probet quām orationem dominicam. Nullus enim tam est tranquillo, pacifico ac miti animo, qui nō ab ista prece (remitte nobis debita nostra quemadmodū nos remittimus) resilire & ad merā misericordiā dei confugere cogatur. Atq; hæc uera est oratio sese nosse, & post agnitionem infirmitatis sese ante thronū gratiæ deiijcere.

His expensis, quis tam audax & rerum suarum prodigus, suas preces mihi locabit, quum sibi nullus sit satis: quum in sese desperet quisq; quid alterius uendet miser?

**Oratio non  
est meritū,  
sed mendicitas.**

Ex prædictis consequitur orationem neq; mercem esse neq; meritum, sed mēdicitatem quandam, qua ægestatem nostram & necessitatem deo propomimus & opem petimus, ortam ex certa persuasione qua deum summū bonum esse credimus, quod possit nobis omnia quæ desunt sarcire. Non ergo æstimari debet oratio, aut premium aliquod pro ea reposci, inuocatio tantum est ex intima fide. Dat enim deus quod suam gratiam decet, & quod sibi placet.

placet. Orationes ergo uenales quæ pro mercede locantur, nihil aliud sunt quām hypocrisis saginata huiusmodi orationibus. Nam si hypocritæ isti sese nouissent, non locassent suas preces alijs. Agnouissent enim omnes homines esse fratres & membra: anxi ergo fuissent non tam pro se quām pro alijs. Quum uero preces suas uendiderunt, uehementer peccauerūt. Primum quod hypocritæ fuerunt. Deinde quod pro hac hypocrisi ab hominibus pecuniam receperunt. Christus ad Samaritudem dicit, Ioan. 4. Venit hora & nunc est, quando ueri adoratores patrem adorabunt in spiritu & ueritate: tales enim adoratores quærunt pater. Deus est spiritus, & Orat<sup>ga</sup>, eos qui adorant eum, spiritu & ueritate oportet adorare. Sola hæc uerba docēt quid sit uere orare, nempe spiritu, id est mente deum inuocare: idq; uere nō fīcte, non solo ore aut extero gestu clamare, Do<sup>m</sup>ine domine, sed uere, ut cor nostrū in solum deū respiciat & fidat, ut homo sese non excuset, sed indignitatem et foeditatem suam agnoscat & fateatur, nihil dissimulans, nihil extenuans, simulq; certa fiducia ueniam & remissionem sperans. Talem orationem in spiritu & ueritate factam à nobis requirit deus.

Oratio ergo nihil aliud est quām firma & affida hæsio mentis in deo, assiduus ad cursus ad deū in ueritate, ut eum unicum & uerum bonum agnoscamus, quod solum opem ferre possit, à quo quicquid perierimus certi simus quod impetreremus.

Cadūt hic murmura et boatus tēplorū, colloquiū

enim mentis cum deo silentium & secretum expos-  
tulat ac amat. Quod Christus sciens , cubiculum  
definit in quo patrem cœlestem clauso post se ostio  
alloqui iubet. Mera hypocrisis est clamor iste fre-  
quens qui in templis reboat. Deinde discimus assi-  
duitatem orationis quæ Luc. 18. à domino præscri-  
bitur , non de uocali oratione intelligendam esse,  
nec de uerborum multiloquio, sed quod omnis ne-  
cessitas sine cunctatione & intermissione deo pro-  
poni debet. Quod si aliquando postulata differt &  
non statim præstat, docet Christus parabola de ini-  
quo iudice , nihilominus sine intermissione adcur-  
rendum esse ad dominū, non cum multitudine uer-  
borum sed cum indubitata fide: ut ipse mox sese ex-  
ponens subdit, *Quum autem uenerit filius hominis*  
*num reperturus est fidem in terris?* Huiusmodi uer-  
bis innuens, nō omnium hominum fidem tantam  
esse tamq; solidam ac firmam, ut indubitato ad eum  
adcurrant. Iam si cordis deuotionem & affectum  
uerba oris comitantur, nemo reprehendit, sed sine  
corde uana sunt uerba. Si diu corde simul & ore  
orare potes , age gratias deo. Neq; enim usq; adeo  
commune est & frequens, ut deuotio cum uerborū  
multitudine diu dureret, in ueritate autē spiritus pos-  
sibile est hominem in deuotione diu perseverare:  
nempe, quoties gloriam dei recogitat, quum gra-  
tias agit pro beneficijs, quum necessitates corporis  
& animi recte expendit, quum se totum abiicit, &  
misericordiæ dei committit, quum quotidie nouis  
conauibus resurgit, nouā uitam subinde meditans.

Sic

Sic inquam in oratione diu durare potest homo,  
orat enim spiritu dum sic orat: at cum uerborū mul-  
tiloquio deuotio nō diu manet. Eodem modo alia  
quocq; uerba quæ in Paulo sunt & alijs de assidui-  
tate orationis intelligi debent. Orare sine intermis-  
sione & assidue, nihil aliud est quām uera & indu-  
bitata fide assidue ad unicum deum adecurrere pro  
auxilio & consilio proq; omni quod nobis deest.  
Sic agricola stiua[m] tenens orare potest quum opus  
suum cum fide agit, & labore[m] patienter fert, deum  
pro incremento seminis orat, quū s̄æpe cogitat præ-  
sentem uitam esse momentaneā, & nihil quām mi-  
seriam & calamitatem, expectans alibi requiem &  
pacem. Hæc inquam animo uoluens semper orat  
etiamsi labia nunquam mouerit. Sic faber ferrarius  
ad incudem, dum in omnibus deum suspicit, om-  
nia facta sua in deum certa fide coniiciens.

Altera pars huius articuli hæc docet, ut credamus  
per Christum omnia nobis dari. Certa persuasione  
animum nostrum firmemus omnes necessitates no-  
stras per Christum nobis sarciri. Per Christum om-  
nia dat pater, nos enī indigni sumus propter quos  
deus det, sed propter filium omnia largitur, Ioā. 18.  
Amen amen dico uobis: Quidquid petieritis pa-  
trem in nomine meo, dabit uobis. Petere ergo in <sup>in nomine</sup>  
nomine Iesu debemus. Iterum dicit Ioan. 14. Quid-  
quid petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glo-  
rificetur pater per filium. In nullo alio nomine do-  
cet orare: in nullo alio promittit se daturum: non  
enim est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat

saluos fieri, Acto. 4. Potentiam deinde filij audis eandem esse cum potentia patris , dicit enim : Hoc faciam. Et simul omnia potest, sibi ergo & suo nomine fidere docet. Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit deus , sed pro nobis omnibus tradidit illum : quomodo non omnia cum illo nobis donabit? Absurdum putat apostolus uel opinari deo quod non omnia daret nobis in filio.

Petrus in epistola sua priori cap. 2. docet sacrificia nostra grata deo esse per Christum : quæ quidē sacrificia nobis spiritualia sunt, per fidem nempe mentes nostras toras deo consecrare, ut ex uersibus Petri eodem in loco , si præcedentia cum sequentibus rite conferantur, colligi potest. Quandoquidē uero omnia in nomine Christi dare uult deus , ut ex uestigimo articulo probatū est, consequens est ut omnia in nomine eius petamus. Hoc si fecerimus, Christiani sumus. Gloriosior est Christus , quām ut nomen eius portemus, dummodo non tota fiducia ei hæremus. Hactenus de hoc articulo, qui & huc seruit ut omnem idolatriam in creaturas abiciamus. Nam quandoquidem in solo Christi nomine petere nos conuenit, & nemo nisi per nomen eius imperat, uanū est, imō idolatria, si ad ullam creaturarum conuertamur.

## ARTICVLVS XXII.

*Christus est nostra iustitia. Hinc consequitur opera nostra etenim esse bona, quatenus sunt Christi: quatenus uero nostra, non esse uere bona.*

**P**rima pars huius articuli ad præcedentia de diuorum adoratione pertinet. Nā si Christus est nostra iustitia, ut uere est, omnium fidelium quā unquam ad deum uenerunt iustitia fuit, futurus denique omnium iustitia qui ad deum sunt uenturi unquam. Occasio deinde & quasi ansa data est ad sequentes articulos, in quibus de operibus fit mentione.

Christum esse nostram iustitiam, Paulus docet 1. Christus Corint. 1. Christus (inquit) factus est nobis à deo sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio seu premium pro nostra redemptione. Ut darius ista intelligamus, utile erit superiora quae de lege & euangelio diximus reuocare in memoriam. Deus æternum est unicum & immutabile bonum, ex quo omnia bona fluunt. Oportet ergo uoluntatem eius fontem esse æternum iusti & boni. Ex quo deinde sequitur, quod quidquid deus nobis reuelat & præscribit, necessario iustū esse & bonum. Ex hoc enim fonte, ex hac arbore, nil nisi bonū promanat, nō nisi fructus boni nascitur. Lex ergo quandoquidem à Deo est, bona est: idq; perpetuo nisi à Deo aboleatur. Qui cunq; ergo facit quod lex iubet, iuste & benefacit: facit enim quod uult deus. Quicquid deus uult, bonū est. Qui autem faciant quod lex iubet, iam differo, sequetur enim mox. Ex quo consequitur, ea quae in lege ad tempus duntaxat præcepta fuerunt, bona non fuisse, figuræ enim duntaxat fuerunt crasso populo pro tempore concessæ. Quū ceremonias dico fuisse bonas, intelligo ut leges, bona uero quatenus

Lex bona  
est.

Ceremonie  
legales nō  
sunt bonæ.

omnes creaturæ sunt bona. Lex uero tunc bona est, quum eos qui sub lege sunt & qui legē seruant per ficit, & bonos reddit. Hoc pacto ceremoniæ nō fuerunt bona, nam hi qui eas seruarunt, neq; primam neq; alteram legem præstiterūt, adeoq; deo nihilo si miliores facti. Deinde populo datæ sunt in pœnam incredulitatis suæ. Lege Ezech. 20. & inuenies.

Quum ergo hæc ex uoluntate dei (quæ regula est iusti & boni) non sic prodierunt, ut æternum durarent (ipse enim eas aboleuit) bona non fuerunt eo modo quo lex est bona. Nā si eo modo fuissent bona, aboli ei nunquam potuissent. Per Esaiam quoque eas reiçit dominus, Esa. 1.

Hæc in hunc usum inserui, ne simplices sub bonis legibus eas comprehendant, quæ tum in pœnâ dunitaxat datæ erant. Præterea ne à pontificijs ad eas se cogere patiantur. Nam ex Esaia & Ezechiele discimus eas non eo modo bonas, quo leges bona sunt, fuisse, neq; opera eorum bona. Rursus iam redimus ad eum qui bona operatur, quum iuxta præscriptum legis facit. Nemo eorum qui ex Adam natis sunt bonum facit, Psal. 13. Nullus ergo facit quod lex iubet. Nam si faceret quæ lex iubet, bonum faceret: nihil enim præcipit lex quam sanctum, bonum & iustum: sancta enim est lex, bona, & iusta. Ro. 7. Sed quare? quod index est uoluntatis diuinæ: discimus enim in uerbo legis, quæ deus uelit, quid requiriat. Commodius ergo euangelium diceretur quam lex. Quomodo enim non magno gaudio afficeret & exhilararet eū qui in humanis tenebris & ignorantijs

rantijs seder, quum deus ei suam uoluntatem mani festaret? An ergo euangelium non esset, quum eidē uoluntas dei innotesceret? Affirmabis puto, nisima lis ueritatem supprimere. Magnum quiddam putares & bene tecum actū, si terrenus aliquis princeps stulta sua consilia suamq; uoluntatem tibi expone-ret. Hanc ob causam in superioribus dixi legem pio euangelion esse. Quod uero lex, quæ sancta, bona, & iusta est, nobis non aridet, nos non exhilarat, nō alacres reddit: non hinc est, quod lex in se & ex sua natura id habeat quod premat aut terreat, sed hoc ex carne nostra est. Optarim ergo ut quidam, qui nostra tempestate scribunt legis officiū esse ut nos terreat & in desperationem adigat, odium erga deum generet, clarius & magis proprie id exponerent & circumspectius loquerentur. Nam desperation non uenit ex operatione legis, sed infirmitate carnis, quæ legis perfectionem nō assequitur. Hinc odiū aduersus legem. Hoc enim impotentiae proprium est odire se quod assequi nequeat, & quod præcellere uidet. Hoc Paulus diserte expressit Rom. 7. Scimus quod lex spiritualis est, ego autē carnalis uenundatus sub peccatum. Quare lex spiritualis est: quia bona sancta & iusta uoluntas dei est. Spiritus enim sanctus & diuinus, nihil aliud est quam summum iustissimum & sanctissimum bonum. Nos legem uocamus, quod à Mose doctrina seu directio uocatur. Thorah enim, quod nos legē uertimus, à Iarah descendit, quod dirigete significat, ducere, docere, eo quod lex à deo data nos uoluntatem dei docet, &

Lex pio e-  
uangelium  
est.

Desperatio  
non ex lege  
uenit.

Lex unde  
dicitur sp̄  
ritualis.  
Spiritus  
quid.

in ea nos dicit ac dirigit. Iudica autem an non equi  
us euangelium quam lex dicatur. Hæc ad claritatē  
dico, nō quod uelim nomina legis & euangeliū cō-  
fundi, & sic utrumq; obscurari. Quid enim magis  
mentem hominis exhilarare potest, quid magis læ-  
tum & iucundum annunciarī, quam dum uo-  
luntatem suam deus homini prodit? sed legem pro-  
pterea uocamus quod sub hac caro nostra gemit &  
impatiens est. Nihilominus lex in se spiritualis est  
& iusta, quā nullus hominum prestare potest, nisi is  
qui spiritualis est factus. Exemplis rem istam ob-  
culos ponemus. Non concupisces rem alterius, præ-  
ceptum est, imò pura dei uoluntas, doctrina rudis et  
imperiti hominis, in qua docetur non solum iniu-  
stum esse dum quis alteri sua rapit, (Nam hoc nō so-  
lum deū, sed & homines ad uindictā prouocat) sed  
etiam si duntaxat cōcupiscit. Hic obiter obserua dif-  
ferentiam inter diuinam & humanam legē. (Inte-  
rim enim cum multitudine sic loquar) Humanæ le-

**Differentia legum Dei & hominū.** ges tum tandem puniunt, quū iniuria factō perpe-  
trata est: ut quū quis alteri sua rapit aut alium bonis  
suis iniuste spoliat: affectum & concupiscentiā non  
punit, quæ ab hominibus cognosci non possunt.  
Abstrudunt enim se & latitant in penetralibus falla-  
cis & dolosi cordis, ut à nullo cognosci possint. Pœ-  
nam ergo corā hominibus effugiunt Deus aut, qui  
perscrutator est omniū cordiū, nouit illa, punit ergo  
quum ad regulā suæ uoluntatis nō fuerint directa  
et aptata. Ut ergo animus hominis uoluntatē dei co-  
gnoscat, opus est ut hoc à solo deo ei reuelet. Is ergo  
dicit:

dicit: Non contentus ero humana iustitia, quū me tu duntaxat pœnæ aut pudore deterriti flagitium pàlām non designatis, interim tamē cor uestrum concupiscentijs & affectibus impurum est, ex quo consequitur quod iustitia uestra nihil aliud est quam hypocrisis: si enim auderetis impune, si liceret, committeretis flagitia, quorum concupiscentia intus in uobis regnat.

Ego hypocrita non sum, sed re ipsa purus bonus & iustus: sic à uobis quoq; requiro, ut ex corde sitis puri & innocentes. Non ergo satis mihi est etiam si nemini sua rapiatis, si adulterium opere non designatis, cor enim uestrum patraret talia, si non alia magis quam me metueretis. Volo ut iusti sitis in oculis meis, si quidem mecum habitare & perpetuo esse uultis. Ego intus corda intueor & perspicio, uolo ergo ne quisquam alterius uel res uel uxorem cupiat. Hoc præceptio reliqua omnia comprehendes & intelliges.

Hic iam uide an non lex spiritualis sit? Nam omnino nihil cōcupiscere, res pura bona & iusta & plane spiritualis est, quam nemo unquam præstare poterit, nisi sit spiritualis, hoc est, apud quem caro nihil potest, nihil concupiscit: quod nulli, donec in hoc mortali corpore hic in mundo uiuit, contingere potest. Quidquid enim in mundo est, sine affectibus et concupiscentijs esse non potest. 1. Ioan. 2.

Posteaquam iam didicimus quur lex dicatur & sit spiritualis, nempe, quod nobis formam & regulam diuinæ voluntatis præscribit, facile colligitur,

quae nobis sit iniusa, nēpe ob id, quod carnales su-  
**Sub pecca-** mus, & sub peccatum uenundati. Quid est sub pec-  
**tum uenun-** datum uenundatum esse? peccati seruū esse, sub pec-  
**datum esse.** cati lege et potestate uiuere. Hoc à morbo uenit quē  
 in nos transfudit Adam. Quum ergo aliud nihil su-  
 mus quam caro, quum natura mali simus, Gen. s.,  
 consequitur, quod odiū aduersus legem dei ex car-  
 ne nascitur. Lex enim bona est, iusta, & spiritualis,  
 eam puritatem & sanctitatem à nobis exigens, quā  
 deus uult & flagitat. Dilucidius ergo & modestius  
 Paulus olim huiusmodi enallagis usus est, quam  
 utantur quidam magni nominis hac tempestate. In  
 Romanis diligenter cauet quum dicit: Lex iram o-  
 peratur, &cæt. ut mox se se corrigat, legem pro sua  
 sanctitate prædicans, spiritualem et bonam eam uo-  
 cando, ne scilicet legem exosam faciat, si damnatio-  
 nem aut mortem illi tribueret. Huiusmodi enim lo-

**Lex dam-** cutiones, Lex damnat, Lex iram operatur, &c. nō ali-  
**nat quomo-** ter sunt intelligenda, quam si quis deformium ho-  
**do intellige-** minum coœtui lucernam inferat, atq; illi dicant: Ne  
**dam.** importato lucernam, ea enim nos omnes deformes  
 reddet. Hic certe lux deformes facere nequit, sed spē  
 etabilem reddit deformitatem. Sic non magis dam-  
 nat hic lex quam isthic lux, sed proditur ad legē hu-  
 mana fœditas. Lex ergo lux est. Si lux est, iā dei mēs  
 est & uoluntas. Lex ergo purum illud ostendit &  
 præscribit quod à nobis requirit spiritus dei, ut con-  
 siderata & per pensa nostra imbecillitate quod tan-  
 ta del pro tam perfectionem & puritatem assequi & præstare  
 vindicta &  
 non possumus, ira & vindicta dei nos dignos iu-  
 poena quā  
 infligit.  
 dicemus,

dicemus, & nos agnoscamus tales quibus æterna  
pœna merito debeatur. Neque hanc iram id est uin-  
dictam dei operatur lex, sed morbus noster, pecca-  
tum scilicet, cuius fomentum corpus est. Quandiu  
enim corpus durat, tandiu durat peccatum, quare ex-  
clamat Paulus: *Quis me miserum liberabit à corpo-  
re huius mortis?*

Quum igitur in hac angustia desperatione et im-  
becillitate constitutis, gratiam suam nobis exhibet  
deus, mittens aliquem qui pro nobis legem imple-  
re potest, nempe Iesum Christum innocentem & iu-  
stum, qui affectus carnis non habet (nam sub pecca-  
tum non est uenundatus, quemadmodum nos, sed  
pro nostris peccatis est uenditus ut ea redimeret) im-  
pletur uoluntas dei per unicum illum quem pecca-  
tum omnino non tangit. *Quisquis enim à peccato*  
*tangitur, legem implere non potest: nam ubi pecca-*  
*tum est (id est morbus genitalis ab Adam) ibi est &*  
*concupiscentia & affectus. Vbi affectus carnis sunt,*  
*ibi legem dei puram & spiritualem nempe uolun-*  
*tatem dei implere non possumus.* Huiusmodi mor-  
bi nō sunt in Christo, ipse ergo solus in uita sua uo-  
luntatem dei implere potest & legi satis facere. Qua-  
tenus ergo pœnas peccatorum famem, sitiim, frigus,  
restum, egestatem, metum, dolorem, &c. quæ nobis  
ob peccarum ex Adam transfusum adhærent, in se  
suscepit, & ad satisfaciendum diuinæ iustitiae in om-  
ni innocentia pro nostra culpa Christus mortuus  
est, deo nos recōciliat. Voluntatem enim dei quam  
nulla creatura præstare potest, ipse solus præstitit:

**Ela. 63.** Torcular calcaui solus. Frater noster factus est Christus iuxta humanam naturam, & quum ipse solus uoluntatem dei impleuit, nostra iustitia est per quam nos deum adimus. Nulla lex est uel minutissima per quam seruari possemus, nam ubi concupiscentia est & affectus, ibi est peccatum, nam concupiscentia est ex morbo peccati.

**Evangeliū  
quid.**

Hæc gratuita redemptio per Christum filium dei Euangeliū nominatur, et sic ego quoq; nomino: tametsi hæc dictio Euangeliū non tam late patet, ut possit totum hoc negocium comprehendere. Si significat enim lætum faustum & bonum nuncium. Adhuc non definit & explicat hæc uox de quo nūcio hic fiat sermo. Hoc autē nuncium in se est, quod Christus filius dei nobis seruator in mundum natus sit. Luc. 2. Hodie uobis natus est seruator. Si noster est, nostra ergo iustitia est. Iā facile intelligit quis que quæ ex Paulo ab initio huius articuli dicta sunt, nempe Christum esse nostram iustitiam. Item ibidē dicitur, Christus est nostra sapientia, eius ergo solius uia nobis imitanda, nō quæramus nouas & proprias vias. Iustitia nostra est, ad deum nemo uenire potest qui non est iustus. Iustus nullus hominū ex se esse potest. Christus uero iustus est, & est caput nostrum, nos eius membra. Veniunt ergo membra ad deum per capitum iustitiam. Deinde factus est nobis sanctificatio, nam proprio sanguine nos sanctifica uit. Postremo factus est redemptio aut preciuū quod ad redimendum datur: nam à lege, à diabolo, à peccato nos redemit. Hic autem dicam quo pacto per Christum

**Christus est  
sapientia.**

**Iustitia.**

**Sanctifica-  
tio.**

**Redemptio**

Christum à lege simus liberati. Lex ostendit nobis puram & sanctam uoluntatem dei, in qua, quatenus fideles sumus, puritatem & sanctitatem diuinę uoluntatis clare cernimus. Sed simul uidemus nos uoluntatē dei præstare nō posse, nam nullus unquam fuit iustus, ut uoluntatem dei plene præstiterit. Videmus ergo, quod ad deū uenire nobis fit impossibile, nō enim possumus implere uoluntatē dei. Sic damnat nos lex, hoc est discimus clare ex lege, quod ad deū uenire non possumus, & quod ob id merito damnamur. Christus ergo à damnatione legis absoluit & liberat. Quū enim intuita legis perfectio-  
ne & nostra imbecillitate desperamus, quod scilicet legē omnino præstare non possumus: ex altera parte Christū pignus certissimum salutis nostræ intues-  
mur. Nam tametsi omnes nos simus peccatores &  
iniusti, ipse tamē nostra est iustitia, neq; lex nos am-  
plius damnare potest. Sic ergo liberati sumus à le-  
ge, non quod nō præstare debeamus quæ deus præ-  
cipit, magis em̄ magisq; in amore dei accendimur <sup>Quomodo</sup>  
& in ardescimus, quum tantam eius gratiam & mi-  
sericordiam agnoscimus. Quo maior est charitas,  
hoc plus operamur quæ deus uult. Nec est q; quis  
cessationem à bonis operibus meruat. Quisquis ea-  
nim credit Christum suam esse salutem, à deo est il-  
lustratus. Pone ergo curas istas uanas. Vbi Deus  
est, ibi est continua & indefessa omnium bonorum  
operatio.

Qui causantur ex gratia dei (quum hæc sola præ-  
dicai) homines fieri negligētores et dissolutiores,

non intelligunt, tam abest ut habeant fidem. Nam si fidem haberent, sentirent in se & experiretur bonus quod deus præcipit eis nunquam charius, nunquam gratius fuisse, peccatum quod deus yetat nunquam magis inuisum quam posteaquam Christum didicissent. Sic à lege liberatus est pius, ut damnationem legis posthac nihil formidet. Deinde sola ea opera obseruat, quæ deus sic præcipit ut perpetuo præstentur & durent.

**Ceremonias non curas fidelis.** Ceremonias & omnia externa, quæ in poenam peccatorum & ad tempus duntaxat data sunt, lusus quosdam pueriles ducit: multo minus pontificias ceremonias curat, scit enim eas in novo testamento à deo non esse præceptas. Nam Christus nos nō solum à poenis peccatorum (inter quas ceremoniaæ veterum recensentur) sed etiam ab ipso peccato liberavit & redemit. Adhuc tamen præcepta legis ipsius stant & durant perpetuo, nihil enim sunt quam forma & regula uoluntatis suæ. Sed præcepta legis ex dilectione seruat pius, impius ea odit. Fidelis ea prestat non ex uirtute sua, sed charitatem in eo operatur deus, consilium, propositum et opus. Quidquid boni operatur iustus, hoc deus sua uirtute operatur. Et in media ipsa operatione agnoscit pius, quod opus quatenus ex se est, nihil est, et quod totum quod ibi fit est dei. Quum uero opus & uoluntatem Dei non facit, uel quum contra præceptum dei facit, nō desperat, scit enim suam salutem esse Christum. Disceret simplex aliquis: Et quæ sunt præcepta quæ nū abolentur? Ea in quibus lex & prophetæ pendent,

**Quæ præcepta nunqui abolentur.**

pendent, Matth. 22. Diliges deum ex toto corde tuo, Quæ præce-  
ex tota anima tua, & ex tota mente tua : proximum <sup>Prae nunquam aboleantur.</sup>  
tuū diliges ut te ipsum. Quidquid ergo in tota scri-  
ptura in ista duo præcepta tendit, nunquam abole-  
bitur, & ad hoc omnes ex æquo tenentur. Obijcis:  
**Ceremoniæ** an non sub præceptio primo compræ-  
hendi possunt, quandoquidem ad cultum dei per-  
tinent? Respondeo, minime: nam si hisce coleretur  
deus, nō reieceret eas dominus per Esaiā & Ezech.  
Mandata uero præcipua (de quibus modo dixi)  
nunquam passus est ut intermitterentur: durant er-  
go semper, & quidquid ex eis fluit, uel quidquid ad  
ea pertinet. Hæc in summam breuem contraham.

- 1 Voluntas dei perpetuo uult iustum & bonum.
- 2 Ex hac nascitur æterna lex, quæ & ipsa nun-  
quam oboletur, nunquā immutatur. Quam tamen  
legem nos præstare haudquaquam possumus.
- 3 Oportet ergo uoluntatem dei æternam manere,  
& nobis succurrere gratiam dei.

- 4 Hoc factū est per Iesum Christū intercessorem et  
reconciliatōrem nostrum, qui factus est nobis iustitia.

Alia quoque testimonia habemus Christū esse no-  
stram iustitiā Ioan. 15. Quū uenerit spiritus sanctus  
arguer mundū de iustitia, quia uado ad patrem &c.  
Hoc est spiritus sanctus ostendet mundo, me solum  
esse iustum & iustitiam quæ ad deum ducit, in testi-  
moniū & argumentū huius rei ego uado ad patrē.

Rom. 3. Nunc uero iustitia dei manifestata absque  
operibus legis, dum comprobatur testimonio legis  
& prophetarū: iustitia uero dei per fidem Iesu Chri-

sti, in omnes & super omnes qui credunt.

Quū uero Christus nostra est iustitia, consequens est nostra opera neq; iusta neq; bona esse, qd secunda pars articuli ostendit, scilicer:

Secunda ar-  
ticuli pars.

Quod opera nostra eatenus bona sint, quatenus sunt Christi: quatenus uero ex nobis, neq; bona sunt neq; iusta.

Hæc pars articulo uicesimo, quū de merito ageremus, probata est, paucis ergo hic opus est, testimonia duntaxat scripturæ adferemus. Ioan. 15. Christus sic loquitur: Quemadmodum palmes à seipso fructum ferre nō potest nisi manserit in uite: sic nec uos fructū ferre potestis nisi in me manseritis. Fructus ergo non est noster, sed Christi.

Fructus bo-  
norum ope-  
ræ est Chri-  
sti.

Iacobi primo: Omnis donatio bona est, et omne donum perfectum è supernis est descendens à patre Iuminum &c. Si omne bonum à deo est, bonū nihil esse potest, quām quod ab ipso uenit. Si ergo opera nostra sunt bona, à deo sunt: ne ergo nobis quod solius dei est adscribamus.

• Lucæ, s. Christus dicit: Nemo bonus est nisi soius deus, à nemine ergo bonū uenire potest q ab unico deo. Arbor mala fructū bonū ferre non potest.

Iob s. Hypocrita innitetur super domum suam & non stabit. Tropica loquutione ostendit eos spe sua frustrari qui suis fidūt operibus. Hiere. 10. Scio domine quod uia hominis nō est in potestate eius: nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. His uerbis innuit omnia nostra consilia à deo pendere, non à nobis.

1. Cor.

1. Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum, hæc in me  
otiosa non fuit, plus enim alijs omnibus laborauit,  
non ego ramen, sed gratia dei quæ mihi adest. Ecce  
Paulus, opus, gratiæ dei tribuit. Breuiter, Mox quū  
homo sibi transcribit quod dei solius est, hypocrita  
est, & satis peccauit qui nō credit deum omnia ope-  
rari in omnibus, etiam si oībus alijs peccatis sit liber.

## ARTICVLVS XXIII.

Quod Christus substantiam huius mundi & fastum con-  
temnit, docet, quod hi, qui sub Christi titulo divitias ad se ras-  
piunt, ipsum magna infama afficiunt, quum cupiditatis suæ  
& luxus eum patronum faciunt.

**O**Mnis doctrina & actio Christi sine contro- Christus est  
uerbia nobis formula est uiuendi : dicit enim exemplum  
Ioan. 13. Exemplum enim dedi uobis, ut quemad- uitæ.  
modum ego feci & uos sic faciatis. Opes & fastum  
mundi Christus despexit, nam dum eum in regem  
eligere uellent fugit, Ioan. 6. Hortatur quoq; ut ab  
ipso discamus mansuetudinē & humilitatē, Matt. 11.  
Tollite iugum meum super uos, & discite à me  
quia mitis sum & humiliis corde, & inuenietis re-  
quiem animabus uestris. Hoc unum est de puris il-  
lis et æternis mandatis dei, ut tollamus iugum eius:  
ipse enim iugum nostrum super se suscipiens por-  
tauit, ut mansueti simus & deiecti, hoc pariet nobis  
requiem hic & in futuro sæculo. Asino inequitauit Despicere  
Hierosolyma iuxta Zachariæ 9. prædictionem: La<sup>e</sup> da terrena;  
tare ô filia Zion : exulta ô filia Ierusalem, Ecce rex  
tuus uenit ubi iustus est sexuato, pauper est, et sedens

**4** superasnam & pullum eius. Lucæ 9. Christus ipse de se dicit: Vulpes soueas habent, uolucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Ecce magnam paupertatem Christi. Ioan. 18. dicit: Regnum meum non est de hoc mundo &c. Prior ergo pars istius articuli testimoniorū satis habet, cuius exemplum nobis imitari conuenit. Posterior qui ex priori sequitur, non uerbis tantum fortibus, sed uirtute etiam dei opus habet, ut hypocritæ ei credant. Sic autem habet:

**Secundar  
ticuli pars.**

Qui opes corradunt idq; sub nomine & titulo Christi, magna infamia Christum afficiunt, præxunt enim auaritiæ suæ & luxui Christum.

**T** **Contra ius  
xurtoſas  
pontificioſas  
tumopes.**

An maior potest contumelia esse in Christum, quam se pro ministris & apostolis Christi uenditare, interim ei factis & uita ex diametro repugnare? Si ex infidelibus quispiam ecclesiasticorū et falso spiritualiū (quos uocant) doctrinam (etiam si uera sit) audiret, interim tamen uideret tantam eorū auaritiam, tantum luxū & fastum, tot fraudes, nisi trun-  
cus esset, facile expēderet nos hypocritas esse, quum uita nostra tota Christi doctrinę repugnet (Vos qui innocentes estis æquis animis hæc accipite. Scio enim plerosq; ex ministris Christi tales esse, qui non uerbis tantum sed & uita & moribus euangelium Christi promouent.) Quin diceret nos nebulones

**Vixi doctri  
ne respons  
deat.** esse, & tandem Christum ipsum contumelijs & con-  
uitijs laceſſere inciperet, qui tam prauam & peruersam generationē simplicibus obituisseſſet. Quod & aliquando factum esse conqueritur Paulus ex Eze-  
chiele,

chiele, Nomē dei propter uos male audit inter gentes: hac nempe causa quod alios docerent, seipso non docentes aut doctrinæ repugnantes. Magnum quiddam dicam, A condito mundo sanctior & magis salutaris doctrina Christi doctrina nunquam fuit hominibus prædicata: exemplū modestiæ efficiatus orbi nunquam fuit inuectum quam Christi. Contra, nulla unquam doctrina magis cōtempta, corruptior & magis satanica uita à nullis unquam prodita, quam ab his qui se ministros Christi & successores aut uicarios apostolorum iactitant. Adeo, ut si Christus nunquam in hunc mundum uenisset, et satan statuisset populum facere conseleratissimū, alia uia commodius non potuisset efficere, quam si docuisset diuinitas corradere sub nomine dei, nam hoc pacto omnia scelera succrescere necesse erat. Iam quū filius dei ob hoc ad nos descendit, ut opera diaboli soluat, cæci uident mendacē hanc & turpem doctrinam, turpissimos istos mores ex operatione et efficacia illusionis esse. 2. Thess. 2. quam dominus in mundum misit, poenam peccantibus qui ueritatem aspernati sumus: dignū ergo est ut mendacijs excæcati pereamus. Etiamnum hodie deo ueritatem suam reuelanti per uerbum suum, quod nobis Antichristū digito commonstrar, non credimus.

Christus pauper fuit, apostolis suis omnibus divitijs interdixit: Antichristi omnium bona ad se rapuit, persuasis simplicibus Christo se illa colligere, ad magnificentiam & gloriam Christi hæc pertinere, quum tamen ipse templo eiecit, qui opes in templo parabant: & Iudæis exprobrauit quod tem-

2.Ioan.3:2

Contra exactions sa  
criticulorū.

pli & aræ noīe diuitias uenarentur. Sichodie Anti-christi pietatem quæstū existimant, 1. Tim. 6. quoru[m] mens polluta est & corrupta. Non nobis (inquiūt) datis ista, sed deo, diuis, uenerandæq[ue] matri Christi.

1 Mendacem itaq[ue] faciūt Christū, qui hic pauper fuit, exaltatus ad dexterā patris rex super omnia factus, in cuius manū data sunt omnia, pauper ab illis prædicatur, mendicant suo nomine, idq[ue] adeò ac si fame sit ei moriendum si nihil detur, si opibus nō succurratur.

2 Venerandam illam Christi matrem blasphemant, quæ hic tam pauper fuit, tamq[ue] modesta, hanc iam deo iunctam prædiuitem faciunt, omnia diu[er]gini & sanctissimæ matri tribuentes. Contumeliam non parua diuos afficiunt: hi enim dum hic uiuerent diuitias & quidquid in mundo erat propter Christum reliquerunt & contempserunt, post mortem diuitijs gaudere illos perhibent. An non hæc insignis est contumelia? In summa, auari sunt et diuitias titulo Christi corradunt, quas ipsi luxu & fastu perdunt. Non satis est illis quod mentiuntur dei nomine paupertatem eius omnibus prædicantes, sed sese pro diis uenditant. Nam si diuitiae, quas ipsi hypocrisi sua & mendacijs impudentibus dei nomine emendicant, sunt dei, cur insumunt ipsi bona dei? Si dei sunt, dispartiet pauperibus, non fu-

NOTA. eos & uentres huiusmodi nutriet. Religio peperit , , diuitias, & filia deuorauit matrem. Diligenter iam curant ne opibus suis nihil decedat, nihil de doctrina Christi solliciti. Quumq[ue] ob auaritiam suam taxantur, respondent: Cur non haberemus hæc donata sunt nobis. Sed hæc uobis non pertinent,

quum

quū pauperibus erogare imō nunquā accepisse de-  
beretis. Si nemo unquā tam stultus fuisset qui falsa  
religione & fucata pietate motus uobis aliquid de-  
disset, fuissent uero qui iusto proposito moti uobis  
aliquid dare statuisserent, adhuc tamē recipere nō de-  
bebatis, sed potius fugisse, quemadmodū Christus  
fuga regnū respuit. An hoc ignorastis, diuitias etiā si  
adfuissent, propter Christum uobis esse relinquen-  
das. Iam uero nō solum diuitias non contemnitis,  
sed insuper anxie undecunq; potestis corraditis. Di-  
cite quæso, qua fronte docere audetis relinquendas  
esse diuitias, quas nemo magis anxie quam uos cō-  
cupiscit? Vbicunq; diuitiæ sunt male partæ, has uo-  
bis adferre iubetis. Dialis hæc consecratis, quos con-  
sortes raptorum furum & fœneratorum facitis. Vis  
de quanta malitia sit in hypocrisi & corrupta ponii  
fiorum doctrina.

Quid de fastu dicam? Ipsi sciunt Christū, quoties  
de primatu inter se disceprarēt, apostolos increpuis-  
se modestiæq; admonuisse: idq; non solū uerbis sed  
exemplo pueruli quem in medium statuit, dicens,  
Qui uoluerit inter uos esse primus, fiat omnium  
seruus. Adhuc tamen hodie mordicus primatum  
suum propugnant, & tanto fastu gerunt, ut Tur-  
cici principes mollius effeminatus & stultius non  
possint. Nullus Diocletianus, nullus Nero, nul-  
lus Achab illis crudelior. Atque ut fastui suo & ar-  
rogantiæ satisfaciant, mendacia aperta in diuum  
Petrum & Constantinum configunt: alterū enim  
uicarium Christi faciunt, cuius ip̄sī sint successores:

111  
Contra fa-  
stum pontis  
fiorum.

alterū donasse ipsis quæ sunt Romani imperij. Men-  
dacia hæc clariora sunt luce. Hanc tyrannidem na-  
cti insolētia & uiolētia pauperes sibi subditos plus  
premunt quām ulli principes. Non inuideo eis im-  
perium & principatum, modo tyrannos & mundi  
principes se se agnoscant. Quod uero episcoporum  
sibi nomen arrogant & uerbi ministros ac præda-  
tores se iactitant, quorum tamen neutrum præ-  
stant, sed otiosi desident cum uniuersi populi offens-  
ione, quin authores sunt bellorum omnium, fæne-  
rantur, fallunt, produnt, ab una parte ad aliam tur-  
piter deficiunt, stuprantur uirgines: quis hæc ferret?  
Quod si omnes taceremus, lapides tandem clama-  
bunt, & præ angustia sudabüt. Christus disertis uer-  
bis principatū suis interdixit, dicens: Vos autem nō  
sic (Lucæ 22.) imperium in alios occupabitis. Sic Pe-  
trus cap. 5. Pascite oues uobis commissas, curam illa-  
rum agentes nō coacte sed uolentes. Hoc est, ne-  
minem suis præceptis cogere debetis, non turpiter  
sectantes lucrum, sed propenso animo. Neque ceu-  
dominium exercētes aduersus clericos: hoc est, in for-  
tem hæreditatem & populum dei, sed sic ut sitis ex-  
emplaria gregis.

Hæc quæ ex uerbo dei docētur, nihil curant, quin  
toti in hoc sunt ut uerbo dei repugnem, & cunctos  
offendant, Deum blasphemant et ingeni contume-  
lia afficiunt, cui adscribunt quibus ipsi abutuntur,  
cuius nomen falso prætexunt, in hoc mundo impe-  
rantes, quod neq; Christus neq; discipuli unquam  
fecerunt. Summa, impij sunt, nam si uerbo dei crede-  
rent,

rent, huiusmodi nequitijs abstinerent.

## ARTICVL VS XXIII.

*Christianorum nullus ad ea opera, quæ Christus non precepit, adstringitur, quolibet tempore quolibet cibo uesti potest. Consequitur ergo literas quas pro caseo & butyro dant pontificij, Romanas esse imposturas.*

**P**rima pars facile probatur, nam quæ ex mandatis hominum facimus, frustra est, Matthæi 15. capite, quod supra x v 1. articulo satis est probatum. At non facile admittunt hunc articulum pontificij: in causa est, quod figmentis & fabulis humanis fratri pugnant. Sed Adam nullam ob causam nec ob aliquud peccatum paradiso pulsus est, quam quod de ligno uerito edit: sequitur ergo eum ad hoc præceptū duntaxat alligatum fuisse. De his operibus hic dicō, quæ titulo & nomine dei præcipiuntur. Neque enim uolo ut quis leges & præcepta municipalia, quæ ad præcepta Dei non pertinent ( tametsi intus ad normam uoluntatis diuinæ formata esse oportet omnia, nam alioqui nil nisi malum ex his uenire) contemnat.

Esaias 1. cap. sic loquitur de ceremonijs & humanis doctrinis: Quum ueniretis in conspectum meum ( intellige huiusmodi ceremonijs ) quis haec de manibus uestris requirebat? ut ambularetis in atrijs meis?

Hier. 6. Ut quid mihi thus de Saba afferetis, & ca

De ceremonijs & humanis  
ditionibus

Iamum suaue oleniem de terra longinqua? Holos-  
caustomata uestra non sunt accepta, & uictimæ ue-  
**3** stræ non placuerūt mihi. Matth. 23. increpat Christus eos qui grauia onera, hoc est, opera & manda-  
ta ex suo capite cōficta humeris hominū imponūt.  
Non ergo deum offendit, neq; aduersus deum pec-  
cat, qui tale præceptum pure humanum nō seruat,  
modo neminem offendat, ut in xxviiiij. articulo au-  
**Præceptum**  
**humanum**  
**quid.** diemus. Hoc milii præceptum est humanum, quod  
præcepto dei ex diametro pugnat.

Quod indifferēter quolibet cibo utri possit pius, pe-  
culiari quodā libello fusius tractauī: indicabo ergo  
hic duntaxat testimonia quēdam magis necessaria.

**De disci-  
mine cibo-  
rum.** Marci 7. Christus sic docet: Nihil est extra homi-  
nem introiens in eum, quod possit eum inquinare.  
Atque de cibo illic loquitur, nam de tempore mox  
sequetur.

1. Cor. 8. Esca nos deo non commendat. Col. 2.  
Nemo uos iudicet in cibo & potu. 1. Tim. 4. Spir-  
itus certo loquitur, quod in posterioribus temporis-  
bus desciscēt quidā à fide, attendentes spiritibus im-  
postoribus ac doctrinis dæmoniorum, &c. iubeniū  
um abstinere à cibis quos deus creauit ad sumendū  
cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognō-  
uerunt ueritatem, &c. Vides hic istam doctrinā quæ  
cibos uerat, ex dæmone esse.

Ad Titum 1. cap. Mundis omnia munda. Porro  
pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta  
est illorum mens & cōscientia. Puri sunt fideles qui  
bus omnes cibi puri sunt.

De

De tertia parte huius articuli, quod literæ papales  
 quas uendunt his qui caseo & lacte ac butyro uti uo-  
 lunt, nūlūl sint quām Romanensium imposturæ, s̄q;  
 tis clarum est. Nam quosdam cibos uetuerunt, acce-  
 ptis deinde pecunijs rursus edere permiserunt: an  
 hoc non dolus est, fraus & malitia? Nam si peccatū  
 fuit, quibuslibet cibis uesci, non opus fuit illa uera-  
 re: sed ostendant præceptum dei ubi cibi ueriti sint.  
 Sed nō possunt ostendere. Adparet ergo in hoc ueti-  
 tos esse cibos, ut postea rursus remittant & pecuni-  
 am uenentur. Muscipula ergo fuit aut decipula pijs  
 posita. O Christiani, quandiu tandem uobis impos-  
 ni & os oblini patiemini? An putaris deo id curæ  
 esse, siue uitulinis carnibus siue gobijs uescamini?

## ARTICVL VS XXV.

*Tempus & locus in potestate sunt hominis, non homo in ille-*  
*lorum potestate. Qui ergo tempus & locum alligant, Chris-*  
*tiana libertate pios fraudant & spoliant,*

**P**riorem partem articuli probat Christus Mat.  
 12 Dico autē uobis, quod templo maior est hoc  
 in loco. Nam dominus est & sabbati filius homi-  
 nis. Audimus itaque Christum & nos in Christo  
 sabbati & templi dominos esse, adeoq; omnis loci  
 & temporis. Nam hoc dominium de quo Christus  
 hic loquitur ad humanitatem Christi refertur. Iam  
 in hoc humanam naturā adsumpsit, ut nostra salus  
 fieret. Est ergo dominiū, quod ipse super sabbatum

De liberta-  
te Christia-  
na.

& templum occupat, etiam nostrum. Nam de se ut hoc uerbum diceret, nihil erat opus, quum sabbatum non uiolasset, discipulos excusat & illorum gratia hæc uerba adducit. Nos discipuli eius sumus & fratres, domini ergo sumus & templi & sabbati nō missus quam tum erant discipuli.

**¶** Marci 2. Sabbatum propter hominem factum est, homo non propter sabbatum. Col. 2. Nemo igitur uos iudicet in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Christus ergo quum sit præsens, quum sit corpus, omnia perficit. Discipuli ergo Christi, id est, pij & fideles hoc uerbo freti (Filius hominis & sabbati dominus est) alligari ad loca & tempora nō debent.

**¶** *Pars.* Qui ergo ad ferias fideles cogunt, peccant (de his ferijs loquor in quibus nihil quam desides ignauo ocio indulgemus) nam pius dominus est sabbati.

Quin præstaret plerisq; in ferijs ut homines audito uerbo dei, percepro corpore & sanguine Christi, in memoriam beneficijs dei cum gratiarum actione reuocatis, ad laborem redirent. Satis requiei esset, si dominico die requiem agerent pij, abolitus omnibus alijs ferijs, quum prædicta essent peracta mane, excepto natali domini & die Stephani, in quo

**De diebus  
festis.** omnium martyrum laudes deprædicarentur Seruatris deinde quibusdam, nempe die quo angelus annunciauit Mariæ quod Christū esset genitura, hoc enim uirtutes & laudes Mariæ deprædicari possent, & incarnatio Christi recoli. In festo Ioannis de pa-

trum

trum & prophetarum fide sermo fieret. In festo Pe-  
tri & Pauli memoria refricaretur omnium aposto-  
lorum & euangelistarum. Præter hæc quæ agimus  
festa abolenda censeo, plus enim flagitorum ferijs  
nostris commitimus quam religionis et cultus dei,  
nempe dum crapulæ & ebrierati indulgemus, lu-  
do & aleæ operâ damus, mentimur, obtrectamus,  
& inanibus fabulamentis totâ diem terimus, igna-  
ui ad solem desidentes. O cium esse cultum dei nus-  
quam lego, fomentum esse omnium uitiorum ubi-  
que. Ferijs agrū colere, terram proscindere, fœnum  
demeterere, aut frumenta aut alia opera pro tempore  
facere (modo cultus dei ut dictū est præcesserit) non  
dubito deo magis gratum esse, quam ocio indulge-  
re. Fidelis enim dominus est & sabbati.

Ex predictis uerbis Christi & facto Dauidis Mat.  
22. intelligimus, stulte istos agere, qui gratiā dei cer-  
tis quibusdam locis adfigunt, ut faciunt Romę, Hie-  
rosolymis, ad sanctum Iacobum in Compostella,  
&c. Quid autem dico stulte istos facere? contra Chris-  
tum faciunt. Vno enim loco gratiam dei magis pa-  
ratam & uilioris precij faciunt quam alio: quid hoc  
aliud est quam deum circumscribere & loco adfige-  
re? Gratiā dei initia carceres quosdam includere ca-  
ptiuam, nec pati ut omnibus ex æquo nota sit & co-  
munis?

Deus omnibus locis præsens est, ubicumq; pñ e-  
st inuocant adest. Proinde Paulus omnibus in lo-  
cis uult precationes fieri tam à uiris quam à mulieri-  
bus. 1. Tim. 2. Non ergo isto loco magis misereatur

O cium nō  
est cultus  
dei.

Contra eos  
qui religio  
nem loco  
alligant.

quām' alio, sed ubi cunq; ex fide inuocatur, dicit, Ecce adsum.

Adhæc Christus ipse falsos prophetas & pseudo christos uocat tales Matt. 24. Quum dixerint uobis, Ecce Christus est in deserto, nolite exire: si dixerint,   
Papa est  
pseudochri  
stus. In penitentib; est, nolite credere. Quis pseudochristus ille est, quām papa? qui se supra deum extulit, & in locum dei se ingessit, arrogat sibi potestatē dei, Deinde gratiam hanc Romæ & alijs locis adfigit: huc confluunt homines, huc turmatim adcurrunt, & magnam uim pecuniæ cōferunt, ut inde extruant templū, ædes ut uocant dei, ut si quando uelint hinc sibi corradant. Taceo iam luxum & scelerā quæ in istis locis plus quām in alijs regnant. Constringe marsupium, & peribit illis deuotio. Quæ haec tenus ad istorum luxum conuertisti, in meliorē usum conuertere, da pauperibus quæ potes, & flere illis precare. Tertia pars per se satis est nota ex predictis.

## ARTICVLVS XXVI.

*Nihil magis displaceat deo quām hypocrisis. Hinc discimus hypocritam esse grauem, & impudentem audaciam, quidam quid sanctum se simulat coram hominibus. Hic cadunt cusculli, signa, rafus uertex, &c.*

**P**Rimum Iob dicit 13. cap. Non ueniet in conspectum dei omnis hypocrita. Manifestum autem est Marci 16. faciem dei infidelibus negari. Hic negatur

gatur hypocritis, ergo hypocritæ sunt infideles. Ad Hypocrisio <sup>11</sup>  
 haec nullis negatur facies dei quam blasphematori  
 bus spiritus, Matthæi 12. ergo hypocrisis impie-  
 tas est & infidelitas. Nā si hypocritæ crederent, quē Lxx. v.  
 nos pro deo colimus, deū esse, crederent etiā uerbo  
 eius: si crederēt uerbo dei, nunquā talia confinxis-  
 sent quæ uerbo dei ex diametro repugnāt. Examī-  
 na te diligenter ô hypocrita, hic syllogismus nun-  
 quā falleret. Porro ex factō Christi sit manifestum, nī  
 hil magis unquā ei fuisse inuisum quam hypocri-  
 sim, quod ubiq̄ tam duriter inuehit in hypocritas,  
 eos protrahit & taxat. Quandocūq̄ accesserunt ad  
 eum languidi & ægroti, comiter eos exceperit & hu-  
 maniter tractauit: hypocritas uero duriter increpuie  
 semper. Matt. 5. taxat eorū eleemosynā quam fastu <sup>1</sup>  
 quodā et ostentatione inani dabant: taxat ieunium <sup>2</sup>  
 eorū, quod obscurarent facies suas ut uiderentur ho-  
 minibus ieunantes: taxat quod primos accubitus <sup>3</sup>  
 occuparent, quod orationē simularent multiloquio <sup>4</sup>  
 ut inde saginarentur, quod uiduarū domos deuora-  
 rent prætextu longę orationis, quod externa mun-  
 darent accurare, intus rapina & malitia pleni, simi-  
 les dealbatis sepulchris: quod ara & templo auari-  
 tiæ suæ consulerent, quod regnū cœlorum alijs clau-  
 derent nec ipsi introirent, quod omnia opera sua fa-  
 cerent, ut uideantur ab hominibus, quod festucam <sup>5</sup>  
 in oculo fratris uiderent, trabem in suis oculis <sup>6</sup>  
 non consyderantes, &c.

Observa hypocitarum mores & facta, et uide an  
 nō similes sint nostri hypocritæ pharisæis Iudeorū,

Quandoquidem uero tam arox scelus est & deo inuisum hypocrisis, facile intelligimus atrocem forae huius sceleris pœnam. Matth. 24. Christus interminatur infideli seruo pœnam hypocritarum. Veniet, inquit, dominus illius hora qua minime putat, & dissecabit eum, & ponet partem eius cum hypocritis. Deus uerum & purum bonum est, imo ipsa ueritas: super omnia ergo displicer ei hypocrisis.

## SECUNDA PARS.

*Quidquid sese ostentat coram hominibus, deplorata quædam impudentia est, nempe hypocrisis.*

**Hypocrisis** Nam quum homo norit deo nihil magis esse in deplorata uisum quam hypocrism, ipse tamē interim omnia est impudē simula, et hypocritam agit, quis non uidet eum esse impium et deploratum? Multo periculosissimum est hoc uitium: nam qui se liberos putant hypocrisi, maxime huic sunt obnoxij. Quid faciebat Dauid

- quum Nathan ad eum uenirer. Pronunciabat duri ter in eum qui tale nefas designasset, quod sub figura orationis proponebat propheta, sic loquens, ac si de ista re nihil ipse sciret. Quum uero propheta ostenderet sibi hanc cantionem cani, iam tandem sese agnoscebat. Parricidium ergo tam graue quod patrari, nondum recte expenderat, qui deo tam erat dilectus, ut eum in locum Saulis regem elegerit. Quis que ergo quantumcunq; fidelis sese quotidie examinet, an in corde suo hypocrisis non suppuluerit.

Nam

Nam ubi fidē uitiare et corrumpere satan nō potest,  
fortiter hypocrisi adgreditur et oppugnat. Si uincit,  
deterior si homo quām fuerit antea, septē enim ne-  
quiores se secū adducens fortius occupat & premit,

## TER TIA P A R S.

*Cadere scilicet ex prædictis cucullos, signa, rasuram capi-  
tis, &c.*

Nam ista reiçcit Christus, dicens : Omnia opera Matth. 15.  
sua faciūt (nempe pharisæi & scribæ, quos etiamnū Contra eos  
hodie monachos sacerdotes & doctos adpellamus, qui exter-  
pharisæis ueteribus tā similes, quām est ouum ouo) nis signis  
ut uideantur ab hominibus. Dilatant phylacteria uolunt ab  
sua, & magnificant fimbrias palliorum suorum.  
Amant primos accubitus in cœnis, & primas cathē-  
dras in synagogis, & salutationes iñ foro, & uocari  
ab hominibus Rabi. Ecce quām acu tangat hypu-  
lon falso spiritualium. Sed mercedem suam hic re-  
cipiunt. Huiusmodi uanas & friuolas res Christus  
reiçcit & damnat, quapropter nō est ut nos cucullos,  
signa & rasuras cæteraq; huiusmodi inre indiffe-  
rentia ponamus, inter mala sunt numerāda merito.  
Relinquenda ergo & abiicienda à pijs omnibus,  
modo id absq; offensione charitatis & infirmorum  
faciant.

Sed obiiciunt : Oportet internoscere quibusdam  
externis rebus inter priuatos uulgares homines, &  
inter ecclesiasticos & uenerādos sacerdotes, quapro-  
pter rasus est uertex, & cucullo caput obuolutū, &c.  
Respōdeo. Qui se supra frāres suos externis signis

ostentat & uenditat, hypocrita est. Vna enī eademq;  
uia oībus ad solidam gloriā contendendū est. Hu-  
militas & modestia est quā Christus præscribit suis,  
qua quisq; alium uincere contendat. Qui enim uo-  
luerit omniū esse primus, sese infra omnes deñciat.  
Porro Ioannis 13. dicit: In hoc cognoscent omnes  
q; mei discipuli estis, si dilectionē mutuam inter uos  
habueritis. Si nos qui ministri sumus uerbi, arden-  
tem erga omnes homines charitatem habuerimus:  
si uerbum ueritatis & salutis anxie prædicauerimus:  
si omnium necessitates nostras fecerimus: si solicii  
pro omnibus fuerimus: si pro uiribus opem tule-  
rimus, mox noti erimus & uenerandi oībus, pueri  
nos agnoscēt, nec opus est ut extēnis signis discri-  
men faciamus. Dæmones non ferent nos, sed pro-  
dent nos suis clamoribus, quemadmodum Paulo  
fecit filia spiritu Pythonis agitata, Act. 16.

Iam quum uera *dwāud* dei & spiritus careamus,  
nec strenui sumus in opere euangelico, uenditamus  
nos ficto quodam charactere, rasura, cucullo, &c.  
Quumq; iam neq; deo neq; hoībus fructū feramus  
(pios semper excipio) admirationi uolumus esse om-  
nibus uestiū splēdore & magnificētia, quēadmodū  
muli papæ auro obducti pueris sunt admiratiōni.

Sed dicite queso ô pontificij, cui uultis hisce re-  
bus placere, deo an hominibus? in cuius gratiā ge-  
ritis cucullos & huiusmodi externa signa? Respon-  
debitis nimirum, deo placere uolumus. Quir ita?  
An sine his placere deo non potestis? Cur ergo talia  
ipse nusquam docuit? Sed forte deuotio uestra deū  
latuis

**Quæ signa  
uerorum mi-  
nistrorum  
ecclesie.**

**Dilemma.**  
**Syllogis-  
mus cornu-  
tus.**

latuisset, nisi huiusmodi personis hanc ei prodidisse tis? Non ideo est cæcus quod senex est & antiquus dierum, non spectat externa, sed cor introspicit. Sed uos cucullo & signis istis externis efficitis, ut ei cor de uestro nihil sit opus, uestes uestræ satis produnt quales sitis, nempe hypocritæ & simulatores. Expendite syllogismū hunc bicornem, alterum cornu uincere est necesse. Aut enim in gratiâ dei hæc non geritis, nam nusquā requirit ista, imo omnem exercitum fucum reijcit, & studium pieratis, feruoremq; operis absq; ostentatione requirit. Aut alterū cornu immotum stabit, uos notatos esse huiusmodi signis, ut spectemini ab hoībus q̄ sitis religiosi & deuoti.

Audite uero quid Christus dicat, Amen dico uobis, receperūt mercedem suam. Ab hypocritis tanquam à peste exitiali cauere iubet Lucæ 12. Perdidit hoc malum uniuersum orbem Christianum, ostentauit enim & simulauit eximiam quandam sanctitatem, imo ouium innocentiam præ se tulerunt, crudelius interim omnibus lupis rapientes. Quod & Christus prædixit: adhuc tamen deserto uerbo dei, hypocritis credidimus. Commeruerūt hoc peccata nostra, ut deus nos in tanta mala cadere pateretur. Job enim dicit: Regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.

## ARTICVL VS XXVII.

*Omnes Christiani fratres sunt Christi, et fratres inter se se patrem ergo super terram uocare non debent. Hic cadunt factiones & sectæ.*

1 Omnes  
Christiani  
fratres sunt.

**P**rimam partem probat Paulus, Heb. 2. Quan-  
doquidem & qui sanctificat & qui sanctifican-  
tur ex uno sunt omnes. Quam ob causam non eru-  
bescit fratres illos uocare, dicens : Annunciabo no-  
men tuum fratribus meis, Psal. 21. Mox subdit: Vn-  
de debuit per omnia fratribus similis reddi, ut mis-  
ericors esset, & fidelis pontifex in his quæ apud deū  
forent agenda, ad expiandum peccata populi.

2

Matth. 12. Christus inquit: Qui fecerit uolunta-  
tem patris mei qui in cœlis est, frater meus est, soror  
& mater.

3

Quod Christiani inter se sint fratres, & quod  
patrem sibi in terris uocare nō debeant, docet Chri-  
stus suis uerbis Matth. 23. Ne uocemini Rabi, unus  
enim magister uester est, (Christus nempe) uos au-  
tem omnes mutuo fratres estis. Nolite ergo uobis  
uocare patrem super retram, unus enim est pater ue-  
ster qui in cœlis est. Audis hic huiusmodi titulos ma-  
gistrorum & doctorum non ex deo esse, quū Chri-  
stus hoc ueteret. Deinde uides fundamentum frater-  
nitatum nihil aliud esse quam uiscum quo pecuniae  
corraduntur. Nam si tantum pecuniarum das, reci-  
piunt te in fraternitatem Mariæ aut Ioannis, &c.  
Si nihil das, nō recipiunt. Quomodo ergo salutem  
assequeris? Confide ò animula, omnes p̄ij fratres  
sunt Christi, ex cuius manu te nemo rapere poterit:  
siue te recipiat siue minus, siue te ament siue odiant,  
frater es Christi. Si communem patrem deum me-  
cum inuocant, fratrem me agnoscant oportet, nisi  
patrem amittere uelint. Ego quidem eos omnes fra-

7 Fraternitas  
mona-  
chorū impo-  
lituræ sunt.

tes  
nihil  
corraduntur. Nam si tantum pecuniarum das, reci-  
piunt te in fraternitatem Mariæ aut Ioannis, &c.  
Si nihil das, nō recipiunt. Quomodo ergo salutem  
assequeris? Confide ò animula, omnes p̄ij fratres  
sunt Christi, ex cuius manu te nemo rapere poterit:  
siue te recipiat siue minus, siue te ament siue odiant,  
frater es Christi. Si communem patrem deum me-  
cum inuocant, fratrem me agnoscant oportet, nisi  
patrem amittere uelint. Ego quidem eos omnes fra-

tes

tres libenter agnoscam: hoc si non fecerint ipsi, pa- Vnꝫ est om  
trem cœlestem eos negare necesse erit. Si remissionē nūm Christi-  
peccatorū suorum à deo expectant, mihi remittant tertiitas.  
oportet. Es ergo ô animula mea, omnium frater,  
hos constanti amore prosequere, etiam si te rejiciant:  
& nō agnoscant. Quicunq; enim te excludit, filius  
dei esse desit. Si te ob id excludit quod pecuniā nul-  
lam dedisti, ipse à deo exclusus est. Si te non exclus-  
dit, sed pro te orat sine pecunia, idem facit quod tu  
facis, & omnium est frater.

*O A. T.*

Deserite ergo ô Christiani, huiusmodi sectas &  
factiones fraternitatū: estote potius fratres Christi  
& omnium piorum, quam paucorum monachorū  
& sacerdotū: estote fratres in magna ecclesia filiorū  
dei. Quod ex Iacobo adferunt orandum esse pro in-  
firmis, hoc nos non negamus, quin docemus bre-  
nue, ut alter pro altero oret incessanter. Sed tu pin-  
gues quosdam tibi seligis pro quibus ores. Pro om-  
nibus tibi est orandū, & in primis pro illis qui pau-  
peres, inopes, & in necessitatibus sunt, idq; sine mer-  
cede & precio. Nam & pro te sine mercede orabunt  
aliij, idq; ardentius quam tu unquam pro alijs mer-  
cede conductus oraueris. Primum, ut deus te illu-  
stre suo spiritu, ut errorem tuū agnoscas: deinde ut  
tibi hūc remittat. Cur enim aliij tibi mercedē darent  
pro oratione tua, tu uero alijs ut pro te orarent nihil  
dares? quum tamen tu magis egeas oratione quam  
aliij. Hoc enī plus indigus es ut aliij pro te apud deū  
interpellant, quo longius & periculosius aberras.  
Quo enim minus tibi deesse putas, hoc plus tibi

deest: & quo plus tibi arrogas, hoc minus habes.  
Aliorum ergo precibus tibi magnopere opus est.

Et hic fructus est ex merito nobis enatus, ut mortales istos sic euexerimus, qui se coram mundo sic uenditarunt, ac si ipsi totum debitum deo persoluissent, liberi adeò, ut pro cæteris iam mercedis gratia laborent & operentur. O uanitas, ô arrogantia impudens.

*Qgomodo  
intelligen-  
dum, Non  
uocabitis  
uobis patrem  
in terris,  
&c.*

Quod pater nobis in terra nullus sit uocandus ex cap. 23. Matth. satis manifestum fit. Nolite uobis uocare patrem in terris (inquit Christus) unus est enim pater in cœlis. Tametsi his uerbis Christus non uerat, ne patrem nostrum carnalem compellamus, sed ne alium doctorem aut ducem nobis eligamus quam deum patrem in cœlis. Hunc sensum uerba ipsa præ se ferunt, nam de doctrina loquitur quum magistrum uocari uerat. Magister enim & cæthegetes is est qui docet, præit, & dux uiae est. Christus uult ut à solo deo discamus, oportet enim omnes à deo doctos esse. Hoc uerbum Christi immutabile est & æternum, citiusq; cœlum & terra transiit quam irritum sit hoc uerbum.

Quicunq; ergo sibi hoc arrogant, ut patres sunt & uocari uelint, sectas in hoc instituentes, contra institutum Christi agunt, & grauiter peccant. Quidquid contra Christi uerba pontificij adducunt, friuolum est & uanum, & facile ex ihs uerbis confutari & explodi potest. Ne uoceatis uobis patrem in terris, Ne uocemini magister, unus enim magister & doctor est Christus, huic uni hæreamus, hunc unum audiamus, hunc unum sequentes crucem nostram fera

feramus. Non ergo sequendi nobis Dominicus, Benedictus, Franciscus, &c. Nec credo huiusmodi viros sectas instituisse, & factiones quas successores eorum iam habent & mordicus defendunt, nemini sua nomina obtruserunt. Nam si quis ex ipsis talia fecisset, non beatum sed Luciferi socium dixerim. Verum posteriores ut sibi magnam autoritatem apud homines pararent, sanctissimorum uirorum nominibus ad suam gloriam & quæstum abusi sunt, discipulos se illorum profidentes quorum tamen uestigia minime sequerentur. Quod si illi hodie redirent, huiusmodi fucos minime agnosceret, quin potius sic eos alloquerentur : Quid faciis dementes? An uobis hoc ignotum est, nullum patre aut doctorem praeter Christum uocandum esse in terris? Cur nobis iam addicti estis? cur in nostra uerba iurati, quum nos tota uita nostra soli deo addicti fuimus? cur titulo nostro ad ignominiam Christi cœlestis præceptoris abutimini?

In summa, huiusmodi factiones & sectas instituire, nominibus gaudere & gloriari, ab ecclesia separare, peccatum est, imò hypocrisy est, fraus et dolus. Verbo absit inuidia, puto enim me uerū dixisse, ut cunctis multis insanire uidear. Quod si quis obijciat multos ex factionibus istis sanctos fuisse viros, & hodie esse beatos. Possem hic testimonium scripturarum requirere. Antichristus Romanus multos inter diuos recensuit, de quorum sanctitate & beatitudine nobis parum constat. Interim diuis et beatis nihil derogatum uolo, Christo tamē uni plus tribuo

Defalsis  
diuis.

quam omnibus pontificibus, qui à regula uerbi diuinī aberrarunt.

*Wic. T.* Iterum obiciunt: Patres pontifices & concilia se etas huiusmodi confirmarunt. Dignum sane patet la operculum. Merito pontifices suis adulatoribus applaudunt. Cur non ad regulam Christi respexerunt Matth. 23<sup>o</sup>? Vidissent nimis solum Christum esse doctorem, nec uocandum fuisse patrem & magistrum in terris. An non pius quisq; hoc ipso quod à pontifice Romano confirmatur, uidet dolum esse quod agunt? Si ex deo esset, confirmatione pontificis nihil opus haberet. Quis enim hominum confitmare potest Christum nostram esse salutem? Confirmatione nulla eger, id enim apud pios quoque persuasissimum & certissimum est, quum sint à deo hoc docti. Sed hos esse beatos à pontifice confirmationem haber, quum in uerbo dei fulcrum nullum inuenire possit, quin ex diametro cū doctrina Christi pugnet.

Contra uota monastica.

Taceo iam imposturas et nequitias monachorum, qui se paupertatem uouere dicunt, quum in mundo monachis nemo sit ditior: obedientiam, quū ab omni obedientia uera abducant homines. Sese enim non solum deo, sed & magistratu*m*inistro dei subducunt. Deo non obediunt, qui uetar uocari patrem in terris, ipsi sibi Bernhardum & Benedictum uocant. Deus præcipit ut honore prosequamur parentes: illi hoc uetant, & iubent deserere patrem & matrem, torquentes pro se (sed falso) uerbum Christi. O corruptores uerbi Dei. Tum Christus parētes relinquent.

linquendos docet, quum à Christo, à fide auocant,  
quum Christū sequi prohibent. Sed dicite ubi Chri-  
stus propter factiones iusserit relinquere parentes?

Magistratibus item non obediunt, quibus tamen  
apostoli subesse mandant. Eximunt enim se bullis  
pontificijs & libertatem quandam carnis pro libidi-  
ne uiuendi asserunt. Potius funestissima bella ferūt  
quam subdant se magistratibus. Ex quo facile disce-  
re potes, ament terrena an id minus. Priuati degūr,  
nec se familiares ac communes cæteris faciūt, quod  
tamen Christianæ obedientiæ proprium est: cū his  
qui patiuntur non condolent: cum laborantibus nī  
hil laborant: cum turbatis non turbantur: & tum de  
mum ellemosynas dant quum ipsis saturum uenire  
habent. Quid opus uerbis, orbis inutiliores non ha-  
bet quam hypocritas illos & porcos saginatos. Scio  
interim in monasterijs esse multos pios qui Christo  
credunt, qui tametsi cucullum ferunt, conscientiam  
tamen liberam habent in Christo, qui mox quū pos-  
sent, ueritatem libere profiterentur. Hos rogo ne cō-  
uicijs, quos merito in impios iacimus, offendantur.  
Atq; illorum qui authores huius hypocriseos sunt,  
tot esse res ipsa clamat, ut semel totum orbem com-  
mouere conentur antequam sese ueritati docendos  
præbeant. Sed persuassimum habeo, quod uniuersum  
malum in ipsorum caput retorquebit deus. De  
castimonia eorum mox dicemus. Ex his ergo certo  
colligimus, nihil esse monachatum quam merā hy-  
pocratism, inuentum satanæ contra uerbum & fa-  
ctum dei. Ex fructibus certo deprehēduntur. Quid

*Monachus*

**Monachi pauperes,** sunt principes mundi. opus est simulare paupertatem vani homines, an non quisque uidet cur paupertatem simuletis? Plures quum in mundo nihil possideant, & inopes degant, cunctum induunt, ut diuites fiant. Deinde gloriantur de diuitijs monasterioru, et principes creantur. Interim principes terreni socordia quadam dementati, os sibi oblinere sinunt, quorum negligentia huc uentum est, ut horum mendicorum principum plures sint quam uerorum principum. Et hi mendici, principes mundi, diuitijs, gloria & potestate longe præcellunt, adeo ut mundi principes monachos illos & mendicos.

*Vos vero scie.* metuere cogantur. Ettamen Christus suis dicit: Vos autem non sic, hoc est, uos non imperabitis eo modo quo mundi principes imperant. Quum utrigi principes conueniunt, querunt terreni ab ecclesiasticis: Quomodo habent res monasterij uestri? quomodo agitur cum domo dei: rustici uestri persoluunt redditus? mei incipiunt esse contumaces. Respōdet alter: Aliud est quod me angit, satana procurante monachum quandam eruditum noctus sum, quem in hoc educarā, ut aliquando dispensator esset dominus, & frugi paterfamilias, iam literis totus est deditus, res negligit. Hi sunt fructus qui spiritum eorum produnt. Ex spiritu ergo an nati sunt, an ex carne, liquido cognoscetis. Quod si ex carne sunt nati, ex dialolo natos esse constat. Caro enim mortuum suum ex dæmone habet.

**Apostolo-** Periculum hoc quod futurū erat ecclesie ex hypocritis, apostoli præuiderunt, & ut illud caueremus fide liter premonuerunt. Paulus Act. 20. sic monet: Attende

**rum de monachorum ordinibus**

tendite uobisipsis & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos ad regendum ecclesiam dei, quā adquisiuit sanguine suo. Ego em̄ noui hoc quod ingressuri sunt post discessum meū lupil graues in uos, non parcentes gregi. Et ex uobisipsis exorientur uiri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se. Obserua hic, quid aliud tumultuantur omnes monachicæ factiones? quid aliud a gūt quam diuersum docere à doctrina Christi, ideo nimirum ut sibi multos discipulos adsciscat, & à ueritate Christi abducant?

Petrus 2. cap. 2. graphicē eos depingit. Fuerunt, inquit, et pseudoprophetæ in populo nēpe Israelitico, quemadmodū & inter uos falsi erunt doctores, qui clam inducent sectas pernicioſas, etiam dominum qui illos mercatus est abnegantes, accerſentes ſibi ipsis celerem interitum, & pleriqz ſequentur illorū exitia, per quos uia ueritatis maledictis afficietur, et per auaritiam factitijs sermonibus de uobis negotiabantur, &c.

Hæc uerba Sole ſunt clariora, nec expofitione uila indigent. Cuçulli lotione alia non egent, ad pustulum enim purū hic eluuntur. Apostolus Iudas in epiftola ſua iſdem ferè uerbis eadem dicit.

Admonitos igitur uolo om̄es qui in monasterijs ſunt, ſacerdotes ignauos, quin quoſcunqz qui officium inter Christianos nullum habent, ut lucem ueritatis aspiciat & intueant. Deinde diligenter curer, ut hæc lux ueritatis omnibus proponatur, ne quis factis eorum offendatur. Postremo omnem ponat

hypocrisim, præsertim cucullos, & quidquid est huiusmodi. Si qui ualidi sunt, & ad laborem apti, labore uitam suam sustentet. Quod si omnino tam sunt uel uitio corporis, uel alia ex causa calamitosi, ut in monasterijs manere cogantur, nullam præter regiam Christi agnoscant, nullum aliud nomen quam Christi gerant. Moriendum ipsis potius quam secus faciendum, nam uerbum Christi uerat, ne quem patrem aut doctorem in terris agnoscatur. Vehementer taxat Apostolus Corinthios, quod Christo relicto apostolorum nomina sibi asciscerent. Sic posset quis istis dicere: Num Benedictus pro uobis crucifixus est? Aut quis dedit uobis autoritatem tunicam domini inseparabilem scindendi? Cur uos separatis ab ecclesia, & inter uos scissi estis? Pietas & religio non est, si quis intra parietes ignauus stertat.

Vera religio.  
Mundus quid,  
In monasterijs in primis regnat mundus.

Religio uera & immaculata haec est, uiduas & orphanos (sub his comprehendere omnes pauperes & egenos) inuisere in necessitate eorum, & se se incontinatum seruare ab hoc seculo, Iacobi 1. Mundus uero uel seculum significat hic, non montes & uales, campos, sylvas, aquas, lacus, urbes aut pagos, sed desyderia mundana, ut sunt, auaritia, arrogancia, fastus, libido et immundicia carnis, crapula, ebrietas, atque haec intra mœnia plus regnant quam inter uulgares. Taceo iam liuorem & odium, peculiaria & domestica uitia monasterijs, grauiora uero his quorum gratia ipsi populum fugiunt, & monasteria querunt. Obserua crapulam eorum & ventris ingluuiem, & statim uidebis quam sint casti, nam cibus

bus in eis non in nihilum uertitur. Auaritiam & fastum eorum cuncti uident, idque manifeste. Satius ergo ipsis cucullos, signa, regulas & omnia abiuncere, quam praeceptum Christi transgredi: uiuant in commune cum ceteris mortalibus, conforment se uitae Christianae. Falluntur enim dum sibi persuadent relictum ab eis mundum, nam in monasterijs in medio mundo sunt, & mundus potentius non regnat quam in monasterijs.

Quem uota tenent, metum abiunciat & talia nihil curet, nam de his mox plura.

## ARTICVL VS XXVIII.

*Quidquid deus non uetat & permittit, iuste fit. Ex quo dicimus matrimonium omnibus ex aequo conuenire.*

Prior pars clara est, nempe iustum & rectum est peccatum esse, nec peccatum, quod deus permittit & indulget. Quod uero iuste & bene fiat quod deus nō uexit, testimonij probabimus.

Rom. 3. Paulus dicit per legem peccatum cognoscit. Supra quoque ex Deuteronomij cap. 4. et 12. ostendimus, legi dei nihil addendum, nihil detrahendum esse. Ex hisce sequitur, peccatum nequaquam esse quod deus non uetat. Nam si uerbo Dei addi nihil debet, nemo id efficere potest, ut sit peccatum quod deus non prohibet. Nam per legem peccatum cognoscitur. Si ergo lex dei huc nō uetat quem homines uetant, nihil nobis ultra legem addendum, nō enim

Raz. v.

possimus ut peccatum sit, quod lex peccatum esse non indicat.

<sup>2</sup> Ad hominis certe testamentū nemo addere quidquam audet, nemo detrahere, Gal. 3. Humanę ergo additiones non possunt efficere ut aliquid sit uel bonum uel malū. Hoc tandem & hoc solū malum est, quod contra uoluntatem fit dei.

<sup>3</sup> Ioannis 9. Christus ad phariseos dicit: Si cæci es-  
setis, peccatū non haberetis: nunc uero dicitis, Vide-  
mus, idcirco peccatum uestrum manet. Hic Christus  
ipse ostendit, eos qui legem, id est uoluntatem dei i-  
gnorant, peccatum non habere. Hoc nimirū intelli-  
go, si scilicet lex omnino non esset data: si uoluntas  
dei omnino non esset manifestata, nam post pro-  
mulgatam & latam legem neminem insontem ei-  
scē puto.

<sup>4</sup> Sic Ioan. 15. Christus dicit: Si non uenisssem & lo-  
quutus fuisset, peccatum non haberent. Forte hoc  
uerbum Christi & apertum satis, peccatum non esse  
ubi deus non loquitur aut uerat.

<sup>5</sup> Ad Ro. 7. Paulus pluribus uerbis hoc ostendit, di-  
cens: Peccatū non cognoui nisi per legem, nam con-  
cupiscentiā peccatum esse non cognoscēbā, donec  
lex diceret, Ne concupiscas: peccatū sine lege mortu-  
um erat, hoc est nihil erat. Firmū ergo erit, iniustum  
non esse quod deus non prohibet: quod iniustum aut  
iniquum non est, peccatum nō est: quod peccatum  
non est, iustum & rectum est.

<sup>De iusto & bono</sup> De iusto & bono non sic loquimur quod aliquid  
<sup>ab homine fiat</sup> sic iuste & recte ut Deo sit dignum,  
sed

sed de eo iusto & recto, quod quā à deo non sit uenit, nos deceat, & quod possit absq; peccato fieri à nobis. Alioqui nihil recti, nihil boni, nihil denique iusti ex nobis esse, aut à nobis fieri potest, quum sumus omnibus modis corruptissimi.

Obijci posset ex cap. 2. ad Rom. Quicunq; sine lege peccauerunt, sine lege peribūt. Sed hæc obiectio nihil efficit. Nam Pauli sensus est, Quicunq; legem Iudeorum non acceperunt, nihilominus absq; lege peribunt, si contra legem fecerint, nam sine lege nō sunt, utcunq; legem Iudeorū scriptam non habeāt, habent enim legem dei intus in corde scriptā, quæ lex insculpta adscusat & excusat, ut ibidē Paulus docet. Quæ autē sit lex naturæ (ego spiritū dei esse existimo) iam differemus. Adhuc peccatum nihil est, quām quod deus aut expressis ac disertis uerbis, aut intus uerat ac prohibet. Quod ergo neḡ in lege dei scripta, neḡ in lege naturæ ueritum est, peccatum esse non potest.

Ex prædictis facile colligitur & probatur ultima articuli huius particula, matrimonium omnibus licite & recte conuenire. Nam deus matrimonium nusquam uerat, sed potius præcipit. Lex quoq; naturæ matrimonium non prohibet. Honorabile enim est cōiugium apud omnes nationes, etiam apud infideles. Et ab initio creationis adiutoriū homini adiungit, quam ischa uocauit, ac si dices\* uirā, ein mān nin, non uirum uiro, sed uiro fœminam copulat. Ex quo facto Dei intelligimus, omnes filios Adæ auxilio fœminarum egere. Taceo iam quod

*O hinc f.*  
Lex naturæ non minus obstricta quā lex scripta.

Matrimonium omnibus conuenit.

*Hebr. 13:*

*Vel, ut agi  
nem.*

**Gen. 1.** deus iubet ut crescant & muli fiant, quibus uerbis non uirtutem duntaxat tribuit, sed etiam legem fert. Qui enim steriles erant in ueteri testamento contempti erant.

## ARTICVLVS XXIX.

*Qui ecclesiastici uulgo seu spirituales uocantur, peccant, dum, posteaquam senserint castitatem sibi à deo negatam, non uxores ducunt aut nubunt.*

**Castitas do-**  
**nūm dei est**

**C**aste uiuere donum est dei, carni omnino impossibile, quod Christus ore suo testificat Mat. 19. Non omnes capiunt hoc uerbum, sed quibus datum est. Postquam ergo aliquis sentit sibi hoc donū esse uel non datum uel negatum, ducat uxorem aut nubat: nam castitas seruari nō potest, nisi ab ihs quibus à deo donantur. Quisq; in se experitur, quanti, quamq; uiolenti sint carnis affectus, quantumq; ignis exæstuet, præterquam quod plures opus ipsum patrarent & sese cōtaminant, siue id fiat complexu uiri & fœminæ, siue alijs modis absurdioribus. Quandocūq; ergo sic flagrat ignis atq; sic erūpit ut astenosum uincat & cogitationem captiuam ducat, uxorem ducat aut nubat. Melius enim est nubere quamuri, 1. Cor. 7. Qui furentem adeo affectum carnis suæ sentit, ut mens semper exæstuet, satis causæ habet ut matrimonio se iungat, sentit enim sibi donum castitatis à deo negatum esse. Qui castitatem seruant & ipsi affectus sentiunt, sed non tam impetuosos

tuos & æstuantes, quin ferre possint, nec adeo  
 mens eorum capitur. Veruntamen in tanto nu-  
 mero simulantium castitatem, talium pauci sunt,  
 ut mirum sit quomodo quotidianum tormentum,  
 & carnificinam conscientiae ferre possint,  
 quum plerunque caste haudquam uiuant, in-  
 terim tamen non nubentes in conscientia se se-  
 condemnent. Debent ergo contrahere qui huiusmodi  
 sunt matrimonium, quod si non fecerint, peccant.  
 Nam scortatio & immundicia extra matrimonium,  
 nec in ueteri nec in nouo testamento permititur,  
 quin sape prohibetur. Matrimonium obuium est Matrimo-  
 omnibus. Christus dicit Matth. 19. Qui potest ca-<sup>nium omni-</sup>  
 pere capiat. Illis qui possunt, permittit Christus ut cessum.  
 caste uiuant. Qui uero sint huiusmodi qui cœlibes  
 uiuere possint, supra auditum est, nempe ij, quibus  
 hoc à deo datum est. Matrimonium quoq; eodem in  
 loco simul cum fide & præcepto eius graphice de-  
 pinxit, quum diceret ad pharisæos: An non legistis,  
 quod qui ab initio hominem creauit, masculum &  
 foeminae eos creauit, & dixit: Propter hoc (propter  
 huiusmodi copulā & societatem ad quam eos crea-  
 uit deus) relinquet homo patrem & matrem, et ad-  
 hæredit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam.  
 Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo  
 deus coniunxit, homo ne separet. Existis uerbis  
 non solum generalis sensus elicetur, sed insuper  
 hoc quoq;, quandoquidem deus marem & foemi-  
 nam simul creauit, & ut simul essent creauit, nemo  
 debet illis præcipere ut soli sint, Deus enim matri-  
 ce

monium instituit, nemini ergo debet interdicī. Hūc esse sensum Paulus i. Timoth. 4. docet: *Spiritus cero loquitur, quod posterioribus temporibus quidā descendent à fide, attendētes spiritibus impostoribus*

**Dæmon au-** & doctrinis dæmoniorum, per simulationem falsi-  
thor est do-  
**ctrinæ, quæ** loquorum, cauterio notatam habentium conscienciam, prohibentium contrahere matrimonii. Ob-  
prohibes. serua à quo magistro hæc doctrina ueniat, quis sit  
huius dogmatis author, quæ ab hypocritis simulatum castitate traditur. Quod si dæmon author est,  
quod quibusdam matrimonio interdicitur, conse-  
quuntur deum esse authorē concessi matrimonij. Bo-  
num est, inquit Paulus, homini uxorem non attin-  
gere: attamen propter stupra uitanda, suam quisq;  
uxorem habeat, & suum quæq; uirum.

Omnino uides similem esse ab initio doctrinam  
hanc doctrinæ Christi Matth. 19. Bonū scilicet esse  
si homini sic exhaustum & edomitum corpus con-  
tingat, ut sine uxore cœlebs uiuere possit. Quod si  
omnino operibus carnis operam dare uoluerit, scor-  
tari non debet, sed propriā ducere uxorem. Quisq;  
dicit, neminem excipiēs, nec sacerdotem nec ullum  
**Monachi à** hominem, nam monachi & monachæ tum nondū  
**præcepto** nati erant: comprehenduntur ergo cum alijs homi-  
**Christi non** nibus sub dictione (quisq;) quod & leges humanæ  
**excipiun-** testantur. Innuptis autem & uiduis dico, bonum  
**sur.** eis est & tranquillum si ita manserint ut & ego.  
Quod si se non continent, contrahant marri-  
- nium: melius enim est nubere quam uri. Clara  
- sunt & aperta hæc uerba, & faciunt omnibus ho-  
minibus

minibus matrimonium commune & expositum, nempe si urantur. Si ueris uit, duc uxorem: si uremis mulier, nube, hoc si non facis, peccas. Seruus enim sciens uoluntatem domini sui & non faciens, uapulabit multis, Lucæ. 12. Voluntas domini est, ut si ignem uarentem senserimus, matrimonium contrahamus: quod si non secerimus, peccamus.

Opera enim carnis (debitum coniugale uocant) Debitū conpeccare in matrimonio, peccatum haudquaquam est, modo seruerit modus (posset enim quis panem edendo peccare.) Atq; hoc ualde absurdum uidetur papistis, qui misericordiis conscientijs uarijs seris, uinculis, & custodijs concubitum matrimonialem præcluserunt. Sed fortius & robustius est uerbum dei ipsorum somnijs, quod per sanctum Paulum sic loquitur 1. Cor. 7. Si duxeris uxorem, non peccasti: & si uirgo uiro nupserit, nō peccauit. Ducere uxorem & nubere hoc in loco, nō est nuprias publice & solenniter celebrare sed hymenæum, nam ἡμέρα Gratias idem est quod debitū coniugale præstare. Quod si uirgo puella primo concubitu cum marito non peccat, quanto minus sequentibus?

Matrimonii enim in remedium salutare paratū est omnibus qui uruntur. Item Paulus ad Hebr. 13. dicit: Honorabile est coniugium ὑπὲρ inter omnes scilicet uel nationes, uel omnino. Si coniugium honorabilis res est, peccatum non est.

Iterum ministros uerbi sapientia diuina per os Pauli uxores ducere iuber, si quidem urantur. 1. Timoth. 3. Oportet episcopum inculpatum esse, unius

*Obiret.* uxoris maritum. Nec est quod pontificij hæc uerba  
aliò detorqueant: mox enim sequitur, Qui liberos  
habeat cum omni subiectione, &c. Obiter hic quo-  
rundam obiectionibus satisfaciām, qui sic obīciunt:

Quis sacerdotum liberos in matrimonio suscepitos

*Avis.* educabit? Quos ego rursus interrogō: Quis spu-  
rios & uago concubitu et scortatione suscepitos edu-

cat? An non satius esset, quum omnino patres esse  
uolunt, liberos legitime suscipere, quam tam fœde  
& inhoneste? qui quādoquidem ab omnibus sunt  
contempti illiberaliter educātur, & originem suam  
referentes meretrices fiunt & lenones.

An hæc est Christianorū prudentia, creaturas dei  
innocētes figmentis nostris sic dedecore afficere &

ignominiosas facere? Et quos deus creauit ut uiue-  
rent, nos honeste ut uiuant nō permittamus? Quod  
si in matrimonio suscepint liberos sacerdotes, edu-  
cabunt illos in omni obediētia & subiectione cum  
reuerentia: hoc si minus fecerint, coercent eos ma-

Sacerdotes gistratus ut cæteros immorigeros. Si restiterit stul-  
magistratiū sacerdos, simul cum liberis amandabitur. Nam  
parere de- beat.

quod sacerdotes sic sacerdotijs adfigūtur (inuestire  
uocant ipsi) ut amoueri uel pessimi nunquam pos-  
fint: quod ipsis exemptis & immunibus impunc  
omnia licent, res est pestifera, & per tyrannidē pon-  
tificis Romani inuecta. Velim sacerdotes in ordi-  
nem cogi, & magistratiū ut cæteros subesse, magis-  
tratiū nempe sub quo degunt, nam hoc deus iubet.  
Sed de hoc postea.

Ad Titum 1. cap. idem docet Paulus, Constitue  
oppid

oppidatim presbyteros sicut ego tibi ordinaui, si quis est inculpatus unius uxoris vir, &c. Ex testimonijs supra citatis ergo satis fit manifestum, omnes qui scortantur, aut sic uruntur moleste ut mens sibi parum constet, & non contrahunt matrimonium, peccare; iubet enim deus matrimonio unctioni carnis mederi.

Satis dictum puto de hac re ut pluribus minime sit opus, supereft ut foeda scortatio ecclesiasticorum ex ecclesia Christi tollatur. Sed magistratus publici negligentiæ notam non effugere possunt, qui quæstus aut metu episcoporum hypocitarum deterriti tam diuinum & honestum negotium non exequuntur. Nec turpes & inhonesti sunt sacerdotes qui uxores querunt, sed honesti & pi Christiani. Non ignorant molestias matrimonij, sed conscientia eos quotidie monet, ut honeste uiuant, quam dum audiunt, honeste uiuere in uotis est, uel cum molestia. At hi turpissimi sunt nebulones, qui quæ à Venere abstinere nec uolunt nec possunt, matrimonium nichilominus ut rem turpissimam & illicitam damnant & abhorrent. Facile hoc erit probare si uelint.

## ARTICVL VS XXX.

*Qui uouent castitatem, stulta præsumptione, & puerili arrogancia tenentur. Qui ergo ab eis uota huiusmodi uel exquirunt uel oblata recipiunt, iniuriam eis faciunt, & tyrannidem insimplices exercent.*

**P**Rior pars hoc fundamento nititur, quod impossibile est cuiquam ut caste uiuat, nisi hoc dono à deo sit prædictus. Si dei donum est castitas, & neqStultum est uouere qd non habes.

quaquam nostrarum virium, quid ergo uouemus,  
quod in potestate nostra situm nō est ut præstemus?  
An hæc nō est ingens stultitia? an nō res infantilis?  
Nō secus est, quām si quis obsequium paret se præ-  
stare amico, si uoueat suis expensis se confecturum  
negotū. Adhuc tamen placet nobis stultitia nostra  
supra modum, adeò, ut plus hæreamus nostræ per-  
tinaciæ quām infallibili uerbo dei. Quod Salomon  
in Prouerb. cap. 12. taxat, dicens: Via stulti recta in  
oculis eius. Et 28. Qui confidit in corde suo, stultus  
est. Vouere castitatem aut coelibatum quid aliud est  
quām suis viribus cōfideres? Stulti ergo & pueri sunt  
qui hoc faciunt. Quidam in puerili ætate ab anima-  
rum parricidis et sectarum authoribus pelliciuntur  
ut huiusmodi uota faciant. Qum vero adulti iam  
sunt, uidemus quām ægre seruent, bis scilicet peio-  
res authoribus sectarum, Matth. 23.

Impij sunt,  
qui uota ca-  
stitatis reci-  
piunt.

Ex quibus iam altera pars articuli consequitur,  
impudenter scilicet & audacter peccare eos qui uo-  
ta ista recipiunt: sciunt enim uota haud quam  
seruari, adhuc tamē iuramento finū adstringi sim-  
plices. Quod si hoc ex scripturis non norunt, in sese  
tamen experientur, sciunt enim quantum imperum  
adfectuum ipsis in iuventa senserint, quantam con-  
scientiæ carnificinam, quām misere discruciatissimis  
& id idem alijs contingere quomodo ignorant.  
Adhuc tamen simplices fraudant, similes illis qui in  
periculum graue adducti, cæteros non monent, sed  
patiuntur evā alios in simile periculū incidere, ut so-  
latiū ipsis sit in miseria habere consortes. Nēc est ut  
quisquā

quisquā hic simulet se adfectibus huiusmodi nunquam fuisse tentatū. Nam Christus dicit Ioā. 3. Quod ex carne natum est, caro est. Ergo & ipsi caro sunt, si milesq; adfectus habent quos caro generat. Quod siquidā sunt qui uehementes adfectus (quod ad operā attinet) nō habent, ex gratia dei tales sunt, non ex uiribus suis. Hi simul hanc gratiā habent, ut grātiā sint deo pro dono tanto, facile cognoscentes aliorū infirmitatem, cui & parcere proni sunt. Sed contra vinculū matrimonij tam honestū, contra doctrinā Christianam, nemo uehemētius pugnat quam maximi hypocritæ. Posteaquam uero uerbo dei sumus edociti, omnē hypocrisim deferere in promptu est, nisi quod uota & iuramenta semel facta plures impediunt, pudet enim eos promissa non præstare. Diccam ergo iam de uotis.

## D E V O T I S.

Loquimur hic de uotis nō quatenus fidem datā. Acceptamq; inter homines significant, nā hanc quisque recepiā præstare debet, nisi perfidus uelit esse coram hominibus, præterquam quod præcepit dei uiolat, Ne feceris alij quod tibi fieri nolis: item, Ne mentiaris, &c. Sed loquimur de his uotis quæ deo fiunt, ut quum homo se daturū aliquid deo promittit. Votum enim in ueteri testamento pro dono aut oblatione capi manifestum est, præsertim in Leuitico, Numeris, Deuteronomio. In Psalmis & Libris prophetarum uoti ratio etiam talis est qualem

Votum pro  
dono & ob  
latione.

„ dixi, quantum ego memini, ut scilicet donum signi  
 „ ficeret quod quis deo uouet, uel pro gratiarum actio  
 „ ne si iuuuerit deus, ut saepe David uouet in Psalmis,  
 nempe quod liberatus uelit canere gloriam dei, &  
 instaurare religionem collapsam, vindicare iustiti  
 am, & rem publicam asserere, &c. Sic Psalmo 56. In  
 me sunt o deus uota tua que reddam, nempe laudes  
 & gratiarum actiones. Sic Psalmo 60. & alijs. Sic Ia  
 acob uouet uotum domino Genes. 28. Deinde sa  
 crificia etiam significant uota, que tamen Christum  
 uerum sacrificium præfigurant. Nec obstat quod  
 Numerorum sexto uotum est de Nazaræis, nam &  
 hoc nihil fuit quam sacrificium, nempe quod hom  
 eo se deo dedicat, ut peculiari quodam ritu coram  
 eo ambulaturus sit, cibum, potum, & externum ha  
 bitum maxime respiciens, &c. Ideo uotum Nazaræ  
 orū inter externas ceremonias recenserunt, tametsi in  
 stitutum uitæ pro arbitrio libere suscepimus potius  
 quam uotum dici possit.

De uotis in uniuersum hoc dico, quod per Chri  
 stum sunt aboliti. Nam quemadmodum sacrificia  
 quandoquidem in Christum typi erant, & in Chri  
 sto consummantur, post Christum unicum sacrifici  
 um quod in æternum expiat abolentur; ita de uotis  
 censeo, sacrificia enim fuerunt oblationes & cere  
 moniae quædā, quæ Deus nō in hoc instituit ut du  
 rarent, sed in pœnam ne Israel idola sectaretur, Eze  
 chielis 20. Esa. 1. Quæ ergo de uotis in veteri testa  
 mēto sunt prodita, infirmiora sunt quam ut hoc ge  
 nus uotorum, quod apud pontificios uigerat, adpro  
 bare

*Iacob.*

*ii*

Vota in  
Christo  
sunt abo  
liita.

bare possint: nam his corpora & animi hominum  
deo adstringuntur, uetera externa tantum respicie-  
bant & dona quædam, quæ per Christum qui pi-  
gnus gratiæ factus est, sunt abolita. Quum ergo do-  
norum uota ad nos nihil pertineant, uidebimus in  
quo uota animi sint sita.

Inuenio tria ista uota, obediëtiæ, castitatis, & pau-  
pertatis in hypocrisi & idololatria fundata esse. <sup>Vota tria</sup> Nā <sup>monacho-</sup>  
<sup>rum.</sup>

de persona externa cucullorum & signorum, satis  
superius dictum est et probatum, eam nihil esse quā  
dolum et imposturam. Primū de obedientia, de qua <sup>1. Obedientia</sup> pontificij sic tradunt: An non id bonum est, ut ho-  
mo se abneget, & se alterius uoluntati & præce-  
pro subiçiat? Respondemus: Quod in libris Regū <sup>1. Reg. 15. 1. 56</sup> de obedientia dicitur, de ea debet intelligi qua quis  
deo paret, cui soli obediendum, nec debet homo a-  
lia excogitare quibus deum colat, qui nondum pre-  
stidit quod deus præcipit & flagitat. Res ergo præ- <sup>Eyxw̄iugw̄</sup>  
clara est obedientia, sed ea qua deo paremus primū, <sup>1</sup>  
deinde ijs quibus ex præcepto dei parere debemus. <sup>Tr</sup>  
Quod si quis se illorū potestati eximit et subducit,  
quibus parere iussit deus, idq; per fictā quandā obe-  
dientiā, obediëtia talis nihil est, quām hypocrisis &  
impostura aduersa præcepto dei & ueræ pietati. Ut  
dū quis se abbati aut Priori (quē uocat) subiçit de-  
serens parentes, quibus nec paret nec prouider, hy-  
pocrisis est, in quam authores sectarū simplices per-  
traxerunt, ut obedientiam quam deo, magistratui,  
parentibusq; debebant, sibi præstent, quasi ipsis pa-  
rere præstet obediëtia quæ deo fieri debet. Quod

si homo obedientiam quam homini praestat, ei, quam  
deo parere deber, præfert, quid aliud hoc est quam  
idololatria? Hoc enim à deo desciscere est, dum quis  
creaturam deo creatori præfert, & uerbum eius Dei

**a. Pauper-** uerbo præponit. Paupertatem monachorum hy-  
tas. monachorum hypo- pocrismus esse, superius probatum est. Nemo enim  
cris. impudentius diuitias corradit quam monachi &

**1** sacerdotes. Idololatria est. Primum, quod cultum  
dei docet esse, si quis monasterijs diuitias det, & Mam-

**2** mom deus eorum est. Deinde, quod hi paupertate  
uouent in quorum potestate non est suum: sine deo  
enim nihil possumus, & opera nostra quatenus  
sunt nostra, bona non sunt, nisi quatenus sunt ex  
Deo. Quomodo uero potest homo uouere quod

**3. Castitas.** non habet, nisi deus det. Idem intelligendum de ca-  
stitate.

Deo ergo uouere id quod ipse præcipit, & quod  
deus solus dat ut seruemus, stulta idololatria est. Nam  
quod deus iubet & præscribit, seruandum à nobis est  
ob id solum quod deus iubet, cui omnes parere de-  
bemus. Quod si nobis persuasum est, hoc constanti-  
us & firmius seruari à nobis, si uoto nos adstrinx-  
rimus, quis non uidet pluris apud nos esse uerbum  
nostrum quam uerbum dei? plus tribui viribus no-  
stris, quam omnipotenti uirtuti dei? Quod quid as-  
tendit est quam idololatria?

Deus præcipit ut nostra largiamur pauperibus &  
egenis. Iam nihil est opus, ut uoueas paupertatem,  
**Luc. 3.** nam ex præcepto dei illam debes, nempe, si duæ ti-  
bi sunt tunice, ut alteram imparias non habenti.  
Similiter

Similiter de escis & alijs rebus intellige. Quod si  
hæc deo uoueris, in potestate tamen tua situm non  
est ut præstes, quin si tuis uiribus sisus fueris, maledi Hier. 17.  
Etus es, posuisti enim carnem brachium tuū. Votorum  
jam non uidet unde nobis perplexa hæc uota? Ex si origo.  
gmentis nimirūm de libero arbitrio, quod prouidē  
tiæ dei ex diametro repugnat. Ex homine denique  
ueniunt, qui est arbor mala à qua non nisi malis fru  
ctus expectandi. Nam mala arbor bonum fructū  
ferre non potest. Ex ignorantia salutis, nam si totā si  
duciam nostram in Christo collocaremus, si toti à  
Christo penderemus, sciremus nimirūm cucullis et  
uotis fidere, infidelitatem & perfidiā esse: sciremus  
nullam esse uiam salutis præter Christum, aliud osti  
um nō quereremus: sciremus omnes eos esse fures  
et latrones qui se pro Christo uendit: ferremus cru  
cem post Christum, &c. Vouere ergo curiositas que  
dam est, contemptus & eleuatio dei, & hominis ex  
altatio. Vouentes similes sunt filio qui patri recepe  
rat se abiturum in uineam, nec tamen faciebat, Mat.  
21. Sic tales uouent quæ præstare nec uolunt nec  
possunt.

Iterum obiisciūt pontificij: Si quis homini aliquid  
uouet & promittit, iustum est ut præstet, quanto ma  
gis deo? Responsio. Si homini polliceris quod te &  
illo est dignum, rem scilicet per se licitā, deinde pro  
ximo utilem & salutarem, præstare omnino debes.  
Quod si eidem quid polliceris quod non licet, uel  
quod nocet & perniciosum est, non præstas. Pue  
ro cultrum non das, utcunque promiseris. Hoc

Obiectio

Nobis.

exemplō discis nō semper præstari hominibus quæ uoueramus. Sed hic nihil opus est, ut tu paupertatē uoueas deo, obserua tantum & ausculta quid ipse tibi dicat, cuius præceptum & uerbum magis apud te ualeat quam ullius hominis uotum aut promissum. Tam abest ut deo uoueas seruaturum te uerbū eius, quod sine uirtute eius præstare non potes. Polliceris quod uides non præstari, imo non præstari posse ab istis qui solum hoc spectant quod uoto repugnat. Monachi & nonnæ paupertatem uouent, diuitias nemo ambit impudentius: obedientiā uouent qui ueram & à deo præceptam obedientiam & medio tollunt, & suam statuunt. Si ex Obseruantibus (quos uocant) quis cucullum aut uestem pauperi daret, transgrederetur regulā factionis suæ, Christi regulam minime. Ex quo consequi necesse erit, obedientiam monasticam Christianæ ex diametro repugnare. Illis ergo qui sic obijciunt: An non seruanda quæ deo uouimus? Respondere possum, quæ dominus per Esaiam, Quis hæc quæsiuit de manibus uestris? Uouimus deo paupertatem inquiunt: quis hæc à uobis requisuit?

Quum quæ præcepta à deo sunt uouetis, toto cœlo erratis, ut iam toties probatum est, & similes estis Petro cæterisq; apostolis, qui de suis uiribus presumentes polliciti sunt Christo in carcerem & morte se ituros cum eo. Deus operatur in nobis, fine quo nihil possumus: quur ergo nostris uiribus freui alii quid polliceremur? Nullus filius uouet patri se facturum quæ iubet pater: nam hoc si faceret, responderet

Obedientia  
monastica  
Christianæ  
repugnat.

deret nimirum pater & diceret: Non opus est ut uo  
ueas, debes sine uoto iussioni meç obtemperare, aut  
si contumax esse uelis, uerberibus te adigam. Inge  
nuus filius obseruat & colit patrem suum, cuius uet  
ba pluris facit quam uotum suum. Nos filij sumus  
dei & fratres Christi, ex nobis ergo nihil possumus  
nec debemus uouere, toti enim dei sumus. Quid er  
go opus ut uoueamus nos deo, cuius toti sumus?  
Mox ut uouemus, ostendimus nos non esse dei, nam  
si agnosceremus nos totos esse dei, non uoueremus  
nos fore dei, quasi ante uotum dei non fuerimus. Post  
uotum emissum iterum dei non sumus: nam etiam si factio  
prestaremus quæ uouimus, salutem tamen assequi non  
possemus: alioqui si nostris operibus salus constaret,  
Christus frustra mortuus esset, Gal. 2. Vota ergo pa  
pistica ex infidelitate & impietate fiunt, adeoque ex  
idolatria. Nam qui fidem habet, scit se per Iesum Chri  
stum filium esse dei, & is uouere non potest. Quia fidem  
dum non habet, uotum ideo uouet quod per hoc deo  
reconcilietur, quod ex diametro Christo repugnat,  
nam per hunc solum patet accessus ad deum. Qui  
credit, seruabitur: Qui non credit, condemnabitur.  
Ioan. 3. Mar. ultimo.

Vota ergo quandoquidem ex perfidia fiunt &  
contra deum pugnant, peccata sunt: nam quod ex  
fide, arbore bona, non est, peccatum est, Ro. 14. Hu  
iusti ergo tam imprudentia & impia uota om  
nes negare debent, non secus ac si de integro à gen  
tilismo ad christianismum converterentur. Arrogan  
tia ergo est & audacia, deo promittere quod suum est,

Qui uouet  
ostendit se  
dei non esse

Vota se p

Hoc ex uerbis Mosis Leuit. 27. facile colligitur Pri  
*ua.* mogenita quæ ad deū pertinent, nemo sanctificare  
 poterit & uouere, siue bos siue ovis fuerit, domini  
*ui.* sunt. Christiani omnes primogeniti sunt dei (Hoc  
*Con.* uarie in ueteri testamento præfiguratum & adum-  
 bratū fuit, præsertim in Israele.) Nullus ergo pius uo-  
 uere poterit se fore dei, quū antea sit dei. Siue em̄ mo-  
 rimur siue uiuimus, dominis sumus. Si quis hoc non  
 credit, mille uotis domini fieri non potest.

*Luc. 9.* Nec ualer quod pontifici⁹ ex Luca adferunt, ubi  
 Christus sic loquitur: Nemo ponens manū ad ara-  
 trum & respiciens, aptus est regno dei. Nā hoc uer-  
 bum Christi plus pugnat cōtra eos quām quod eis  
 patrocinetur. Christus his uerbis docet, quod quicū  
 que incōperit deo seruire & se sequi, postea uero cu-  
 ris & desyderijs mundi relabitur, is aptus nō sit re-  
 gno dei, hoc est, euangelico negocio. His ergo qui  
 uotis multū tribuunt dico, Si semel manū aratro ad-  
 mouistis, nimirū experti estis quām suavis sit domi-  
 nus, fisi estis gratia eius, nec aliud desyderastis in  
 quo salutē speraretis, nam si aliud adhuc quæreritis,  
 gratiæ dei non toti fiditis. Quod uero ex traditione  
 humanae sapiētiæ ad sectas & uota cōuersi estis, que  
 deus non solum non probat sed reiçit, argumento  
 est, uos adhuc manū nunquā serio aratro dominico  
 admouisse, sed retrocessisse antequā uia domini esse  
 tis ingressi. Nam quicunq; dominū rite experitur, à  
 seruo post hac non pender. Si aliquando fuistis fide-  
 les (quod non facile crediderim) admouistis ma-  
 num aratro, conuersi ad opera uestra, retrospexitis,  
 regno

regno dei inepti facti.

Fugite ergo à generatione ista adultera & nequæ,  
quicunq; ex infidelitate in huiusmodi errores estis  
prolapsi: fugite inquā nec tardius quām Lot à Sodo-  
mis: uertite oculos ad Christū ducem uestrū, conuen-  
dere ad ea quæ sunt à fronte relinquentes quæ à ter-  
go sunt, nec unquā retrospiciatis ad sectas. Optima Fides in  
uitate ratio & institutio fides est in Christū. Quicunq;  
in hac uiuūt, certi sunt se filios dei esse, operantur ea ratio,  
opera quæ deus præscripsit & mandauit, nō ut mer-  
cenarij, sed ut filij liberi & ingenui, qui iuxta uolu-  
tatem patris omnia operantur & faciūt, de præmio ni-  
hil solliciti: hoc enim totum patri committunt dispo-  
nendū pro suo arbitrio, certi se esse hæredes omniū  
bonorū paternorū, manent perpetuo in domo & fa-  
milia patris, nec se alteri familiq; unquam adscribūt.  
Sic docet Christus Ioan. 8. Seruus non semper ma-  
net in domo, sed filius semper manet Serui sunt qui  
pro mercede aut mercedis respectu seruiunt: filij  
sunt credentes.

Rursus obiiciunt ex 1. epistola ad Tim. cap. 5. de ui-  
duis quæ primam fidem reiecerunt, ubi fidem pro Fides et no-  
uoto intelligunt. Sed falluntur, nam fides et uotum  
diuersæ res sunt. Sed expendamus uerba Pauli dilig-  
gentius, & excutiamus sensum clarius. Viduæ tem-  
pore Pauli ex bonis ecclesiæ enutriebantur, quibus  
frui poserant donec innuptæ manerent apud ec-  
clesiam. Ibi tum erant quædam ( ut fragilis res est  
mulier ) quæ antequam matrimonium contra-  
herent libidinabantur: has dicit Paulus primam

Fides in  
Christū o-  
ptima uite

36

Fides et no-  
uum inter se  
differunt.

**Primam fidem frange te quid.** fidem fregisse, quod sine maritis operā dabant carni, nam quæ nubebant maritis, fidem haudquam reiecerunt, nam nubere omnibus mulieribus licuit:

Præterea nullo uoto adstrictæ sunt, dum ad ecclesiam reciperentur. Adhuc tamen quum absq; mariis foede laberentur, dictæ sunt primam fidem rejice re, nempe quæ uoluerunt honestæ uiduæ homini bus uideri & haberri, interim tamen carni seruire & foris simulare castitatem aut cœlibatum, detecta fraude, tum demum maritos querentes.

**Vota.** Quod dicunt: Vouete & reddite. Item: Vota metteddam domino. Ex superioribus satis responsi habent. Nam uota in ueteri testamēto aut externa quædam fuerunt dona & sacrificia, per Christum iam abolita: aut mentis deuotio, quæ Deo offerebatur non iuramento sed fide. Fides solo deo nititur & gratia eius: iusfirandum aut uotum suis uiribus, & idololatria est. Loquor hic duntaxat de eo iurei stando quod in uotis fit pontificis, ne quis peierandi aut iusfirandi contemnendi occasionem hinc accipiat.

## ARTICVLVS XXXI. DE Excommunicatione.

*Excommunicationem nemo priuatus ferre potest, sed ecclesia in qua excommunicandus habitat una cum episcopo.*

**Christi de excommuni catione sententia.** **P**rimum testimonia audiemus, deinde pronunciabimus. Christus quæ pater obsignauit quod uerax

merax est, Matth. 18. sic loquitur: Si peccauerit in te  
frater tuus, uade & argue eum inter te & ipsum so-  
lum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si ue-  
ro te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut  
duos, ut in ore duorum aut trium testium consistat  
omne uerbum. Quod si non audierit eos, dic ecclae-  
siæ. Quam si non audierit, sit tibi uelut ethnicus &  
publicanus. Amen dico uobis, quæcunq; alligaue-  
ritis super terram, erunt ligata in cœlo: & quæcunq;  
solueritis super terram, soluta erunt & in cœlo.

In his Christi uerbis tota ratio & uis excommu-  
nicationis comprehenditur, quæ alieno sensu uitiani  
non debent: nihil enim uult addi, nihil demi suo  
uerbo deus, Deut. 4. & 12. Iurisperiti quoq; tradunt  
legem intelligendam & interpretandam esse iuxta  
mentem legislatoris. Expendamus ergo sensum &  
mentem Christi, quod nam peccatum excommu-  
nicatione dignum censeat.

Mox ante hæc uerba de offensione loquutus erat,  
neminem debere esse tam charum, etiam si oculus  
fuerit, manus aut pes, quin si offendat excindi de-  
beat, ueluti morbi & putrida membra amputan-  
tur, ne totum corpus perdant.

Christus ergo sic loquitur: Si peccauerit in te fra-  
ter tuus. In te ô ecclesia, id est aduersum te. Sic enim  
soler Christus singulari numero multitudinem, id  
est, ecclesiam alloqui. Quod patet Deutero. 32. &  
Psal. 80. alijsçp locis. Israel si me audieris, non erit  
in te deus recens, in te non erit, id est inter uos ô Is-  
raelitæ. Item: Audi Israel, deus tuus unus est &c.

Sed hic, in te, pro aduersum te ponitur.

**Ob quæ nā  
peccata ex  
communicā  
eio feride  
beat.** Secundo loco dicit: Si peccat. Ex quibus uerbis sequitur, eos duntraxat excommunicandos esse qui peccant. Ob quæ peccata autem excommunicatio sit ferenda, iam superius auditū est, quæ ueluti contagio quædā offendunt & torum corpus inficiunt. Nam de peccatis quæ paſam non offendunt, loquutus est dominus Petro, ut septuagies septies fratri remittamus. Quin & excommunicatum post ueram resipiscientiam benigne recipiemus.

**Excommun  
nicatio pro  
xere alieno  
laram  
Christianam.** Ex quo sequitur excommunicationem pro debito pecuniario laram excommunicationem Christianam non esse: nam esse obstrictum ære alieno, peccatum non est, quatenus ex inopia uenit, & inopia non ex luxu & libidine, & quatenus debitor liberter æs alienum dilueret. Sed utcunq; si obærat, aliæ uiæ sunt quibus debitū extorqueatur, nempe per præcones, uiatores, aut exactores publicos, ut opus non sit episcopis, qui cuilibet fœneratori æs suum exigant. Sunt ubiq; locorum fora & tribunalia, apud Christianos quoq; magistratus & iudices, ut nihil sit opus alienū adpellare iudicem. Excommunicatione ergo quam in obæratos ferunt episcopi, dolus est & tyrannis, præsertim quam sine ecclesiæ consensu ferunt. Nam legislator non fallit, qui ob scelera duntraxat publica & ecclesiam offendentia excommunicare iubet. Nec uim ullam habet excommunicatione, nisi iuxta uerbum & mentem legislatoris feratur.

Christianus ergo excommunicationem proprie

zes alienum, non propter offensionem latam, non magis timeat quam si fœmina aliqua ex ira & impotentia muliebri ei maledicat aut dira imprecetur.

Apud deum hi soli ligati sunt, qui iuxta ueibum <sup>Quinam illis</sup> N.  
eius sunt ligati, alioqui nō magis sunt ligati quam <sup>gatt sint</sup>  
homicida sit qui uitulum mactat, qui famen & ipse <sup>a tu d e u m a</sup>  
occidit. Sed lex de non occidendo, de homine tan-  
tum intelligitur, quod is non debet sine causa oc-  
cidi & sine iure. Sic lex de excommunicatione ad  
publice offendentem duntaxat pertinet.

Tertio, admonendus est is quem ecclesia vult <sup>exs</sup> Admonitio  
communicare, id est clam absq; arbitris multo ante <sup>excommu-</sup>  
quam ejiciatur. Ut si quis adulter sit publicus & adul <sup>nicationem</sup>  
terio suo offendit ecclesiam, ab episcopo amice &  
clam admoneri debet.

Dispiciamus hic abusum episcoporum impiorum  
qui in ecclesia pauperem aliquē pro suggeritu pub-  
lico corā omnibus monent, id est pro paruo ære aut  
pullo. Reperies qui magnam pecuniæ summā da-  
ret, ne publice sic ridendus roti concioni propone-  
retur, & magno pudorem tantum redimeret.

Quis unquam tantam crudelitatē patrum audi-  
uit, quantam spiritales isti pares in miseros exercēt,  
qui pro pullo aliquo simplicem aliquem summo  
dedecore afficere non uerentur?

Quarto, si peccans occula admonitione moueri  
non potest, adhibendi sunt testes ut de priori admo <sup>Ad hibentis</sup>  
nitione conuincatur. Neq; enim testificationi facile <sup>+ teles</sup>  
credendum, quæ duobus aut tribus testibus probari  
nō potest. Deut. 17. Nec illud faciunt deuoti patres,

nam uitrici tantum sunt, qui liberis electis substantia ipsi potiuntur. Etiam si lana, lacte, pelle, & carne utilicuerit, non credo passuros, ut catelli ossa arroderent. Multos enim habemus paedagogos: paucos autem patres. Cor. 4. Multi se patres iactitant, pauci hoc factis exprimunt. Taceo hic dolum scribarum qui saepe citationes aut monitiones omitunt aut negligunt, excommunicationis sententia nihilominus in pauperes lata, quod etiam cum antichristianicis eorum legibus pugnat. Iam si quis de hoc apud deuotum patrem queratur: responderet, Nos non possumus omnia plana facere. Discedit miser & credit se ab episcopo solutum, propter uim & iniuriam sibi illatam. Post mensem ueniunt scriba, notarius, procurator & aduocatus, quin omnes inferiorum furiae, nouis expensis miserum onerantes, ex quibus donec totus pereat se explicare non posset. Animaduerti haec & technarum quibus uruntur plures annotaui, ut in loco depromerem. Sed cupio potius ut resipiscant, & simul deum oro ut eos illustret, ut sese agnoscant.

*S*ecunda excommunicatio sententia ferat. Postremo, offendens ecclesiae notari debet, nec tamen adhuc excommunicatus est, donec ecclesia discernit eum ejiciendum. Hic pulchra uidebis quae proferant ex armamentario suo pontificij tyranni. Dic ecclesiae dicit Christus, nimisrum adhuc semel ab ecclesia admoneatur, & tum demum si ecclesiae admonitionem spreuerit ejiciatur. Sed canes uenatici principum mendicorum publice in ecclesia proclamari curant his uerbis: Officialis reuerend. &c.

Excom

Excommunicat Nicolaum N. ut debitum soluat  
N. &c.

Quid audio? Episcopus ne solus excommuni-  
care potest? Putabam ecclesiæ esse datum. Forte epi-  
scopus solus ecclesia est? Christus dicit: Dic ecclesiæ.  
An ergo episcopus aut abbas ecclesiam significat?  
Vnius hominis non est excommunicatio, quicunq;  
tandem is sit, sed ecclesiæ. Non dixit Christus absti-  
nendum esse ab homine quum unam & alteram  
admonitionem contemperit (unicus ergo excom-  
municare non potest) sed tum tandem quum ecclæ  
admonitionem spernit. Nemo ergo præter ec-  
clesiam excōmunicare potest, in qua is habitat qui  
peccato suo offendit. Apud ecclesiam & pastorem  
ecclesiæ ius est in istum pronunciandi.

Iam de ecclesia, cui talis sit indicandus, pugnant Ecclesiæ  
pontificij. Nam ipsi episcopos (liborum sanctifi- quid.  
catores & murorū deformatores) ecclesiam uocant. 1  
Deinde tradunt excommunicationem ab episcopo 2  
latam ecclesiæ esse excommunicationem. Sed ob-  
seruandū (supra ea quæ octauo articulo diximus)  
ecclesiam in scripturis accipi aut pro omnibus Chri-  
stianis, qui in ipsis terris uisibiliter nunquam conue-  
niunt soli deo noti, atq; in hac ecclesia omnes sunt  
qui deo patre per Christum fidunt & nituntur, &  
hæc est ecclesia quam in articulis fidei profitemur:  
aut pro singulis quibusq; ecclesijs quas parœcias  
uocant. Conuenticulum ergo & conspiratio per-  
sonarum istorum episcoporum sub ecclesiæ no-  
mine comprehendendi nō potest, nec id possunt ex scri-

Die ecclesiæ  
no Abbati.

pturis ostendere quod ipsi sint ecclesia, etiā si rum-  
pantur: ecclesia ergo nequaquam sunt. Cui ergo  
ecclesiæ offendens peccator indicari debet. Adeo  
eclesiæ uniuersalem Christus nimis nos ire non  
mandat, nam hæc nusquam hic coit corporaliter.  
Quis enim omnes pios congregare posse? Restat  
ergo ut ecclesiæ iubeat Christus indicandum pecca-  
torem, quam parœciā uocamus. Voluit enim Christus  
hoc præceptio cauere, ne morbi da quis cæteras  
inficeret & contaminaret, nihil enim humanis mo-  
ribus tenerius, posteaquam temelii uitari cœperint,  
serpit morbus latius. Vt hoc caueatur, nemo magis  
apius quam episcopus, quam ecclesia: nam hi offen-  
dantis scelus optime cognoscere, mentem iudicare,  
& quomodo pœnitentia animaduertere possunt. Nō  
quod solus episcopus hæc facere debeat, quisq; hoc  
potest, si episcopus fuerit negligens.

**E**xcommu- **O** quam salutare remedium esset excommunicatio legi-  
nicatio legi- tio, si ea recte uteremur. Nam hoc pacto adulteria,  
tua saluta- blasphemias, stupra, ebrietates, maledicta, ocia, bella,  
re remediū. lenocinia, delationes, mendacia & huiusmodi sce-  
lera quam turbant ecclesiam, excommunicarentur &  
è medio tollerentur. Hanc salutarem medicinam  
Episcopi personati tulerunt ex ecclesijs, neminem  
excommunicantes quam eos qui sibi repugnant,  
qui eorum iura non obseruant, qui notarijs suis &  
non reddunt.

Vos apello ô Episcopi, qui estis apud Heluetios  
& Sueuos, et rogo ut me paulisper feratis. Superioris  
ribus annis eximiale bellū uidistis, in quo Helvetij &  
Suevi

Sueui Christiani cum Christianis depugnarūt tam  
atrociter, neq; ignorasti causam huius belli partim  
fuisse impudens conuitum et ingentē contumeliā.  
Nam atrox hoc crimen quod Sueui (de nebuloni-  
bus loquor & impijs, non enim dubito quin bonis  
& cordatis id displiceat) Heluetijs obijciunt, apud  
nullas gentes plectitur atrocius quam apud Helue-  
tios. Deinde quod & in Heluetijs facile inueniun-  
tur, qui fastu & libidine ducti Sueuis insultant, in  
templorū dedicationibus aut aliās, ex quo deinde  
periculosa bella & tumultus exoriūtur, neq; minus  
periculorū & tumultuū ex insultatione Sueorū in  
Heluetios nascitur. Iam incubebat uobis ex officio  
uestro ut huiusmodi conuitia et maledicta publicis  
prædicationibus ex ore uestrorū eximeretis: conu-  
maces excommunicatione coerceretis, idq; cum ius-  
tius ecclesiæ consensu. Hoc si factū fuisset, ingeni-  
bus malis fores fuissent præclusæ. In alijs certe satis  
diligentes estis, ut quū casus reseruatos mititis eccle-  
sijs, ut emendaretis ubique locorum ad fabricā diu-  
uirginis, ut exigatis cōsolationes, collectas, poena-  
les, primos, secundos etiā, fructus: subsidia, processi-  
onum pecunias, absolutiones, & huiusmodi nu-  
das. An non conueniebat intetim semel pulcherri-  
mam exhortationem facere ad ministros episcopa-  
tus uestri omnes, ut huiusmodi stultos iræ & inui-  
diæ affectus, & noxios morbos uerbo dei ex utriscq;  
tam potentibus populis eximerent & compescerent,  
ut utrinque pax, amicitia, & metus dei plantari pos-  
set? Meruo ne uobis unquam in mentem uenerit,

ut hęc faceretis. Et qui sit ut exactiōnum aliarū mentionem nullo unquā anno intermisisti, huius Christianę exhortationis mentionem nunquam fecisti? Simili modo de episcopis totius orbis loqui possē.

**Pauli de ex  
comunica  
tione sente  
pia.**

Redeo ad excommunicationem, quae ecclesię est in qua peccātū offendit, nullius priuati aut unici hominis. Hoc docet Paulus 1. Cor. 5. ubi in scortatorum sic scribit; Omnino inter uos stuprum auditur, & huiusmodi stuprum, quod nec inter gentes nominatur, ut aliquis uxorem patris habeat. Et uos in flati estis, ac non potius luxistis, ut tolleretur de medio uestrum, qui facinus hoc perpetrasset. Nam ego quidem ut corpore absens, præsens autem spiritu, iam decreui præsens, ut is qui sic hoc patrauit, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu, una cum potestate domini nostri Iesu Christi, tradatur satanæ ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit in die domini Iesu. Non est bona gloriatio uestra. An nescitis quod paululum fermenti totam conspersionem fermentar? Expurgate itaq; uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis in fermentati. Mox in eodem capite subnectit: Scripsi uobis ne commisceamini. Si quis quum frater, id est Christianus appelleretur, fuerit scortator, aut auarus, aut simulacrorū cultor, aut conuictior, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi ne cibum quidem capiat.

**Ratio ex  
communicatione**

Ex istis uerbis Pauli tota ratio excommunicatiois colligitur. Primo, peccatum & scelus fornicatoris, qui stuprum cum nouerca sua committebat, manifestum

nifestum erat, & offendebat ecclesiam. Secundo, nō satis est nosse, nisi simul ecclesia horreat, & tollat crimen. Tertio, Paulus nō solus per literas excommunicauit scortatorem, sed indicauit eum ecclesiæ Corinthiorum, à qua deinde est electus & exclusus.

Quarto, neq; Paulus neque ecclesia id fecit propria authoritate, sed potestate domini nostri Iesu Christi,

nimirum ea quā dedit ei, quum diceret: Quidquid ligaueris in terris, ligatuū erit & in celo, Matt. 18. Ex Sola eccles ia ligat.

uerbis ergo Christi & facto Corinthiorum, uide-

mus & ligare & soluere esse solius ecclesiæ, nullius unici, quisquis tandem is sit.

Quinto, quod huiusmodi traditio satanæ corpus duntaxat excludit, sed ea lege si peccatum suum agnoscit & deplangit, nec

animæ quidquam nocet, quum ei salutaris est & ui-

ce medicinæ, saluus enim fit spiritus. Sexto, quod ea scelera, ob quæ fertur excommunicatio, paulatim

serpunt & insciunt, non secus ac fermentum do-

nec torum corpus perdatur. Septimo, ea crimina ex communicatione expurganda esse quæ Paulus enu-

merat, nempe auaritiam, adulterium, &c.

Excommunicationem remittere & recipere ex-

communicatum seu soluere, item solius est ecclesiæ cum suo episcopo: quod idē Paulus ostendit 2. Cor.

2, quum monet recipiendum esse electum, ne dolore immodico absorbeatur, adflictum quidē esse ad-

tempus, ne peccatum hoc omnibus adscriberetur, ne uerba contaminaret: satis iam esse & tempus ut charitatem in eum ostendant, ut ueniā dent resipisci-

ti. Ex quibus uerbis Pauli, satis liquet excommuni-

IT

III

IV

Sola eccles ia ligat.

V

VI

Quæ crimin na excom munienda.

Sola eccles ia solius.

catum huiusmodi, tantum dolorem ex peccato concepisse ut Paulus hoc fuerit contentus, adeo ut ecclesiam admoneat ut condonent, et consolentur turbatum. Colligimus ergo ex praedictis excommunicationem non esse Papæ, non episcoporum personarum, sed ecclesiæ cum episcopo, ita tamen ut iudicium sit ecclesiæ. Eadem ecclesia quæ ligat, & solvere debet.

Sed dicit aliquis: Audio iam ex testimonio Scripturarum, excommunicationem papisticam nihil aliud esse quam tyrannidem & abusum. Quid uero mihi faciendum si me papa aut episcopus propter ~~et~~ alienum excommunicat, aut propter alias causas indignas? Nemo sine magistratu uiuit. Accedo ergo magistratus sub quo degis, & offer te iudicandum legibus municipalibus, hoc aduersario innocesce. Hoc si feceris, excommunicationem nihil curato (modo id fiat sine tumultu) minæ enim sunt impotentis animi, anigrae nihil possunt officere. Coram deo enim nemo excommunicatus est, quamvis qui iuxta uerbum & regulam Christi excommunicatur: de quo iam sequitur.

**Responso.** Ias indignas? Nemo sine magistratu uiuit. Accedo ergo magistratus sub quo degis, & offer te iudicandum legibus municipalibus, hoc aduersario innocesce. Hoc si feceris, excommunicationem nihil curato (modo id fiat sine tumultu) minæ enim sunt impotentis animi, anigrae nihil possunt officere. Coram deo enim nemo excommunicatus est, quamvis qui iuxta uerbum & regulam Christi excommunicatur: de quo iam sequitur.

## ARTICVLVS XXXII.

*Nemo potest nec debet excommunicari, quamvis, qui sceleribus suis publice offendit.*

**S**atis probatum puto hunc articulum ex 1. Cor. 5. & Matth. 18. Admonitos ergo uolo omnes ecclesiæ

clesiārum episcopos, ne tam utili gladio excommu-  
 nicationis erga oues suas abutantur: hoc est, ne ob-  
 æ alienum quenquam excommunicent, aut exco-  
 municatum ducant. Tamē si nihil ignorō, apud de-  
 um nō esse ligatas, nec excommunicatas, nisi iuxta  
 præscriptum & institutum Christi excommunicen-  
 tur: adhuc tamen conscientiæ eorum misere discru-  
 tuantur & offenduntur, nam falsa doctrina persua-  
 si, excommunicationē talem ligare putant. Præterea  
 magno dedecore corā uniuerso populo afficiuntur:  
 quod quām graue sit peccatū, Christus Matt. 19. (nā  
 sic intelligit ibidem scandalizāti Chrysostomus) do-  
 cet. Quid enim humano cordi molestius & tristius  
 conungere potest, quām si sibi persuader diaboli se  
 esse et damnatum? Aut qua re potest homo aliquem  
 pudefacere, quām si eum coram iusta & legitime  
 congregata ecclesia pudefacit & publice explodit?  
 An non uideris charissimi fratres, pontificios hac in  
 re multo crudeliores & inclemiores esse, quām  
 sint terreni principes? Nam hi neminem publi-  
 ce puniunt quām eum qui magna designauit fla-  
 gitia. Quum de debitis agitur, in neruum coniuci-  
 unt debitorem, illæsa interim conscientia (quam lē-  
 dere maximum est) nec publice coram ecclesia pu-  
 defaciunt. Illi uero egenum excommunicant pro-  
 pter egestatem suam, excogitatis ad hoc crude-  
 libus & tyrannicis ceremonijs, quibus miserum  
 satanæ deuouent. Atq; hanc fabulam coram eccle-  
 sia tota peragunt, quæ plus risus mouere deberet,  
 quām ingerere timoris. At horrorem adducit &

desperationem, ut periculum sit innumerarum animarum  
hoc telo confosias & perditas esse.

Rursus cōmonefacio, ut probe consideretis quanta sit excommunicationis utilitas. Ad tollenda facinora publica remedium aliud non est efficacius. Si ergo in ecclesia tua adulterio est publicus, qui adulterio suo totam ecclesiam offendit, scite feceris, si eum primo amice mones. Si non resipiscit, adhibe tecum duos testes & seuerius mones. Si pergit, ecclesiæ eum indica, quæ eū excōmunicabit & recipiet quando & quomodo deus docuerit. Sic faciendum censeo in omnibus flagitijs, ad quæ conniuere non licet. Nam alioqui omnes sumus peccatores, & quisque habet quod sibi à proximo remitti necesse sit.

**Gal. 6.** Alter ergo alterius onera ferat. In sceleribus autem publicis, quæ sine fronte & cum totius ecclesiæ offensione designantur, uirga Christi licet ferrea utamur, quæ salutaris est, ne totum corpus uitietur & corrumpatur. Incorruptos ergo & optimos mores inter Christianos homines, nemo plantabit magis, quam excommunicatione, modo legitime & rite ea utamur.

*Scio confratres charissimi, quid hic sitis obiecturi. Quis uero nos defendet? Scimus quidem in abuso esse excommunicationem, quam si emendare & recte uti cœperimus, non finet hoc episcopus.*

Respōdeo. Deus asseret uos & optimi fratres, qui omnia impiorum consilia dissipat. Quod si à uiolentia & iniuria te non asseret, dabit tamen interim uitutem, ut uim corpori illatam constanter & forte

titer feras. Sic enim fieri oportet. Fides Christiana ab initio sanguine eorum qui eam praedicauerunt parata & firmata est, crevitque uehementer. Conspurcata iam & foedata, non alia ratione (opinor) repugnatur. stiana sanguine para tur et repugnatur.

Constantes ergo estote optimi cōmilitones, nec eos formidate, qui corpus uobis occidere, animam occidere nequaquam possunt. Quandoquidem omnem fiduciam in solum deum collocare docetis: uos primum fidem uestram tolerantia malorum, que ad mortem usque perduret, ostendite. Sic uidebunt omnes homines uos terrena cœlestium amore & desiderio contemnere, quum mortem fortiter sustinetis, ut ad uitam æternam ueniatis.

Nolo autem ut quisquam immature aut plus a quo audacter se in periculum coniiciat. Nam si apostoli statim ab initio fuissent occisi, quis plātasser doctrinam euangelij? Requiero studium, requiro ardorem in docendo, ut summa fide ueritas proponatur primum. Quandoquidem enim solis his praedicatis qui Christi titulo gloriantur, fiet, ut uerbū Christi audiissime sint audituri. Dabit autem dominus uerbo suo incrementum, ut fructus plurimum adferat. Potestis interim infirmis (modo id fiat sine ueritatis iactura) non nihil indulgere & cedere. Hoc si feceritis, dubio procul dominus fortunabit uias uestras. Vos operam date ut solum uerbum Christi doceatis, & hoc uita exprimatis, cætera deo permetientes qui recte omnia administrabit. De me misero hoc loquor, quod & conscientia mea mihi testatur,

me s̄epe sollicitum fuisse, ueritum scilicet, ne doctrina Christi quibusdam in locis exagitaretur. Mox sapientiam suam ostendit deus, ut auxilium ibi adpareret ubi nullum fuisse credebatur. Citius per mulierculam aliquam negotiū suū promouet deus, aut per simplices quosdam & indoctos. Estote ergo intrepidi, estote fortes: aut minus uultis esse fortes quam ueteres. Iactatis ueterum fidem & ardorem, idq; facile credo uobis. An mihius fortis est deus ad uincendum hostes uestrorum quam fuerit olim? Sed fide nobis uincendum erit.

Accedit ad hoc, quod principes & magistratus regionum, prouinciarū & ciuitatū, mox ut rite de excommunicatione edocti fuerint uos defensuri sunt. Quod si supra cæteros falso spiritualiū errores, excommunicationē rite docueritis, papæ fastus & libido maxima ex parte subuersa iacebit. Hæc dico, non ut q̄s potestate sæculari & brachio humano nixus glorietur, aut spem suā in carne ponat. Verū in hoc glorietur & gaudeat, quod posteaquā quidam ueritatē oppugnant nec emergere sinunt, quam tamen scripturis sanctis oppugnare non possunt, solis stuporis excommunicationis armis hoc nituntur: detestata fraus sit & ueritas sic in mediū posita, ut uniuersi videant tela hæc innoxia esse: & non solum nocere nihil, sed plurimū utilitati, gloriæ & felicitatis adferre. Sic enim Christus docet: Beati eritis qui uos ostinerint homines, & eiecerint uos ē synagogis suis, qui uos exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filiū hominis, gaudete in illo die, et exultate:

exultate: ecce enim merces uestra multa est in cœlis.  
 In hoc ergo omnes gaudeant, præsertim magistra-  
 tus, quod fidos & fortis uerbi diuini ministros de-  
 fendere & asserere possunt à luporū ferocia, qui præ-  
 dicationem eorum ferre nō possunt. Nam postea-  
 quā huc uenit ut dentes excōmunicationis,  
 quibus ipsi pauperes mordent, uuluerant, & deuo-  
 rant, nihil amplius exhorrescamus (Nō enim debe-  
 mus metuere nisi excōmunicationē quæ ob publi-  
 ca peccata ab ecclesia fertur) de robore ipsorū & ty-  
 rannide statim actum erit. Esto ergo, os diducant,  
 dentes exacuāt & frendant, nihilo tamen magis me  
 tuatis quam si personatū aliquod simulacrum, quo  
 in ludis circulatores & histriones utuntur, minitare  
 tur. Ne uero falsi et insyncreti fratres (qui hostes sunt  
 nocentissimi) inter uos locum inueniant, et sub tute  
 la uestra uirus suum effundendi & falsam doctrinā  
 disseminandi ansam arripiant, cohibet eos tantis  
 sper, dum palam omnibus rationem reddant eius  
 doctrinæ quam in ecclesijs publicc proposuerunt.  
 Sic enim Petrus fieri docet. Nam si tales episcopis  
 remittitis, formidolosos & desperabundos ad pali-  
 nodiā cogunt. Vidi aliquando reuocationū & palī  
 nodiarū formulas quæ miseris præscribeban̄, tales  
 certe ut me episcoporum miseret, qui tam impia à  
 Christianis exigere nō uereantur. Ex Turcis nemo  
 talia exigere auius fuisset à Christianis. Quare, si en-  
 plicopi id à uobis exiguit ut tales eis mitatis ex-  
 minandos, nolite id facere. Non enim ueri sunt e-  
 plicopi, sed lupi potius: sed differte donec episcopi

Prædicato-  
res ratione  
reddere des-  
beneſuſ do-  
ctrinæ.

aduenerint, deinde hi, qui audiendi sunt, coram tor-  
ta ecclesia examinentur & conuincantur scripturis.  
Sic fieri ut neq; episcopi se spretos queri, nec nebulo-  
nes isti qui se doctorum nomine uenditani, nocere  
possint. Neq; potest ecclesia eorum falsa doctrina se-  
duci. Mox enim olfaciēt oues Christi uter sit pastor,  
uter lupus: qui scriptura recte uita, qui minus. Quū  
uero supra hæc excommunicauerint uos episcopi,  
laudate deum, argumentum enim certissimum est,  
eos scripturis esse destitutos. Ita peribunt succo uita  
li destituti quemadmodum cucurbitæ, humanis e-  
nim figmentis toti nituntur, quibus si non plus cre-  
ditur quam anilibus fabulamentis, de his actum e-  
rit. Scio consilium meum à pijs non posse calumni-  
ari, ut sit à pontificjs, quasi inobedientiam doceam.  
Veram enim obedientiam doceo, & Christianam,  
quæ omnia uiria in ordinem redigit. Verbum Dei  
docet uitandos esse lupos, quaq; ratione uitari pos-  
sint ac debeant, qui marsupium tantum obseruant,  
animas negligunt & interficiunt. Optarim quidem  
ut fastuosi illi, quibus nostra non placent, scriptis  
suis prodirent, & in arenam descenderent, suis colo-  
ribus idololatriam eorum depicturus essem. Nemo  
adhuc tam atrociter scripsit, qui eorum scelera pro-  
dignitate tractarit & in lucē protraxerit: quæ tamē  
omnia tolli facile possunt, si excōmunicatione recte  
uti uoluerimus. Nā frustra erit tum eorū excōmuni-  
cationis, qua omnia flagitia sua tueri. Etiamnū hodie  
quicūq; eos metuūt, excōmunicationis nomine me-  
tuūt, qua sublata Christi doctrina augescer, Amen.

ART.

## ARTICVL V S XXXIII.

*Ablata iniuste, non templis, monasterijs: non monachis aut sacerdotibus, sed pauperibus danda sunt, si ijs quibus ablata sunt restitui commode non possunt.*

**H**Vnc articulū apud pontificios assicerere & evint cere possem, si suam ipsorum doctrinam non negarent. Memini enim me hæc legere apud hos qui inter eos Summas quas uocant conscriperunt, nomina ut recitem uanum & superfluū est. Ita enim Pontificij scribunt, ablata iniuste restitui debere ante omnia possessoribus suis, si eos reperire licet: si minus, pau: peribus. Ultimo, si commode illis nō licet, templis, diunt. Sed animum desponderunt semel, negant ergo omnia tergiuersantes, nec suos audire, nec à dei uerbo in ordinem cogi uolunt. Sequitur ergo ut ipsi dīj sint, quibus qui credunt merito Pontificij aut Papi- stæ dicuntur, quemadmodum qui in Christum cre- dunt Christiani nominantur.

Posteriorem partem primo loco probabimus, Raping pos idēz scripturis sacris. Exod. 22. deus per Mosen sic tradit: Qui furatus fuerit bouem uel ouem & occi- derit uel uendiderit, quinq; boues pro uno bove restitu: restituet, & quatuor oues pro una oue. Quod de furto dicitur, intelligendum de rapina, deq; qualibet uiolenta direptione quæ sit præter fas & ius. Di- cit enim Isa. 61. Ego dominus diligens iudicium & odio habens rapinam in holocaustum. Hæc uerba offendunt deo haudquaquam placere, si quis alijs direpta & ablata uelit offerre. Vbi ergo sunt tyran-

ni maximi raptore, qui nouis subinde & uarijs modis suos deglubunt contra ius & fas? Loquor tandem de ijs qui sub Christi titulo exigunt, scio quid 2 magistratui debeamus. Deinde monasteria, templa, aut sacerdotia erigunt. An haec deo placent? Simul colligentur aliquando & raptore & qui rapinam ab eis sub specie pietatis accipiunt, nisi gratia dei ipsis succurret. Raptor non debuit aliena rapere, accipiens non debuit accipere, sed dicere: Restitue haec possessori & domino suo.

Cavete omnes pij ne rapina quoquo modo commaculemini. Rapere periculosum est: ne uos seducat splendor et fastus mudi: rapina utcunq; hic splendeat, alibi exuretur perpetuis flammis.

Hoc idem Christus docet Matth. 5. Quum offeras munus tuu ad aram, & illic recordatus fueris, quod frater tuus haberet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum coram ara, & abi prius reconcilieris fratri tuo, & tunc ueniens offer munus tuum. Haec reconciliatio non modo ad inuidiam aut odium trahi debet, sed ad omne id quo frater Iesus est. Qui enim Iesus est, hoc est cui ablata & raptta bona sunt, in gratiam cum raptore non redit, nisi ablata restituuntur. Quum ergo iubet reconciliari Christus, simul ablata & raptta restituere iubet. Restitutio nem, deniq; naturae lex docet. Tu enim peris ut in iuste ablata tibi restituantur: dignum ergo est, ut & tu, si quae rapuisti, alijs restituas.

In Marco Christus clarissimis uerbis dicit sacerdotes & pharisæos in hoc transgredi legē dei, quod falsis

falsis persuasionibus liberos huc ducebant, ut parentibus debitum auxilium negarent. Docebant enim id quod templo darent, datum esse parentibus. Et si quando egeni parentes à liberis opem postulabant, respondebant liberi, se id quod pater poscebat, templo adeo ip̄s ip̄s deo dicasse. Hac ratione in honorabant parentes liberi & praeuaricabantur legem primam secundæ tabulæ. Nam illic præcipit deus: Honora patrem et matrem &c. Hic honorare nō solum uulgatam significationē habet, sed significat etiam opem ferre & necessaria subministrare, ut ex uoculis Hebraicis & Græcis adparebit, si quis diligentius excusserit. Quod si in ueteri testamento exosa fuit procacitas Christo, malūq̄ p̄ceptum suum seruari quam ornari templum, facile colligitur deum haudquaquam uelle ut proximo sua rapias: quæ si rapueris, proximum est utreddas. Quid ad hæc dicent qui falso ecclesiastici aut spiritales haec tenus sunt appellati? Monachi maxime & cucullati, qui se nequaquam spinis aut tribulis, sed ficsis & uitibus adiungunt, blandisq̄ sermonibus & adulatrice lingua orphanorum & pauperum hæreditatem ad se trahunt. Morituris cucullum induunt, sed ea lege ut uiginti aureos nummos monasterio in testamento relinquat, in frigidam humū dulci mure deducentes & comitantes funus. Iurates uesperum aculeatarū et crabronum examen te audire. Quid, inquā, dicent, dum audiūt Christū pharisæos procaces tam duriter increpasse? Nam hi non minus pauperum facultates ad se trahunt quam olim

Quid sit ho  
norare pa  
rentes.

Pharisæi quæ parentum erant. Væ uobis hypocritæ & peruersores diuinæ tum uoluntatis tum legis.

**R**apine pau  
peribus dan  
de, si posses-  
sor uerus  
dels.

Iam altera pars cōclusionis sequitur, nempe pau  
perū esse hæc bona, si possessio præsto non est. Pro-  
bamus hoc ex uerbis Christi Lucæ 16. Facite uobis  
amicos de mammona iniquitatis, ut quem uos de-  
feceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Ami-  
cos quos facere iubet Christus, pauperes intelligo,  
quibus quicquid fecerimus, sibi factū Christus testa-  
tur, sc̄q; redditum esse mercedem benefacientibus  
pollicetur, ac si in eum ipsum beneficia contulissent,  
Matth. 25. Hi nos in æterna tabernacula excipient.

**D**iuitiae ini-  
quæ.

Diuitiae omnes iniquæ dici possunt, ob hoc nimi-  
rum, quod raro iusto titulo acquiruntur & parātūr.

Quod si de omnibus diuitijs intelligatur, sententia  
nostræ nihil oberit, sed potius confirmat nostra.  
Nam si omnes diuitias pauperibus impartiri iube-  
mur, multo magis eas, quæ iniuste partas scimus.

Sententiam Christi huc tendere, ut diuitias paupe-

**D**imissio  
nibus imparti-  
bus.

ribus impartiamus, sequentia declarant: Qui in mi-  
nimo fidelis est, in multo erit fidelis: Et qui in mi-  
nimo iniquus est, is & in multo iniquus erit. Si ergo  
in iniquo mammona fideles non fuistis, quod  
uerum est quis crederet uobis? Et si in alieno fideles  
non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Mi-

nimum quod credit nobis deus, hoc loco diuitias  
intelligo, exponente id Christo quū dicit: Si in ini-  
quo mammona fideles nō fuistis &c. Hic ergo erit  
sensus. Quum uobis benignitate sua diuitias largi-

**V**erum q.d. tur deus, & uos abutimini istis donis, quis iam ue-  
rum

rum uobis crederet excellentiora nempe dona uerbi & doctrinæ, sapientiæ &c. Nā dum diuitias inique corraditis, nimirum & ueritatis donum uitiaretis. Hoc sensu nostrum uocat quod hominis propriū Nostrum est, nempe, cognoscere deum, huic ut thesauro nobis quid. lissimo & optimo hærere.

2 Lucæ 11. sic docet Christus : Nunc uos pharisæi exteriora poculi catiniq; mundatis, & quod intus est uestri plenum estrapina & malitia : stulti, nōnne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est fecit? Veruntamen quod superest date eleemosynam ; & ecce omnia munda sunt uobis. Prior pars parabolica est aut metaphorica. Est enim similitudo tracta à uasis esculentis seu poculentis. Ac si diceret, Vos pharisæi non secus facitis ac si quis catinum aut poculum foris diligenter mundet, intus relinquat sordes. Sic uos corā hominibus omnia egregie et splendide per hypocrisim componitis & adornatis, intus pleni rapina & omni malitia. Eleemosynas quidē datis, sed in hypocrisi, cæterum corda uestra rapinæ inhiant. Expurgate ergo interiora, euellite auaritiā ē corde, & quod rapuistis, pauperibus erogate, & munda erunt omnia. A rapina absolutos ostendit, si rapta pauperibus dispartiantur.

Pertinent ergo rapta & iniuste ablata, dum possessori restitui non possunt, pauperibus, non templis, non monachis, non sacerdotibus.

Hoc deniq; obseruandum, iniuste ablata multi- Multæ sunt  
rapinarum  
species. phariam differre & uarij generis esse, de quibus hic dicere longum foret.

De speciebus singulis in scripturis nō fit mentio.

1. Est tamen, ubi restituere ablata hero nō bonum sit.

Ut quum imperator aut tribunus militum ab extero aliquo rege aut principe, sub cuius ditione non est, magnam uim auri corrasit. Nam principi aut regi nec uis nec iniuria facta est, nec inuitio pecunia ablatā.

Quin militi dedit uolens & mercedis aut suspendij loco. Verum imperator iniuste parauit hanc pecuniam quam iuste possidere non potest: danda

ergo non illi à quo accepit, sed pauperibus. Estritus ubi raptum restitui non potest, utcunq; optes, nempe ab innumeris extortū & ablatū, quos nosse

Monopoli. raptor non potest, tam abest ut eis restituat. Hoc in monopolis proh dolor nostræ ætate uidere licet,

Qui rotum orbem Christianum prægrauantingen tem uim auri cōparantes. Has diuitias iniustas esse quis non uidet? miris enim artibus caritatē rebus omnibus ingerunt. Hi ergo ad restitutionem adi gendi sunt. Sed quo pacto restituent illis quos neq; nosse neq; adire possunt. Pauperibus ergo largian tur necesse erit.

Cæterū quæ simpliciter rapta sunt aut furto ab

lata, possessori restituantur. Hæc quidem ex claris scripturæ uerbis probare non possum, sed ex Mosis & Christi uerbis supra citatis colligere licet. Dein-

2. de ex ipsa lege naturæ: non quidem naturæ corrupç; sed quam deus indit & scribit in corde fide lium. Quod si quis clariora & ueriora prodiderit de restitutione ablatorum, libens sententia cesserò.

Veruntamē puto conclusionem firmam esse, quod hæc bona templis, monasterijs & sacerdotibus non sint

fint danda. Neq; fino ut pro se citent quod Nume.  
5. scribitur, nam sacerdotiū translatum est, Ebr. 7. Et  
Christus summus sacerdos pauperibus dare iubet.  
Et articul. 24. ostendimus impium & blasphemū es-  
se, partem rapinæ deo consecrare, quasi uero scele-  
rum patronus esset deus, aut socius furum.

## ARTICVL VS XXXIII.

*Potestas quam sibi Papa & episcopi, cæteri q; quos spiritua-  
les uocant, arrogant, & fastus quo turgent, ex sacris literis &  
doctrina Christi firmamentum non habet.*

*Christus  
dominandi  
cupiditatē  
damat.*

**D**ominantur enim ferè hodie tantumq; nō res-  
gnant, qui omnium humilimi esse deberent.  
Hanc dominandi cupiditatem sæpe taxat Christus  
in apostolis suis, ostendens in quibus excellere de-  
ceat. Matth. 18. sic scribitur: In illo tempore accesser-  
runt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis maximus est  
in regno cœlorum? Intelligimus aut̄ per regnū cœ-  
lorum ecclesiā, in qua Christus per spiritū suum re-  
gnat. Et accersitum ad se puellū Iesus, statuit in me-  
dio illorū & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi  
fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingrediem-  
ni in regnum cœlorum. Quisquis igitur humiliaue-  
rit semetipsum, sicut est puellus iste, hic est ille maxi-  
mus in regno cœlorum. Verba hæc clara sunt, at-  
que ostendunt discipulos tum plane fuisse carna-  
les, dicit enim: Nisi fueritis conuersi, In quo sub-  
indicat affectus esse mutandos, de que imperio

nō magis sollicitos esse debere quām sint pueri. Neque in officio prædicandi neq; in alijs Christus Petrum alijs præposuit. Cæterum omnibus ex a quo primatum aperit, si uoluerint esse humiles. Qui enim omnibus seruierit, & se infra omnes deiecerit, summus erit & omnium primus. Sic in cæteris quo que uirtutibus colligere licet, ut qui omniū est manu etiissimus, humilius, patientissimus, &c.

Qui ergo pro summa sede pugnat & sumus esse contendit (hac excepta uia) Christi nō est. Nam qui sit omnium humilius, homines scire non possunt, solus deus nouit.

Locus de  
Ioāne Ma-  
tthi 11.

In laude Ioannis Christus sic loquitur Matth. 11.  
Amen dico uobis, inter natos mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista. Qui uero minimus est in regno cœlorū, maior est illo. Magnitudinē Ioannis ex magnitudine humilitatis Christus ostendit. Adhuc tamen mensuram humilitatis aut modestiæ non sic circumscribit in Ioanne, quasi Ioanne non possit esse quispiam modestior, sed simul ostendit si quis in ecclesia Ioannem modestia superat, hunc fore Ioāne excellentiorem. Nec absterreor ab hac sententia quod ducem in hac non habeam. Scimus enim quid regnum cœlorum sit in nouo testamento, nempe, ecclesia fidelium. Excellentiam ergo sanitatis aut dignitatis nō ex splendore aut titulo metitur deus, sed ex modestia, in qua Ioannem etiam nemo uicerat. Quod si quis Ioāne cupit esse superior, potest per uiam humilitatis & modestiæ id assequi. Quod cæteri hoc de Christo & angelis explanunt,

Regnū cœ-  
lorum quid  
sit in nouo  
testamento.

ponunt, nūhi alienius uidetur.

In summa, excellētia pro qua depugnat summus pontifex cæteriq; episcopi, ex scripturis firmamenti nihil haber, quibus in discipulis Christus dicit: Nisi conuertantur, & carnales ponant affectus, introire in regnum cœlorum nō posse. Sed omnes pro hac depugnarunt, in regnum ergo cœlorum non introierunt.

Petrus (quem caput suum faciunt pontifices & principem apostolorum, sine ramen scriptura) cap. 5. prioris epistolæ sic scribit; Presbyteros qui inter uos sunt obsecro, qui sum & ipse presbyter, &c Pascite quantum in uobis est gregem Christi, curam il lius agentes: non coacte, sed uolentes: non turpiter affectantes lucrum, sed propenso animo: neque ceu dominium exercentes aduersus hæreditatem (nempe dei) sed sic ut sitis exemplaria gregis.

Hæc uerba Petri omni imperio interdicunt his quos spirituales uocat, paucisq; uerbis exceptis clara sunt. Presbyterum seniorem uocant Græci, ætate Presbyter. antiquiorem & maiorem. Deinde compresbyterū se uocat Petrus, non Papam aut Pontificem. Postre mo loco oues iubet pascere. Hoc enim unicum est presbyterorum officium, ut oues domini pascant.

Porro curam ut gerant ouium præcipit, id est ut sint episcopi. Episcopus autem inspectorem & uigilem significat. Nō coacte sed uolentes. Quibus uerbis imperare uerat: patres enim esse debent, non domini, quibus se subdat populus sponte non inuitus. In docendo nō lucrum spectent, sed animi

propensionem ostendant, hoc est amorem Dei & proximi. Postremo ne exerceant dominium in formam, id est in ecclesiam dei, sic præcuntes, ut liberasse qui, & ut formam uitæ inueniant sequentes. Quid dicent pontificij, si ex simplicibus quispiam hoc dictum Petri eis obiecerit? Utinam arripiant hoc uerbum non Petri, sed spiritus sancti, & ponant fastum & imperium. Interrogo uos ô pontificij, si sedis uestræ author est Petrus, cur uerba eius contemnitis? Adparet ergo papatum sua libidine constare, contemptu Dei & apostolorum. His iam contenti probationibus, quod pontifices dominari in officio suo non debeant, sed humilitate & uirtutibus summi esse, ad alias probationes transimus, nempe, quod multo minus principes terreni esse debeant.

*Ecclœ mi  
nistri prin-  
cipes terre  
ni esse non  
debet.*

**Luc. 12.** Adolescens quispiam de diuidunda inter se & fratrœ hæreditate dominum compellans, sic respondsum accepit: Quis me constituit iudicē aut diuīsorem super uos? Ecce qui dominus & rex est omniū, à se functionem hanc reiçit, & ad iudicē adolescentem remittit. Hi uero, qui se loco Christi esse gloriantur, omnem iurisdictionem ad se trahunt, imō se super omnia iura præferunt, nec tamen sua ipsorum iura seruant.

**2 Luc. 22.**

Quum discipuli aliquando inter se disceptarēt, qd inter eos esset maior fuiurus, audierunt dominum, ita loquentē: Reges gentiū dominantur eis, & qui potestatē in eos exercent beneficū uocantur, V O S AVTEM NON SIC. Sed qui est inter uos major,

maior, sicut iunior: & qui princeps est, sicut qui ministrat. Quid darent pōtificij ut hæc quatuor uer-  
bula, Vos autem nō sic, essent expuncta? Quām bre-  
uibus omni interdixit imperio: sola modestia & sui  
deiectione magnos fore pronuncians. His uerbis  
omnis eorum potestas, splendor & fastus cedit, imo  
deīicitur & subuertitur. Adferant qualia uelint glos-  
semata, alium sensum adferre non possunt. Cirius  
ruitura sunt cœlum et terra, quām ut uel apex ex his  
mutetur.

3  
Matth. 24. grauibus uerbis minatur ministro qui  
conseruos uerberat absente domino. Hęc causa fuit  
ut eos sine facco, pera, & uirga amandaret ad offici-  
um prædicationis, ne diuinijs congregandis inhia-  
rent, ne tyrannidem in quenquam exercerent, Lu-  
ce 9.10.

His scripturis freti non patiamur ut potestate utā-  
tur, quæ se magistrati legitimo opponat, aut quæ  
ab hoc sit separata, hinc em̄ discordia nascit. Quod  
si omnino imperitare liber, si principes terreni esse  
uolunt, ponant officium apostolatus, ne cse sacerdo-  
tes dei iactitēt. Satius quidē esset, ut abbates & epi-  
scopi qui imperij tam sunt audi, monasterijs, cucul-  
lis & episcopatibus absoluerentur, fierentq; terreni  
principes. Cæterū bona ecclesiastica quibus ipsi pes-  
sime abutuntur, in usus meliores uerterent. Deinde  
& non crearentur posthac abbates.

Quandoquidem ergo ex scripturis manifestū sit  
eorum statum ex deo non esse, multo minus eorum

luxum & fastum, danda est opera, ut emendentur,  
addita tamē Christiana regula, et charitate innocua.

## ARTICVLVS XXXV.

*Magistratus publicus firmatur uerbo & facto Christi.*

**O**pposita iuxta se mutuo posita, facile elucescūt. Mox ergo superiori hunc subiunxi, ut clarissim adpareat pontificiorum dolus & impostura. Quū enim sentiunt sese uerbo dei tam clare prædicato uiētos, quum intelligunt fastum suum & potestatem interitura esse, adiungunt sese magistratibus publicis opem eorum huiusmodi uerbis implorantes: Si subuersionem status nostri fertis, mox uobis idem struetur exitium. Hæc sic loquuntur, ac si uis eis fieret, & non potius scriptura essent uicti, quæ scriptura magistratum firmat & sancit, omnesq; passim ad obediendū magistratibus adhortatur. Nihil est formidandum publicis magistratibus à doctrina Christi, nihil enim magistrati derogat, nihil contra hūc molitur Euangelium. Quin non est imperium ullum uel tranquillus, uel felicius, uel etiam diuturnus, quam quod audit Euangelium, & iuxta doctrinam Christi omnia moderatur. Nec est alia uia cōmodior & certior ad propagandum & seruandum regnum, quam metuere deum, & ad uerbum eius tremere, omnia iuxta uerbum & uoluntatem eius instituere. Hoc tyranni ferre haudquam possunt, qui pios & innocentēs non amant, sed ut quisque est

est audacior & peior, hoc magis illis probatur, hoc magis ab illis colitur. Et, ut Euripides ait, *is eis malus est, qui nihil mali perpetrat.* Euripides.

Quum per insidias interrogaretur Christus à Iudeis, liceret ne censum dare Cæsari, respondit: Red dñe quæ sunt Cæsar's Cæsari, & quæ sunt dei deo. Omnia ergo magistratui reddenda quæ debentur, siue obediencia, siue tributū, siue uectigal, ut ex posterioribus liquebit.

Neq̄ tamen ex his uerbis euincent, qui Summas Christus  
quas uocant scribunt, ut omnes Cæsari subsint. Nā Cæsaris  
Christus uerbis suis orbem totum non Cæsari subie monarchia  
cit, sed eos quos sub Cæsar's imperio reperit, Cæsa non confit.  
ri subditos esse mandat. Quos si sub Babylonio re- mat.  
perisset, huic debitum soluere præcepisset.

Christus præuidit mortalium genus nunquam tam fore innoxium, quin futuri essent aliqui tam nocentes, tamq; pessimi, ut eorum uiolentiam & iniuriam nemo ferre posset. Huiusmodi uero pestes & uomicae non malagmatis, sed ferro & gladio tolluntur. Atq; hisce inuigilant magistratus publici. Iubet ergo Christus & Cæsari, sub quo tum Iudæi agebant, debitum persoluāt crudelissimo domino. Sed unde hoc quod deo quæ debebant nō omnes persoluerant. Quod si omnes homines Deo præstarēt quæ debent deo, neq; Cæsare neq; principe opus esset, imo ex paradiſo nunquam fuissemus expulsi. Quandoquidē ergo deo non persoluimus quæ debemus, magistratu opus est, qui uiolentiam malorum & audaciam coercedat, et huius gratia debemus

illi quicquid debemus.

Facto quoque cōfirmat magistratus autoritatem

¶ Christus Luc. 2, quū adhuc in matris utero esset. Ioseph enim cū Maria sibi despensa uxore ascendit à Galilæa, uenitque Bethlehem, ut profiteretur cum uxore quæ erat prægnans. Deinde tametsi dominus & rex esset omniū, & rex super omnes deos, Cæsari censum dare uoluit, Mat. 17, ut nobis preferret exemplū imitari nolunt qui spirituales uocātur, qui die refricāt tributa & uectigalia quæ promiscue omnes pendunt magistratibus negāt, se liberos & exemptos dicunt. Quod quidem eis non inuideo, modo id à magistratu, absque dispecdio plebis accipiant. Quum uero hi diuitijs suis pauperes bonis suis spoliāt, magistratus autē nihilominus totam censu, uectigaliūmque summam à pauperibus extorquent: quis non uidet neque apud inferos hoc æquū esse? Deinde tyrrannis est, quod exemptionibus & priuilegijs olim ex certis fortasse causis à Cæsaribus & principibus aut pontificibus indultis perpetuo uti uolunt. Quis enim ei qui ante centum annos uixit, potestatē aut ius futurum seculum dominandi aut premendi dedit. Doctrina Christi communi iugo & obedientia magistratus neminem excipit, ut non cum cæteris fidelibus communia onera ferat. Quod si magistratus unum aut alterum publicis oneribus eximit, fieri hoc conuenit sine populi iactura. Sed consyderet quisque quid hæc exemptiones demum pariant.

ART<sup>II</sup>

ARTICVLVS XXXVI.

*Jurisdictio autem iuri administratio quam sibi dicti spirituales arrogant, tota magistratus secularis est, si modo uelie esse Christianus.*

**B**Reiibus hunc tractabimus, tametsi uehemens  
sit & fortis contra pontificios. Nā administratio-  
ne iuris & forensibus actionibus ablatis, attenuabū  
tur eorū res. Articulus hic firmatur uerbo Christi su-  
pra citato Luc. 12. ubi quispiā Christum compellās,  
ut haereditatis esset diuisor, hanc accepit responsio-  
nem: **Quis me constituit iudicē super uos?** Scimus  
quidem iudicium Christo traditū esse à patre, Ioan.  
5. sed hoc iudicium ultimis exequetur temporibus.  
Sed dum hic agebat, iudicandi posuit potestate. Ver-  
bum ergo eius & factū omnē iurisdictionem ponti-  
ficū & episcoporū fortiter frangit, & docet eos ut  
imperandi non sint cupidi, sed cum Christo dicāt,  
Quis posuit nos, &c. At patres spirituales sanguina-  
rias causas non extinguunt, non componūt, sed ha-  
rum sunt authores. Diutini belli quod in Galijis &  
Italia fuit, pontificem fuisse authorem quis nescie-  
t. Quum uidet sibi imminere Cæsarem, adhaeret Gal-  
lo: quum sentit Gallum sibi fore superiorem, deficit  
ad Cæsarem: atq; hæc omnia agit sub titulo Chri-  
sti & pacis. Interdicta ergo est ecclesiasticis omnis  
administratio iuris, quum alias totus orbis legibus  
bonis institutus sit, ut periculū non sit cuiquam talē  
um rerum quidquam defuturum. Sed pone quid-  
quam in administratione iuris desyderari, non

tamen hi se iudices facere possunt, quum officium eorum sit docere: & sic docere, ut ubique per magistrus ius & æquum diceretur, se uero iudices facere minime debent. Nam Christus qui omnium oppressorum & ministrorum uota clementer exaudit & eis consulit, hunc adolescentem exaudire noluit: nimirum hoc facto significans, non ideo uenisse ut ius iudicium infringeret. Multo minus hoc facere debent qui se apostolos Christi iactitant. Assessendi iuris potestatem dum adimimus pontifici & episcopis, non uolumus, ut doctrina iustitiam & iudicium non urgeant aut tueantur, sed uolumus ne hoc facto & uidentent, ut uidemus episcopos nostris temporibus facere, qui ius, m, & lese milibus & corporis custodibus sicut uentur, ut reges & Cæsares non magis possent. Et tamen Christus Petrum iubet condere gladiū, fore enim ut qui gladio pugnant, gladio sint perituri. Vnde discimus duobus gladijs quibus cōtentus fuit Christus post cœnam, non uim dominantium, sed expolitum uerbi diuinum gladium in ueteri & novo testamento deproprium, intelligi debere. Si Christus doctrinam suam aut se gladio defensum uoluisset, alium potuisset eligere exercitum quam p̄scatorū. Sed ad Petrum inquit: Reconde gladium in uaginam. Quod si Papa successorem aut uicarium Petri se gerit, cur Christi uerbum nō audit? Nam quod Petro dixit Christus, ad pontificem nimirum pertinet, quum sit Petri uicarius.

Adornat iam pugnam aduersus Turcam, ne familia

milia sua Romæ quid mali patiatur. Sed audi ô Pa-  
pa Christum: Reconde gladium, uindicabūt absq; de  
te sua regna & imperia principes terreni, uade tu &  
prædica uerbum & regnum dei. Sed de uita pericli-  
tor, inquis: an ergo uita tua uita Christi dignior?  
aut tuæ mortis magis pœnitendum quām mortis  
Christi? Aut plus pellēdus est Turca q; tuis imminet  
ceruicibus quām depellēdi erant scribæ & pharisæi  
qui Christo uim faciebāt? An nō uides (uides certo Turcica at  
nisi cæcus sis) huiusmodi persequitiones infidelium ma à deo  
nobis à deo irato propter scelera nostra immitti? An  
ergo dei consilium mutabis? I ergo & uerbo præ-  
dicationis sceleratam Sodomam ad pœnitentiam Roma So-  
reuoca: uerbo dei inquam, nō catapultis aut bom-  
bardis, non exercitu militum, non equitationibus  
episcoporum personatorum. Prædica inquam, &  
clama quemadmodum Ionas, quemadmodū Ioan-  
nes Baptista, quemadmodū Christus. Clama: Re-  
sipiscite. Nec alio utaris gladio quām gladio spiri-  
tus, qui est uerbum dei, Ephes. 6. Quod si non fece-  
ris, peribis. Hic Dauid ærea thorace pugnare non  
nouit. Quandiu uero ad arma ferrea uocas, omnes  
uidebimus te non esse assecram Christi, sed satanæ,  
imò antichristum.

Factu quod iubet deus, & pende ab eius uerbo,  
omnia diriger felicissime si ab ore eius pependeris-  
mus. Defensionem inuenier etiam si pessima Sodo-  
ma igne conflagrari. Deo gratia, quod nos uisitat, <sup>Romam So-</sup>  
castigat filios quos amat. Semel reprendere uult no-  
stræ conscelerationi pro merito, docere uult & eru-

dire ne posthac abominationes tam fœdas, quas Roma impudentissime coram toto orbe designare audet, impune regnare sinamus.

Si gens Iudaica ob impios sacerdotes & osores Christi funditus excisa est, nemo dubitare potest consilium dei esse, ut omnes puniamur, quod impuram & dishonestam conselerationem pontificiorum sine emendatione tantisper iulimus, & ad iam apertum scelus conniuemus.

In summa, respubliæ cum erūt tranquillæ, si iurisdictionem secularem sacerdotibus non permisent, nisi quatenus ad discendum et audiendum conueniunt. Omnes enim magistratibus aduersantur publicis, in quo & deo aduersantur.

Postremo iurisdictionis auctor assertio, magistratus est publici, quicunque tandem sint vindicandi sive sacerdotes, sive monachi: nam scriptura omnes magistratus subiicit, ut postea patet. Hoc ob id dixi, ne pontificij obiiciant locum Pauli, 1. Cor. 6. ubi dicit: Si quis cum altero negotiū habet, componat sub sanctis, non sub iniustis iudicibus. Quod pro se rapientes pontificij omne iudicium sibi arrogat. Tamen Paulus nihil ibidem loquatur quod ad sacerdotes attineat, sed docet potius sub contemptissimis in ecclesia litem esse dirimendam quam ut iudices ethnicos adeant. Quum uero iam principes, sub quibus fideles degunt & ipsi Christiani sunt, cur non ab his in huiusmodi rebus sententiam expectarent? Nisi periculum sit causa eos casuros propter fidem, quod hodie plerique uidemus. Posset tunc, si sine tumultu & seditione

seditione id fieri potest, æquū adire iudicē. Nā nihil interest inter eos qui infideles sunt, & eos qui Christiani sunt, uerbo autem Christi repugnant nec credunt, nisi qd falsi Christiani gentibus sunt peiores. Matth. 11.

## ARTICVL V S XXXVII.

*Magistris publicis omnes Christiani obedire debent  
nemine excepto. Modo contra deum nihil præcipiant.*

**H**ic articulus clare ostēdet in quo fundata sit potestas secularis. Roma. 13. Paulus sic scribit: Omnis anima potestatibus excellētibus subdita sit. Non enim est potestas nisi à deo. Quæ uero sunt potestates, à deo ordinatæ sunt. Itaq; quisquis resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistierint, sibi ipsis iudicium accipient.

Animā pro homine uiuente ponit, idq; suo, hoc est Hebraico more. Quod si papa, episcopi, sacerdotes, monachi & monachæ, homines sunt uiuentes, hic nimirum sunt comprehensi. Secundo, potestatem omnem à deo esse. Ex quo sequitur & impios ac malos magistratus à deo esse, sed in pœnam peccatorum nostrorum, Isaiae 3. Hic obiicit aliquis: Obiectio Ergo & Papæ obediendum utcunque pessimo, quum ordinatione dei sit ad punienda nostra peccata. Maxime. Sed simul perpendenda est gratuita clementia & misericordia dei, qua non dubito fore, idq; iamiam ut dominus nos sit sua manu & luce euangeliū ex hac grauissima seruitute edueturus, quemadmodum olim Israelitas, qui sub Pharaone pressi erant, donec tempus liberationis apper-

*Pek. 1.  
2. Quid.*

*Responsio:*

teret. Pharaoni dū sub eo erant obediebant, & dam  
permittebat deus. Misso Mose, ruptis mox Aegy-  
ptijs uinculis ducem dei sequuti sunt. Itaque nihil  
hac obliqua obiectione efficitur, quām quod non  
minus, quām olim Iudæi, ex captiuitate Papistica  
eripimur, idq; ex diuina prouidentia, quemadmo-  
dum hactenus, diuina prouidentia id procurante,  
eidem subiecti fuimus.

*Cætera uerba Pauli quæ supra citauimus clara  
sunt, quare ad alia transimus. Heb. 13. Paulus sic præ-  
cipit: Parete ijs qui uobis præsunt, & concedite, si  
quidem illi inuigilat pro animabus uestris (iterum  
anima pro uita) tanquam rationē reddituri, ut cum  
gaudio hoc faciant & nō gementes, nam hoc inu-  
tile uobis. Hęc uerba de magistratibus publicis Pau-  
lus intelligit, tamen si à pontificijs arripiantur, ut suā  
hinc tyrannidē stabiliant. Sed ἡγεμονοὶ Græcis prin-  
cipes, imperatores & duces sunt. Neq; tutabit illos,  
quod mox supra ministros uerbi quoq; ἡγεμόνες uo-  
cauit: mox enim disertis uerbis adiecit, Qui uobis  
loquuti sunt uerbum dei. Sed pone ut uerba singu-  
la eis accommodentur, non tamen ipsi possunt esse  
ἡγεμονοὶ, de quibus Paulus hic diserte loquitur. Nam  
de solis præfectis uerbo loquitur, qbus iubet ὁ βασιλεὺς,  
id est auscultare & parere. Quo quid aliud euincet,  
quām ut eis, si uerbum dei fideliter prædicent, auscul-  
temus & pareamus: doctrinæ uidelicet, nō eorum  
tyrannidi.*

*In epist. 1. ad Timoth. 2. adhortatur ut ante om-  
nia siant preces à Christianis pro oībus hominibus,  
pro*

pro regibus & omnibus in eminentia constitutis, Reges pro ut placidam ac quietam uitam degamus cum omni pietate & honestate. Ex istis uerbis discimus, quod Christiani nō solū magistratibus publicis, qui tum infideles erant, obedientiam debent, sed & charitatem, nempe, ut pro eis orent. Vbi tunc erat inquieta sedes, insanæ claves, & huius generis alia ludicra?

Christiani doctores hoc in primis urgeant, ut omnes homines pro magistratibus orent, ut tranquillam & honestam uitam degamus. Quum uero sacerdotes ipsi imperare & regere uolunt, non secus faciunt, ac si bene imperare à deo impetrare amplius nolint, qđ dū ipsi sine deo tentāt, à deo nō pendent.

Episcoporū quoq; hic officium indicatur, quo-  
rum est curare ut in pace uiuamus.

F Petrus 1. epist. cap. 2, sic docet: Subditi estote omni humanæ creaturæ propter dominum, siue regi tanquā præcellenti, siue præsidibus, ut qui per eum mittantur, ad uindictam quidem nocentiu, laudem uero recte agentium, quoniam sic est uoluntas dei, ut benefaciendo obturetis os hominibus ignorantibus: tanquam liberi (scilicet sumus) & non ueluti prætextum habentes malitiae libertatem, sed tanquam serui dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, deum timete, regem honorate.

Clara sunt hæc uerba, & omnes homines comprehendunt, quicūq; tandem fient. Et quum monstra (sic eos uoco qui spiritales dici uolunt, & carnaliter regnanti) inferūt: Ergo & nobis parentum: dicit enim, omni humanæ creaturæ. Respondeo.

Primum, Petri uerbum docet, ne grauemur hominibus parere quicunque tandem sint, hoc est eis in charitate officiose seruire: sed inter hos tu, ô sacerdos, quoque comprehensus es, imò in hoc tualius præire debes, nempe, seruiendo omnibus: nec te summum facere, & omnibus præferræ, & ab omnibus exigere ut tibi seruant. Si Christianus es, & docttor Christianus, debes opere præire omnibus, & alijs obedire, nec te præferre cæteris, aut reijce abs te nomen quod sis uicarius Christi. Articulus noster firmus stabit, qui omnes monachos & sacerdotes iure diuino magistratibus subdit. Quos si prior exemit legibus publicis, successor priuilegium cassare potest. Nam ut mortuus defendere neminem potest, ita ultra mortem suam defensionē nullus protegare potest. Priuilegium firmatur in uirtute defensoris: qui non defendit, eximere non potest. Sic & ipsi pontifices solent uti.

Ex uerbis Petri id quoq; discitur, quod pontifices non solum Christianam, sed et humanam libertatem in prætextum malitiæ, & omnium scelerum uerterunt. Nam quantum luxus & licentia immunitas sacerdotum pepererit, quiuis facile æstimabit.

Vos ô sacerdotes, si Christiani estis, ne moueat ademptam uobis esse hanc immunitatem aut libertatem: affecti estote erga omnes Christianos ut fratres, & omnes uos ut fratres agnoscent, & amore prosequentur. Tum demum cognosces quid sit Euangelij prædicator, quum in medium luporum instar ouis extrusus fueris. Antea noxius quidam lupus

Iopus inter oves eras, quem quum nemo capere poterat, incessanter nocebas.

Altera pars articuli (uel potest, pprius & xxxvij. AR T I -  
esse) moderatur & reprimit tyrannidem magistratus, C V L V S  
ne hac occasione, quod dominus mandat ut ei  
obediamus, incipient insanire & uim inferre. Nam  
etiam si non essent Christiani magistratus, præcipe-  
rent autem aliquid cōtra deū, Christianorū est, plus  
deo quam hominibus obedire, Act. 5. Multo minus  
Christiani magistratus aliquid iubere debent, quod  
aduersetur legi diuinæ.

Hoc ergo omnibus pījs obseruandum, si principes aut magistratus lectione, auditione, aut prædi-  
catione uerbi dei interdicunt, ne pareant. Sed interficiunt, inquis. Hoc dei nomine tibi ferendū, quando  
quidem ipsi Iudeis Christum & apostolos trucidā-  
tibus similes esse uolunt. Tu cōstans esto, nec dubia-  
ta, quin Euangelij negotiū tuo sanguine augescat Sanguis  
plurimū. Prædicasti uerbum dei ore tuo constanter martyrū fl-  
& fideliter, sed innoxius sanguis quem tu fundis dem prædi-  
majori fructu clamabit (ueluti olim Abeli) quam  
uerba fecerint. Consydera initia religionis Chri-  
stianæ, nascentijs ecclesiæ primitias, & innumeros ob Christum trucidatos reperies. Nunquam uero  
nec fides nec uitæ innocentia magis floruit, & fru-  
ctum tulit quam tu. Gaude & gratulare tibi, quod  
sanguine tuo ad gloriam & profectum sui uerbi  
uitur deus. Rigatur & fœcūdatur ager dominicus  
sanguine fidelium. Quæ utilitas in sanguine tuo, si  
cum corpore simul demoritur? Psalmo 29. An non

satius est, ut in stercoreationem uerbi dei effundatur?

Vidistis principes stultos ab antichristo Papa seductos multo iam tempore in pios sœuiisse, & persecutionem in Euangelium sub nomine Lutheri exercuisse. Nam Euangelicam doctrinam à quocunque tandem esset prædicata, Lutheranam dixerunt, ut hoc nomine uestitam, inuisam omnibus redderent, imò pro uiribus persequerentur. Sed quum nihil moratur homines (scit enim quisq; unde fidem hauserit) iam conspirationē uocant doctrinā Christi, & eam seditionis ac tumultus insimulant. Certe hoc titulo excusari se putantes apud uulgum, quum Christianos trucidant, & hac uia doctrinam Christi excindere conantur. Omnibus enim inuidiosa res est tumultus,

Quid hic uobis faciendum putatis, ô ministri dei? Metu mortis taçebitis? Absit hoc. Virū semel morti destinanda est, nec alia uia tyrannorum insaniam uincere potestis. Mox ut ceditis, uicti estis. Quod si pro Christi doctrina mortem gloriosam obitis, manet & fructum fert. Oportet enim granum frumenti interire & intermori antequam fructum ædat. Sic morte sua Christus nos omnes plantauit, & filios dei effecit.

Sic & uobis faciendū est charissimi fratres, ô milites Christi fortissimi, corpus obiectandum periculis & uerberibus. Nero, Domitianus, Maximianus, reliqui, si Christi doctrinam trucidando & sanguinē fundendo excindere non potuerunt, multo minus insani principes, qui hoc nostra tempestate tentant: sed

sed cū uos immoti steteritis, nec respexeritis, aut terga uerteritis. Nec uos moueat si post mortem infame erit nomen uestrum apud mundum (nomina- bunt enim hæreticos, nebulones, seditiosos) nihil legit militem nomen, qui iam apud deum summum imperatorem mercede sua fruitur. Quo magis infamatur & abijcitur nomen uestrum apud homines, hoc dignius & gloriosius est apud deum. Macte uirtute, quicunqz estis uiri dei, uideamus qui sint fortiores, deus an aulici isti choragi.

Nolo hic inuehere in legitimū magistratum, aut principes bonos, sed in tyrannos, & strenuos Christi aduersarios, qui fortitudinem & magnanimitatem suam alia re ostendere non possunt, quam imbellium Christianorum trucidatione, librorum sacrorum exustione, proscriptione, bonorum spoliatione, exilio. Audio enim quosdam (quod bonos et ingenuos principes minime decet) Christianorum quos Lutheranos seditiosos uocant, ubi deprehendantur, publicasse bona, ut quisqz quod libet diripiatur. Quæ lex ipsis authoribus damnosissima est futura: quis enim non uidet quanto cum periculo isti ralia faciant? Primum, fiet ut perditи nebulones sycophantijs & falsis testimonij, diuitem aliquem defèrent, legisse Lutheranos libros ad cusabunt, quos nō legerit, cedet enim illis pars bonorum delatori pro missa. Hoc ubi uiderint, in caput stultorū principū pœna recidet. Vos aulici legit historias ueteres Romanorum, Marij, Sillæ, Cæsaris & aliorum, reperiens nimicum, ciuium bona publicare delatoribus

quid adduxerit. Vobis ô piissimi principes, pontificios molles imponere nō sinatis, ne uobis tam sint chari, ut in eorū gratiam incipiatis, quod iacturā faciat uel officio uel nomini uestro.

Christi doctrina lucem non ueretur, uideri uult, examinari uult, si quis deprehensus fuerit in doctrina Christi falsarius aut impostor, luat pœnā. Quod si summa fide quis officium suum & negotiū Christi exequitur, cur contra deum pugnare uultis? Aut putatis mundum (etiam si nullus esset deus) diutius libidinem uestram impune laturum? Iudices estis, ambas ergo partes audite. An non uideatis pontificos à scriptura abhorrende, iudicium scripturæ detinere? Non audent stare contra scripturam, quum tamen hæc controuersia de sola ueritate & scriptura sit.

Quod si sic pergere statuistis, fiet uobis quod alijs facitis. Vim facitis, uim experiemini. Nam qua mensura mensu fueritis, eadem remetietur & uobis. Longanimis est deus, eius manum euadere non potestis. Prudentiores estote quam ut aliquid committatis, quod uiolentiæ quam iustitiæ & æquitati sit similius. Non est quod uobis res aliqua magna aut absurda uidetur, expendite accuratius an re ipsa ita se habeat, tum demum & hic & alibi felices eritis. Amen.

### ARTICVLVS XXXIX.

*Leges magistratum ad regulam diuinæ uoluntatis sunt confor-*

*conformandæ, ut oppressos & vim passos defendant, & ab iniuria afferant, etiam si nemo queratur.*

**S**I principum leges contra deum pugnant, dicet Christiani: Oportet deo plus obedire, quam hominibus.

Oportet ergo principes Christianos leges habere, quæ nihil contra deum contineant, aut inobedientiam sentiunt, quod tumultum deinde parit. Sed quis dicet mihi (inquit princeps) aut quo pacto intelligam, lex conformis sit deo, an cum deo pugnet? Primum, ne tentes quidpiam in præceptis quæ Deus dedit aut mutare, aut emendare. Minor enim es quam ut dei prescriptum conuellas. Sed hoc tibi persuade, præceptum dei omnino ad uoluntatem dei regulatum esse, nec te in his iudicem statue. Iudex quidem es, sed non super uerbum & legem Dei, immo uerbum dei te iudicat.

Secundo, nosce te ipsum, inueniesque te nihil esse, quam gladium, quo deus pessima & nocentissima membra corporis suis amputat. Iam ne sanum pro morbido excindas, ne uegetrotum pro sano uiuere patiaris, opus est tibi ut cognoscas quid sit morbus, quod sit sanitas. Hoc sola lege disces, lege in qua, quam deus dedit, quæ lex regula tibi esto, quam prætergredi nefas sit. Nec tu tibi hanc regulam confice, sed iuxta regulam secato. Si inuenias leges tuas diuinis legibus aduersas aut dissimiles, nolito iuxta eas secare. Sic cape, omnes leges erga proximum, in lege naturæ debent esse fundatae. Naturæ, inquam, incorruptæ.

Quales magistratuū leges esse debent.

Metaphora à fabris lignarijs aut lapicidis.

Hanc legem Christus præscribit Matth. 7. Quæcumque uultis ut faciant uobis homines, eadem & illis facite. Quam deinde Matth. 22. clarioribus uerbis explicauit, dicens: Diliges proximū tuum ut te ipsum. Quæcumque lex huic aduersatur, contra deum est. Hic primum intelligis te contra legem facere, & uiuere, nempe, quum tu sis iudex, & aliorum sudore uiuis (Ne horreas) neque tu ferre posses, ut alijs otiosi tuo labore fruerentur. Quum ergo tu id facis, nimirum contra legem facis naturæ, quam si seruare uolueris, opus est ut te primum corrigas & emendes, quu[m] morbum sentis.

Consydera diligentius naturæ legem, sentiesque tibi aduersari legem. Nam princeps ferre non potest ut habeatur quemadmodum alijs priuati homines habentur, nam sic princeps nō esset. Consequetur ex illo magistratum esse contra deum, Matthœi enim septimo dicit: Quidquid uultis uobis fieri, hoc idem alijs præstare, nam hoc lex & prophetæ. Sequitur ergo naturalem legem à nemine posse intelligi recte quam à fideli. Nam infidelis audit quidem legem naturæ, sed simul reperit magistratum esse necessarium, qui magistratus seruare legem naturæ non potest. Hoc pacto legem naturæ damnat, ueluti eam quæ seruari non possit.

Memini me supra dixisse, obiter tamen legem naturæ aliud nihil esse quam diuini spiritus ductum: quare & gentes, ut Paulus Rom. 2. dicit: Legem naturæ scriptam habent in mentibus eorum, nō ergo sunt sine lege. Nam legem nature solus deus in corde

**Lex naturæ**  
sine fide  
non potest  
intelligi.

**De lege**  
naturæ.

da hominum scribit.

Sed lex naturæ aliunde metienda est, quām ex homine ab Adam nato, qui suopte ingenio alijs præesse cupit. Quemadmodum & ipse Adam mox deo similis esse uoluit. Homo enim ab Adamo natus, se se ab omnibus metitur, quæ cæteris habet præstantiæ. Si pollet præ alijs sapientia, iam se non membrum existimat, sed se proximis præfert. Si diuus est, dignum se dicit cui alijs seruiant, nihil moratus legem naturæ. Hic iam uidemus legem naturæ non à nobis (quatenus ex Adam sumus ) esse metiendā, sed à deo primo parente & creatore omnium rerū. Sed quo pacto metietur quispiā aliquid à Deo, qui deum esse minime credit? Qui ergo legem naturæ nosse uelit à deo fonte omnium bonorum esse, is ante omnia credat necesse est, Deum esse qui hominē condiderit. Quum uero hoc credit, non hoc facit ex uitibus suis, aut ex sua prudentia: nam superius fatis probatum est, fidem ex solo trahente deo esse. Legem ergo naturæ solus fidelis nouit, nam eius cognitio ex solo deo est, cui nemo credit nisi trahatur à deo. Legem ergo naturæ cognoscere, solius est diuinis spiritus.

Sic cape: Quod omnes nudi nascimur in mundum, quod æqualiter omnes morimur, certissimo est argumēto, nos omnes fratres esse. Sed postea se dicit & uiriat nos dissimilitudo prudentiæ, diuitiarum, formæ, roboris. Hinc enim sit, ut quisq; quod suum est querat, sibi q; in donis dei placeat, se q; cæteris præferat.

Quod autē firmiter credamus nos uno eodemque  
pare genitos, hoc liquidum facit naturae lex, nā hac  
discimus omnes nos fratres esse mutuo, quodque pe-  
culiariter quisque habet, hoc à deo idcirco esse datum,  
ut in commune ponatur, neminē esse suipius, sed  
fratrum communem. Quemadmodum quisque cu-  
pit ut omnium fratrum dona sibi communia fiant,  
ita necesse est ut cognoscat & sua dona cæteris fratri-  
bus esse communia. Iam intropsice in legem natu-  
ræ penitus, & inuenies: Quod tibi uis fieri, alijs fa-  
cito. Hoc in solo deo disces, nempe, dum credis De-  
**Lex natu-  
ræ quid.** um esse qui te creauerit, & tales. Sic & lex naturæ  
à solo deo est, & aliud nihil est, quam uiuus & pu-  
rus spiritus dei intus trahens & illustrans. Quare &  
gentes legem naturæ non ex seipsis, sed ex illustran-  
te spiritu dei, ipsis incognito, hauserunt ac cognos-  
uerunt. Nam caro nostra legē naturæ nō intelligit,  
donec cognoscat nostrū omniū unum eundemque es-  
se patrem, quod per solam fidem sit. Quū uero gen-  
tes fidem in uerū deum non habuerint, & tamen le-  
gem naturæ intellexerunt, ex deo hoc uenisse certissi-  
mum est. Tametsi ego paucos fuisse crediderim  
qui legem naturæ cognouerint: si tamen quidam  
fuerunt, multos uero qui eam simularint, & magni-  
fice de ea sint locuti.

Porro, quū tu, qui magistratum geris, legem natu-  
ræ cognoscis & intelligis, cōsiderans interim quod  
iuxta eam non uiuitur passim. (Ego enim nō inue-  
nio totam seruari, tametsi in quibusdam umbram  
quandam huius præferimus, ut in consulendo. Re-  
peries

p̄fies enim qui alijs ea fide consulit, qua sibi uellet dari consilium, sed amico tantū, non etiā hosti : non ergo integre seruat naturæ legem. ) Cæterū intelligis uitam non melius ac tranquillius posse institui aut transfigi, quām si homines iuxta hāc uiuāt. ( Nā hoc si fiat, te nihil erit opus, nihil enim disceptatore aut iudice opus, ubi nulla discordia, nulla lis, nulla controuersia.) Discis ergo te iudicem & magistratū esse electum, in naturam corruptam & uitiatā, & in iustitiam mancam, dimidiatā ac mutilam, quin iustitia dicenda nō est, quæ iustitiā naturæ ferre nō potest. Hoc exemplo manifestū faciemus. Tu qui magistratum geris, neminem cogere potes, ut omnia bona sua pauperibus largiatur, quibus tamē sua im partiri ex lege dei & naturæ debet : tu eum iustum duces, si neminē laedit, si innocuus uiuit, etiam si nemini benefaciat. Quod si eum ad legem dei & naturæ metiaris, neq; bonus neq; iustus est. Nam deus et naturæ lex ( quæ & ipsa nihil aliud est quām uoluntas dei) uolunt ut intus in animo & uoluntate liberaliter proximo faciat, quæ sibi fieri uelit. Hinc sit ut quispiam sibi nomen iusti apud te uindicet, qui coram deo condemnatus est. Consequitur deinde te, qui magistratum geris, inter malos tantum habere potestatem, & inter eos qui tam audaces & feroce fuerunt, ut concupiscentijs suis palam erumpere au derent. Nam eos qui concupiscentias suas intus premunt, etiam si mali sunt, punire non debes. In summa, propter malos tantum magistratum geris, ad Timotheum i. Tametsi & tui officij est ut

Non statim  
coram deo  
iustus est,  
qui coram  
mundo iu-  
sus est.

bonos interim defendas, de quo postea. Adhuc tamen mali in causa sunt, cur te eligimus & alimus, ut scilicet bonos ab eorum iniuria & ui afferamus. Sed quos bonos aut iustos? An est quispiam qui ex corde & uere iustus sit? Haudquaquam, sed eos bonos turari debes, qui in malefactum non eruperūt, utcunq; intus adfectibus & concupiscentijs malis scateant. Regnas itaq; & imperas inter eos tantum qui coram deo peccatores & iniqui sunt, corā quo

*Omnis ho  
mines iniu-  
sti corā deo* & tu peccator & iniustus es. Omnes ergo homines iniusti sunt coram deo, nempe peccatores: tu uero hoc tantum caues ne mali pessima designent. Hoc autem uult deus, & te urit ut medicamento extre mo quod deploratissimis morbis adhibetur, quem malagmatis omnino nihil efficitur. In bonos ergo seueritate & potestate tua ne utare, nihil enim in te commitunt boni: dum uero nihil mali designant, non est quod te metuant. Paulus ad Rom. 13. Proin de libenter & ex animo te colunt, tibiq; parent, nā non timent te, & te partim alunt, ut ab improbitate & iniuria impiorum, qui te timent, туti sint.

Sed cur deus, inquis, non instituit magistratum, qui in puram & ueram iustitiam ac innocentia oculos intenderet, atq; in malos animaduerteret, sic enim multo meliores futuri eramus? Respondeo, q; homo non est deus, nam solus deus nouit corda hominum, nos tum demum quum fructus erumpūt. Postea uero quām fructus deprehendimus, adhuc, tum demum inter fructus & pœnas discernimus.

Hoc uero discrimē certo aliquo & infallibili nisi debet,

debet, ut iuste & secundum deum fiat. Nam quae-  
cumlibet multæ sint leges, casus tam tam uarij sunt  
diuersarum specierum, ut legem facile eludere pos-  
sint. Iudex ergo alia regula uti debet quam ipsa le-  
ge. Sed qua? Num sua ratione? Minime, nam & haec  
adfectibus impuris captiuæ iacet, omnia seu amore  
& odio, seu gaudio ac dolore, seu audacia & metu  
faciens.

Iudex ergo in primis oculos in summum illud bo-  
num intendat, ex quo omne bonum hauritur. Hoc  
quum cognoscit, metuit, atq; ob oculos semper po-  
nit, petitq; ex eo haurire que sibi desunt, errare nun-  
quam potest, neq; fallere neq; falli: perentes enim  
non deserit, neq; in cassum petere sinit. Sed id solè  
fideles norunt, nam infidelis nihil boni sibi apud  
deum pollicetur, utpote in quem non credit, cui nō  
fudit, nihil ergo ab eo sperat, & ob id ab eo nihil pes-  
tit aut postulat. Magistratus ergo si quod iustum est  
uult cognoscere, aut iustas leges condere, opus est ut  
antea sit pius, religiosus, & cultor dei. Causa est, q;  
legem naturæ exacte nosse non potest, donec patre  
œcolestem cognorit, atq; in hunc crediderit.

Neq; solum in rebus quotidianis, quæ temere iudex<sup>omnes leges possit dijus dicare,</sup>  
accidunt, & quibus nulla lex lata est, iuxta legem di-  
lectionis & naturæ pronuntiare debet, sed iuxta dilec-  
tionis & naturæ legem (quæ duæ una lex sunt)  
dirigere omnes leges ueteres & priora pronuntiata,  
expendendo scilicet conformia ne sint dilectioni  
proximi & legi naturæ, an id minus. Conforme  
nullum est omnino: hoc uero conforme dicimus

quod aliquo modo ac proprius collimat, & quod genium illarum legum proxime refert ac exprimit.

Quod si leges aut statuta quæcunq; legi diuinæ aduersantur, caueat iudex ne iuxta ea pronuntiet. Hinc consequitur iudicis esse, ut leges probe cognitas ha-

**Magistratū** beat, secundum quas ei est pronuntiandum. Vides gerere, per-  
ticulosum est. iam, ut opinor, quanto cum periculo sit coniunctū magistratū gerere, aut iudicem agere. Contra, quam

tutum, quamq; pulchrum, si is qui huiusmodi officio fungitur, homo sit dei metuens & uere fidelis, qui nihil ex affectibus, omnia ad normam diuinæ legis transfigit: qui deus solus hoc dat, ut nusquam erret homo, & in omnibus scopum feriat. Talis omnes leges suas ad normam diuinarum legum aptabit: hoc est, referent genium diuinæ uoluntatis ilius leges. Elucebit in omnibus legibus suis diuinum quiddam. Nam iustitia iudicū quam hic asse-  
quuntur, umbra tantum est uerae & diuinæ iustitiae. Adhuc magna cura adhibēda, ne sana membra pro-  
egrotis resecet, et morbida pro sanis in corpore per-  
mitrat.

**Populus bo-  
ni amās sit.** Iam uero non satis est nosse leges iustas, sed insu-  
per opus est ut habeat populum amantem legum  
bonarum, & qui huiusmodi obsequatur ac credat,  
cognoscentemq; quæ uera sit æquitas, iuxta quam  
iudex suus omnia discernit ac discriminat. Nam  
alioqui ab eo puniti existimarent sibi uim fieri ac  
iniuriam. Ex hoc primum consequitur, magistratus  
esse, ut in primis curet ut ueri dei cognitio in popu-  
lo suo uigeat, hoc uero nisi per clarum uerbum dei  
fieri

fieri non potest. Nam uerbū dei homines renouat.  
Verbum, inquam, nō ore tantum prolatum, sed spi-  
ritus Dei, qui uerbo suo cooperatur.

Quid enim proderit bonas habere leges, nec tam  
animos simul habere, quibus huiusmodi leges  
placent & arrident? Nihil proderit præcepisse, ubi  
animus reclamat & maleuolus est. Sed quomodo  
animus qui natura prauus & corruptus est, bonum  
probabit, nisi huc deo trahente ducatur? Quomodo  
uero hoc trahetur de quo plane nihil nouit? Sequi-  
tur ergo illuc maxime uigere obedientiam erga bo-  
nas leges, illicq[ue] maxime seruari, ubi clarissime do-  
cetur uerbum dei. Illic enim uoluntas dei probe co-  
gnoscitur, illic prompte & alacriter homines dei uo-  
luntatem perficiunt, amore enim fiunt omnia. Tum  
demum bonas leges condit magistratus, quum id  
curat, ut populus simplicissime & purissime iuxta  
uoluntatem bonarum legum uiuat. Hoc commo-  
diore uia non efficiet quam per uerbum dei. Hinc  
iterum sequitur, nullam rem publicam tranquillio-  
rem fore, nec magis religiosam ac piam, quam eam  
in qua uerbum Dei purissime & clarissime prædicar-  
tur. Neque firmiora sunt regna, neque diuiniuora,  
quam si uerbo Dei fulcantur & pietati studeant.  
Incorrumpiora enim regna firmissima sunt. Conse-  
quitur hinc tyrannos plane esse eos, qui Christi  
euangelium inter subditos suos prædicari uerant.  
Meruunt enim ne populus oculos recipiat, hoc ferre  
non possunt. Quum enim auarissimi sint, & omni-  
bus sceleribus obnoxij, uerentur ne idiotæ oculis

Obedientia  
vera illuc  
regnat, ubi  
uerbum dei

receptis scelera ipsorum clarissime uideant ac deprehendant. Malunt regnare inter cœcos quām uidentes. Sed inter omnes disciplinas nulla commodior est ad tranquillitatem & pacem reipublicæ, quām Christi doctrina, per quam magistratus sapiens fit & pius, ut facile per spiritum dei discernat omnia, subditi bonarum rerum & pacis studiosi, & quod præceptis ab eis extorquere nemo potest, hoc iam sponte et alacres faciūt, amore scilicet iustitiae excitati.

Quū uero et magistratus & populus summæ & cœlesti sapientiæ aurem accommodant & credunt, uerbo nempe dei, fieri non potest quin illic regnet summa pax, summa amicitia, summa charitas. Argumentum huius rei clarissimum est in nascenti ecclesia, ubi credentium erat cor unum, & anima una, erantq; illis omnia communia, neq; quisquam egens erat inter illos. Distribuebatur cuiq; prout opus erat illi, in commune uiuebāt ut fratres. Quin fratres carnales dilectione longe superabant, qui suā non tam facile reliquissent, quām illi faciebant. Usque adeo fortius & uehementius est opus dei quām hominis.

Deinde hac doctrina & magistratus & plebes peritiores fiunt in administranda iustitia humana, quæ misera alioqui est, ut uidelicet hanc administrent & seruent quantum fieri potest, ut quām proxime ad diuinam legem eam, omnesq; leges suas dirigant. Hoc si fiat, magistratus se agnoscer supra malos tantum constitutum, in hos suam exeret potestatem, erga pios & bonos fratrem se exhibebit, non

*Magistratus in mastis non in bonos do- minium ex- erceat.*

non tam anxie curans ut in sceleratos animaduer-  
cat, quām ut bonos à ui & iniuria seruet ac afferat,  
ne in impietatem aut scelus ruant, magis anxius  
pro animabus subditorū, quām pro eorum rebus.  
Sic Paulus Hebr. 13. Ipsi enim, inquit, præfides aut  
præfecti, pro animabus uestris inuigilant tanquam  
rationem reddituri. Nec est quod hoc ad se rapiant  
sacerdotes, nam illis (ut ex Petro superius proba-  
tum est) in sortem domini dominium & uiolen-  
tiam exercere non licet, imò præcipitur ipsis ut nul-  
lo pacto premant. Sed tamen sunt in grege domi-  
ni hœdi quidam tam insolentes & audaces, ut neq;  
exhortationem, neq; exclusionem morentur. Con-  
tra uero oues sunt quēdam tam placidæ ac mansue-  
tae, ut uiolentiam hœdorum patienter ferant nec  
querantur. Hic iam magistratus pīj officium est, ut Magistras  
oppressos & iniuria adfectos defendat, etiam si ni-  
hil querantur. Nam ubi magistratus non punit, tuus est inius-  
nisi oppressus queratur, & oppressorem adcuget, triam uindi-  
multa mala nascuntur. Pauperes enim à potentio-  
ribus & ditionibus multa patiuntur, quod uiribus  
& potentia pollent, nec quicquam contra eos pos-  
sunt: quod quum uident pauperes, periculo deter-  
tati grauiori, iniuriam dissimulant. Iam diues iniu-  
ria uincit & triumphat, tandemq; sic insolescit, ut  
uel magistratui insultare & sese opponere audeat.  
Hoc ubi sit, de republica actum est. Quare accurate  
uidendum est magistratibus, ne pingues illi hœdi  
infirmiores oues opprimant. Hæc ex Paulo desu-  
muntur Rom. 13. Magistratus (inquit) terrori sunt

non bonis operibus, sed malis. Vis autem non timere potestatem: quod bonum est facito, & feres laudem ab ea: nam dei minister est, ultor ad iram ei qui quod malum est, fecerit. Item dei minister est tibi in bonum: & ea quæ illic sequuntur. Idem docet Petrus, 1. Pet. 2.

## ARTICVLVS XL.

*Magistratus iure duntaxat occidere possunt, atq; eos tanum qui publice offendunt. Idq; inoffenso deo, nisi deus aliud præcipiat,*

**Q**uod magistratus vindicare et occidere possit, idq; iure, Paulus loco supra citato clare indicat. Inquit enim: Gladiū non fert frusta, minister enim est dei ad iram, ei qui, quod malum est, fecerit. Quod gladium gerit, maiestatem significat & ordinem iuris, ut ei ferire non liceat, nisi ius pronuntiet. Principes ergo aut magistratus, qui absq; iure ex ira aut adfectibus aliquem trucidant, non minus homicidæ sunt, quam si quis ex priuatis hominibus quempiam trucidauerit.

Negi moror hic ius gentiū quod pro se allegant, licere scilicet illis, etiam si iniuste occidant, nec eos puniri debere ut cæteros ex plebe. Quis enim eos hoc docuit? satan nimirū, ex deo enim hæc doctrina non uenit. Nam omnibus ex æquo uerat deus, Princeps nonnunquid occidant, Exod. 20. Priuatorum ergo nullus occidere potest, princeps autem & qui magistratum priuatus est gerit, priuatus est, quum ex adfectibus quidpiam agit.

agit. Sequitur ergo quod nec ipse sine iure occidere potest. Nam affectus aut priuatum aut publicum virum faciunt. Hic obiter notandum, quod quemadmodum præceptum, Ne occidas, in genere omnibus priuatis dicitur (non magistratibus, nam hic ferire debet, quum gladium nō frustra gerat, sed suo modo, ut sequitur;) sic & alia præcepta omnia priuatis dicuntur, qualia sunt de non vindicando se se ab iniuria à proximo illata, de præbenda percutienti alteram maxillam, &c.

Iudex ergo aut magistratus si es, remitte septuagesies septies cum Petro, quod ad te priuatum attinet. Quatenus uero ad imperium et rem publicā attinet, officio tuo fungaris, hoc est, gladio utaris, seruato tamen modo quē deus seruat, qui nō præceps est, nec cupit mortem peccatoris, Ezechielis 18. sed ut convertatur & uiuat. Tu quoq; fac simile. Si spes est resipiscientiæ, da ueniā cōmissis: quod si minus, tolle malum ex populo dei. Et hi tantum feriendi aut tollendi per magistratū sunt, qui publice offendunt, nā magistratus neminē iuxta malitiam cordis punire potest, donec cor prauū ex fructibus malis cognoscat. Quū ergo huiusmodi hominē prauum & facis norosum, si cū uiuere permittat, corpori Christi pernitiosum, aut reipublicæ damnosum ac noxiū magistratus reprehendit, potest mola suspensa in collū eum in pelagus demergere. Hoc iam nō facit iudex, sed designatum fcelus, & manifestum cogit magistratum ut hoc faciat: quod si non faceret, omnia flagitia plantaret. Qui non quotannis succrescentes

Deut. 13.  
Qui nā per  
magistratū  
puniebantur

& suppulentes spinas rutris ac rastris eradicat,  
huic expectandum, ut tandem spinæ totum agrum  
occupent & perdant. Hoc Christus ipse docet Mathe-  
thi 5. & 19. Si offendit te oculus dexter, erue eum  
& projice abs te. Sic de manu & pede dicit. Oculū  
intelligo doctorem, ducem, sapientiam. Manum ex-  
pono pro auxilio pro refugio: pedem pro socio aut  
commilitone, nā pes pedi fidissimus socius est. Quā  
quam uero hæc uerba Christi præcipue ad excōmu-  
nicationem ecclesiæ pertinent, clare tamen docent  
magistratum, ut & ipse in grauioribus flagitijs gra-  
uiori pœna utatur. Monendi sunt peruersi hemi-  
nes primum, idq; summa cum māsuetudine, si quo  
modo ad resipiscētiā pellici possent. Quod si  
de emendatione non solum desperatur, sed & pe-  
riculum est grauioris culpæ cum totius corporis  
detrimento, satius est ut unum membrum pere-  
at, quam totum corpus. Sunt enim magistratus  
ministri dei ad uindictam, non ergo offenditur de-  
us dum ei ministrant. Quod si deus aliud præcepe-  
rit, nempe, sine ordine iuris occidere, ut dum Agag  
occidere iubet, 1. Regum 15. parendum est ei. Extra  
hunc casum, iuxta præceptum dei, Non occides, est

Contra misericordia agendum. Ex his necessario consequitur, inhuma-  
nissimum & crudelissimum, imò imp̄issimum esse  
lues mercedarios. Solius stipendiij gratia belligerari aut bella sequi, ut  
milites mercenarij solent. Neq; apud me aliam pos-  
sum inire rationem, quam omnes & singulos in ex-  
ercitu, omnis sanguinis qui effunditur esse reos.  
Vnus sunt cœtus omnes, idem consilium ac propo-  
situm

**f**itum omnes sequuntur, idem opus omnes faciunt,  
eiusdem mercedis omnes participes, utcunq; alius  
alio grauius peccet, quum mali illius causa sit pro-  
ximior.

## ARTICVL VS XLI.

**Q**uum illis, pro quibus rationem reddere coguntur, consi-  
lia & auxilia legitime administrant, debent & illis ipsi magistra-  
tibus subsidia corporalia.

**H**oc æquum esse quis non intelligit? Quando  
enim magistratus officio suo rite funguntur,  
ius dicunt, simplicibus & imperitis consulunt, nec  
periclitari finunt, quum infirmos & imbecilles sub-  
leuant nec opprimi patiuntur, æquum est ut qui eo  
rum consilijs & auxilijs nonnunquam utuntur,  
& sibi consultum sentiunt, tempus quod illi con-  
sulendo negligunt, eis redimant, damna que sara-  
ciant. Quod si alioqui abundant & satis habent,  
par esset ut suis essent contenti, formam in hoc i-  
mitantes & naturam Dei, qui omnibus benefa-  
cit, & se communicandum omnibus præbet. **Quem** Sapiens est  
admodum & Socrates ethicus facto & uerbo ses-  
tione bonum indicans sapientiam tale esse bonum, quod omnibus  
seruire debeat.

Huius speciem aliquam in urbium ac ciuitatum  
senatoribus reperire licet, in principibus autem ac  
nobilitate aut nullam aut perparuam. Nam tametsi

sunt ditissimi, nihil tamen pauperibus subditis remittunt. Quo uero minus remittunt, hoc Deo sunt dissimiliores. Sed iure suo ac secundum humanam iustitiam fortasse sua exigunt, quod etiam scriptura sancta eis donat, Roman. 13. ubi Paulus sic scribit: Quapropter oportet esse subditos, non solum propter iram, uerum etiam propter conscientiam. Propter hoc enim & uectigalia solvit. Siquidem ministri dei sunt, in hoc ipsum incumbentes. Reddite igitur omnibus quod debetur: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timore, timorem: cui honorem, honorem.

Obseruate hæc, à pontificijs, magistratu, qui gladium gerit obedientiā & subiectionem debemus, non solum quod hanc nobis ui extorquent, sed propter conscientiam. An non auditis conscientiā uestram lædi & peccato commaculari, dum magistrati qui gladium gerit subditi non estis? Si conscientias habetis, uos uideritis, nam si magistrati nō parentis, læditis conscientiam. Deinde auditis magistribus (qui & λέγονται dicuntur, tanquam spirituale & sacrum munus obeuntes) uos debere uectigalia & tributa. Sed & magistratus audiunt quid sit eosrum officium, nempe, ut in hoc incumbant, ut gladio scilicet fontes puniant, & bonos vindicent ab improbis.

Quarto audiūt cuncti Christiani, cuiuslibet esse ut proximo reddat quæ debet. Hinc consequitur eos esse nebulones, qui se liberos dicunt, nec reddunt omnibus debita. Nō audis quid hic dicat Paulus, q

&amp;

*adspicitia  
de quolibet  
munere pu-  
blico dici-  
tur.*

& supra in articulo de iniuste ablatis indicatum est.  
Redde cuiq; quod debes. Nec est quod dicas , Fra-  
tres sumus omnes, nam humana illa & misera iusti-  
tia hoc nihil moratur: permittit quidem ut fratres si-  
mus, sed crumenas nō cogit ut sint sorores. Huma-  
na ergo iustitia ut in te dominetur, feras necesse est,  
nam id ita iubet Deus. Omnia habere cōmunia di-  
uinum est, sed habentem res nō cogit deus, sed in ar-  
bitrium cuiuslibet hoc ponit. Quod si deus neminē  
cogit ut sua in cōmune ponat, nec tu aliquem coge-  
re potes, sed quum hoc faceres , incideres in legem,  
Ne fureris.

Quū deus spiritu suo nos ita illustrat, ut sponte no-  
stra & hilariter res nostras conferamus, tum tandem  
in cōmune uiuemus , ut tempore apostolorū factū  
esse legimus. Nā nemo tum cogebatur, nec cui ne-  
cessitas incumbebat, ut ex sermone Petri ad Ananiā  
clare perspicitur. Sic enim loquitur Petrus: Non 'ne Act. 5,  
prorsus tibi manebat, & uenundatus in tua erat po-  
testate: quare posuisti in corde tuo istam rem ? Ac si  
diceret: Nemo te coēgit, quare totam summam tibi  
seruare poteras.

Qui ergo hoc norunt, omnia debere esse commu-  
nia, uolunt tamen interim ad quēstum suum hoc ab-  
uī, priuatis rebus hac scientia consulentes , debent  
& illi, adigente eos magistratu, cōmunes fieri, dam-  
nati detrudantur in ergastula & lapicidinas , labo-  
rent gratis sine mercede, exempla fiant omnibus su-  
spensi in cruce . Hoc pacto nobis prosunt, ut cæ-  
teri eorum exemplo deterriti & docti, ab ista au-

dacia sibi temperent. In summa, quisq; obédire debet iustitiae & ordini, quē ei magistratus legitimus præscribit, modo contra deum non pugnet.

**Tyranni.** Tyrannos hic præterire non possum, quorū magis et ingens est numerus. Nam hi(nisi caueatur) ex uerbis Pauli prætextum & uelamentum malitię suę sumunt, sub quo fraudant, surantur, satrocinantur, trucidant, & nihil non tentāt, satis factum ita putantes muneri suo à Deo commisso. Ita enim bona pars principum hodie aberrat, ut prudens quisq; uideat, satius esse, ut in publicis muneribus non sint, quam eos in officio suo tam crudeles esse. Hi nouis exactiōibus populū suū inuitū quotidie pre-

munt, idq; ui quadam.

Quod si quis pro eis adducat necessitate eos ad hæc adigi, fatemur hoc ingenue. Sed interim expendi uolumus, unde hæc necessitas eis nata sit, nimirum immodo luxu, ludo, ebrietate, scortatiōe, bellis, luxu uestiū indecoro, famulitio, peregrinis moribus, cultu exoticō. Qui non solum uectigalia & tributa à pauperibus rapiunt, sed & Iudæos sub se habent fœneratores, qui propriā uitam ab eis tam carè quotannis redimunt, ut pecunia extorta ab eis & tyrannos & Iudæos ac fœneratores precio uincat. Ad huc tamen patiuntur suos sic premi, tantum ut parte sua ipſi fruantur. Præter hæc sunt qui Monopolis inter suos ferunt, quos leges omnes damnant. Aromata, stannum, cuprum, pannum, & quicquid huius generis est ab his emere cogimur, qui non solum regna, sed orbem uniuersum prægrauant. Merces

Iudæis  
fœne  
ratores  
in-  
uite  
tolera  
tur.

Monopoli

ces suas quanti ipsis liber uendunt, ut nulla sit in orbe puerpera, quæ non singulis semiuncis cruciatum istis lupis pendat. Hisce rebus tantas diuitias repnnunt ac corradiunt, ut principes saepe cogantur eis (ueluti apibus) fauos detrahere & eximere: aut non raro colludunt cum eis, quanta pars ipsis cedat. Redemerunt autem monopolia à principibus, idque magna ui pecuniarum. Neque tandem curant quanti redimant, mox enim ut ad se traxerint, merces diueniunt ut libet, paucorum tempore duplum recipiunt, iacturam factam resarcientes.

Exigendi erant huiusmodi mongoli non secus ac seditionis & cæteræ pestes reipublicæ Christianæ.

Sed redeo ad tyrannorum crudelitatem & errorem. Qui falso spiritualium fastum, diuitias & luxum ob id probant ac defendunt, quod ipsi ingenti eorum thesauro fruuntur, quæ bona pauperum iure sunt. Nam istiusmodi tyranni ex hospitalibus pauperum, nempe monasterijs, (nam monasteria pauperum sunt hospitalia) hospitia faciunt equitum & militum.

Qui permittunt papales indulgentias inter suos euulgari & proclamari eam ob causam, quod bona pars pecuniarum ipsis manet.

Qui ferunt ut è paupere plebe emendicent pecuniam magnam & ingentem uim, ad idola argentea, ad urasa aurea, calices, cruces, idque fictis & ementitis fabulis, quasi uero deus huiusmodi coleretur: sed dissimulant, ut ipsis in necessitate huiusmodi thesauros rapiant. Nam quantumcumque tempore pacis eis deiur, quibus omni ingruenti necessitati, dum res

Monasteria pauperum hospitalia.

postuleat, occurrere possent, profundū tamē omnia,  
& cum necessitas incidit, mox tributa à suis exigūt.

Qui populo suo pauperi in publica calamitate ne  
que miserentur neq; consulunt, ut potius contra ali  
os principes belligerantes ingentem uim auri expo  
niant, quām ut suis uel obolum remittant.

Aliquot iam annis reges, Cæsares ac principes  
tantum auri bellis iſter sese habitis insumperunt,  
ut numerus ipsis sit ignotus. Centesimam partem si  
postulasset plebs sibi remitti, iam furere inciperent.  
Sed hæc iudicia sunt dei, quum ipsi tanta inclemen  
tia tam ingentes thesauros à suis exigunt & extor  
quent (quaे res maxime inuisa est deo) fit prouiden  
tia diuina, ut bellis hæc ab eis rursus emungantur,  
idq; non absq; dolore. Ac si diceret deus: Pacem &  
tranquillitatem inter uos habere non uultis, idq;  
propter diuitias, uoluptates & gloriā, reddam er  
go uos pauperes, adfictos, & turbatos, pudes faciam  
quoq; uos coram omnibus sapientibus & pruden  
tibus. Reuelabo quoq; posteris & nomen & factū  
uestrum, ut cuncti mortales uideant quām peruer  
si & dementes fueritis. Et quod crudelibus ac mi  
nacibus mandatis ac legibus à uestris extorsistis, cru  
delitate & tyrannide à uobis rursus extorquebitur.

Qui populos sibi creditos non ut homines tra  
stant, nec pro hominibus ducunt, sed bestiarum lo  
co habent, imò uilius & abiectius quām bestias,  
tantum abest ut fratrum loco habeant, quos tamen  
fratres agnoscere oportuit propter communem fi  
dem, & quod eodem baptismo loti sunt, & uno pa  
tre

tre Deo geniti.

Qui sibi (doctoribus hypocritis suggestoribus) persuaserunt, suum esse quicquid in orbe est quē regunt. Hac percepta ac firmata falsa persuasione, ut rapiunt non solū pauperū suorum bona, sed & uxores & filias, adulteria & stupra designantes, libidinantur, scortantur & subant, immo latrocinantur. & trucidant quos nouerint affectibus suis obstat. Ecce pulcherrimā idolorū gentem, qui miseram suam plebeculā, quae summa fide pro eis exponit animā, corpus, & fortunas omnes, & incessanter clamāt: O optimū & integerrimū principē, etiam si peruerissimus sit nebulo (bonos in numerum non ponit) quotidie tam misere laniant ac excarnificant, ementis sicophantijs & adcusementibus confictis, tantū ut bonis eos spolient.

Qui quū custodes, assertores & tutores esse debebant, exactores & expilatores facti sunt.

In summa, qui innumeris sceleribus scatēt, & flagitijs omnibus corrupti sunt, ut manifeste adpareat eos esse impios. Huiusmodi impij principes, seu uetus tyranni, non debent ob id, quod deus eis populos subiecit, & obedientes esse iussit, potestate sua abuti. Audiunt enim quamobrē deus eis parere iubet, nempe quod gladiū tenent loco Dei ad vindictam malorum, non ad intermissionem & damnum bonorum: item ad tuitionem bonorum, non ad terorem. Nec cogi iure potest populus ut libidinē eorum satiet, tametsi iustū alimentū eis debeat, et rependere quod nostra causa negligat in administranda

iustitia & iure dicendo.

**Oratio pro principib.** Dadeus populo tuo misello bonos pastores, & fidos uerbi tui prædicatores & euangelistas, ut hoc populus tuus et principes uoluntatem tuam discat, ut in amica & discors uita tollatur, & nomen tuum in uniuerso orbe sanctificetur et laudetur. Principes qui tuo uerbo credunt fortis redde, ut antichristicis nebulonibus constanter resistant: eos qui increduli sunt uerbo tuo illustra & intelligentes fac, ut & te & seipso cognoscant. Exime eis cor tyrannicum, & insere pios, beneuolos & clementes animos. Quod si omnino statutum est apud te, permettere eis ut sic furiant & insolecant, agnoscimus certum esse argumentum, quod nos committere uis, et alteros per alteros punire. Cõcede saltē (si ita fieri oportet) fidelibus uis hanc gratiam, ne à uerbo tuo unquam deflectant aut deficient. Quod si corpus patitur & interit, nihil nocimenti animo accidere potest, dum in fide immotus persistit. Semper uincet ueritas & uerbum tuum, quantumuis multi interim patiantur. Crudeles species sese obiectat pijs undicqz, ut certum sit aliquid quando periclitandum esse. Concursant enim et cōspirant principes huius mundi aduersus dominum & aduersus filium eius Iesum uerum Messiam & regem, cuius odorem suaueolentem non ferunt. Domine ut lora iugis tyrannici rumpantur, & tu solus uerbo tuo regnes, Amen.

ARTIC

## ARTICVL VS XLII.

*Quando uero perfide & extra regulam Christi egerint,  
possunt cum deo deponi.*

**Q**uid autem principibus cum regula Christi ait: quum iuxta hanc nemo mortalium iuuere possit uel sanctissimus? Respōdeo:

In hac uita nemo potest assequi praecepta dei. Sed iuxta regulam Christi agere qd sit hic iuxta regulam Christi aut praeceptorū dei agere, intelligimus proxime accedere ad regulā dei, & se conformare omni studio uerbo dei, quantum quidem homini in hoc mortali corpore fas est.

Omnes homines legi diuinæ studere tenentur, & conniti ut seruent. Verum dum ad unguem legem non præstamus, non potest nos magistratus punire, donec palam & manifeste contra legem delinquimus. Exemplum. Quum alterius uxorem corde concupiscis, hanc concupiscentiam prauicordis magistratus punire non potest. Quum uero in adulterium facto prorumpis, & uxorem proximi comprimis, iam in te animaduertit magistratus, nempe, ob scelus manifeste designatum. Iam iuxta Christi regulam agere dicitur, quum adulteriu designatum punit.

Quum uero in manifeste impios & delinquentes non animaduertit, extra regulam Christi ambulat. Hoc idem imò magis quum sceleratos prouehit, & innoxios prægrauat. Ut quum inutiles uenires, otiosos sacrificos & ignauos monachos in luxuriantione, ludo, auaritia, & fastu defendit. Bo-

*Po  
tus* na autem quibus huiusmodi fuci abutuntur, nō cu-  
rant dari pauperibus, sed curantes puniunt. Dum  
hæc inquam facit, præter regulam Christi facit.

Quod deponi ab officio possint, Saulis exemplū  
manifeste docet, quem abiecit deus, tametsi eum pri-  
mum in regem designasset, 1. Reg. 15. & 16. Quin  
dum flagitosi principes & reges loco nō mouētur,  
totus populus à deo punitur, Hiere. 15. Post quatuor  
plagas quas illic recēset, mox causam subiçit, dicens:  
Et dabo eos in feroꝝ uniuersis regnis terræ, id est,  
concitabo in furorem cōtra eos regna terræ, propter  
Manassen filium Ezechiæ regis Iuda, propter om-  
nia quæ fecit in Ierusalem. Multa flagitia designa-  
uerat hic Manasses idolatria & innoxij sanguinis  
effusione, ut uidere licet ex capite 21. quarti Regum.  
Propter quæ mala dominus populum Israëliticum  
grauiter punit. Innoxiū sanguinem fudit Manasses  
multum nimis, donec impleretur Ierusalem usq; ad  
os, absq; peccatis suis, quibus peccare fecit Iudam, ut  
faceret malum coram domino. Quia ergo fecit Ma-  
nasses rex Iuda abominationes istas pessimas super  
omnia quæ fecerunt Amorræi ante eum, & peccare  
fecit terrā Iuda in immunditijs suis. Propterea hæc  
dicit dominus deus Israël: Ecce ego inducam mala  
super Ierusalem & Iudam, ut quicunq; audierit, tin-  
niant ambæ aures eius, &c. In summa, si Iudæi res  
gem suum non ita impune consceleratum esse per-  
misissent, à deo non tam grauiter fuissent puniti.  
Oportet oculum offendentem effodere & abiçere.  
Sic de manu & pede.

Quo

Punitur po-  
pulus pro-  
pter flagi-  
tosos re-  
ges,

Quo uero pacto mouendus sit officio, facile est Quomodo  
coniectare. Non est ut eum trucides, nec ut bellū & <sup>impius mad-</sup>  
tumultū quis exciteret, sed alijs uījs res tentanda, quia <sup>gistratus</sup> officio mo-  
in pace uocauit nos deus, 1. Cor. 7. Si communibus vendus sit,  
suffragijs creatur rex, & incipit esse flagitious, com-  
munibus uotis rursum ejicitur, nisi cum eo puniri  
uelint. Quod si consensu & electione paucorū prin-  
cipū est electus, significet populus illis flagitiousam  
huius regis uitā, atq; edicat ferendā hanc haudqua-  
quam esse, ut eum loco moueant qui inauguratunt.

Hic iam labor est, nā qui hoc faciū in eos pro li-  
bidine sua tyrannus grassatur, & quos uult mactat.  
Sed gloriosum est pro iustitia mori & pro ueritate  
dei, ut testatur Petrus. Pr̄estatq; pro iustitiæ defensio- <sup>1. Pet. 23</sup>  
ne, quām assentiendo iniustitiæ aut dissimulando,  
postea cū impijs trucidari. Qui hoc ferre nō possunt,  
ferant libidinosum & insolentem tyrannum, simul  
cum eo extremū supplicium expectaturi. Adhuc ta-  
men manus domini extenta est, & plagā minatur.

Si uero tyrannus à nemine electus, hæreditario  
quodam iure regnum (nescio quo modo fundatū)  
adeptus est, aut puerū aut fatuum natum existiment  
quibus imperat. Ferre enim hunc oportet, sed quo-  
modo imperitabit? Consequi necesse est, ut haud-  
quaquam iuxta prouerbium, aut rex aut fatuus na-  
tus sit, sed qui & fatuus sit & rex simul. Verunta-  
men regnum aliquo sapiente administrandum erit.  
Pr̄estat autem ut rex prudens populo pr̄ficiatur.  
Infelix enim & maledicta est terra, cuius rex puer <sup>Tyrannus</sup>  
est. Tyrannum definiunt, qui ui regnū occupat, quis,

& per ambitionem irrumpt.

Mihi ergo compertum non est, unde hoc sit, ut regna per successiones & quasi per manus posteris tradatur, nisi hoc publico totius populi consensu fiat.

Posteaquā ergo is, qui hæreditate regnū accipit, tyrannus est, non debet per unū aut alterū tolli, nam hoc sine motu fieri non potest, regnū autē dei iustitia est, pax & gaudiū in spiritu sancto, Rom. 14.

Quū uero consensu & suffragijs totius, aut certe potioris partis multitudinis tyrannus tollitur, deo sit auspice. Sic filij Israel si exautorassent Manassen non tam grauiter cum eo fuissent puniti. Quæreris quādo id fiet, ut maior pars populi bono consentiat. Ad hoc dico quod antea, si non consentiunt ut illum tollant, ferant iugum tyranni, & demum cum eo pereant. Nec querātur sibi fieri iniuriam, quum sua culpa id mereantur ut quiduis patiantur.

Quis ergo miretur si populus ob flagitia & sceleris principum pœnas luar. Primum, cur non iuxta regulam naturæ cum proximo agimus? Sic enim omnes fratres essemus, & principe nullo esset opus. Deinde cur non summo studio iustitiā sectamur, & exosam habemus iniustitiā omnes? Sic enim facile fieret ut unanimi consensu tyranū officio mouemus. Nunc quum tam tepidi sumus in tuenda iustitia publica, sinimus ut impune uitia tyrannorum hodie regnent. Merito ergo ab illis conterimur, & tandem cum illis luimus. Non ergo desunt uitæ per quas tyranni tollantur, sed deest publica iustitia. Cauete uobis, ô tyranni, Euangeliū enim Iesu Christi late sparsam uitam multoru in nouabit, ut innocen-

piæ et iustitiae plurimi studeant. Cui si & uos studue  
ritis summo honore uos prosequentur: sin furere &  
uī facere perrexeritis, oīum pedibus cōculcabimini.

## ARTICVL VS XLIII.

*Huius regnū optimū est & firmissimū, qui ex deo & cū deo  
regnat. Huius uero pessimum & infirmissimū qui sua libidine.*

**H**uius articuli fundamenta per totum uetus te-  
stamentū colligi possunt. Nam quoties Iudæi  
deum metuunt, ab eo pendent, mandata eius custo-  
diunt, felici rerū successu fruuntur. Mox uero ut do-  
minus relinquit, auerſi ab eo ad idola, ad flagitia,  
maximis ærumnis fiunt obnoxij. Idem continget  
nobis & hodie, si à deo pependerimus, felicissimæ  
erunt res nostræ, regnum manebit firmum & diu-  
turnum, nec potest conuelli, quod in petra sit funda-  
tum. Quod si in arenam, inconstans hominis con-  
ſilium, ædificauerimus, à uentorum et tempestatum  
procellis facile conuellemur, & irreparabilem rui-  
nam patiemur, Matth. 7. Luc. 6. Fallitur enim & sua  
spe frustatur, qui arundineo baculo nititur, Isa. 36.

Proinde recte monet Salomon rex prudentissi- Prover. 7.  
mus: Fili, honora dominum, & ualebis, pr̄ter eum

uero ne timueris alienū. Serua mandata mea & ui-  
ues, &c. Qui uerbo dei nititur, moueri nunq̄ potest.

Sine metu ergo sint respalicæ utcunq̄ paruæ,  
quæ à Christi doctrina summa fide pendent, nō pa-  
tietur dominus ut conterantur. Et si bona uolu-  
tate sua eas tentari sinit, iucundum & lætum exitū  
ostendet, roburq̄ suppeditabit ut temptationibus sine  
ferendo, 1. Cor. 10. Notū est illud, parta tueri quam-

parare, non minoris esse uirtutis. Si ergo partam fidem, & gratia dei donatam, fideles uieri uolunt, non dormiendum illis erit, sed uigilijs et maximis laboribus id efficiendū. Notū est & illud, quod Christus Matth. 12. dicit de spiritu in domum, è qua electus erat, reuerso, is enim secum ducit spiritus septem se nequiores, quibus ingressis, posteriora prioribus multo peiora fiunt. In excubij ergo continue stans dum, ne aditus hosti expulso usquam pateat. Deo autem gratia æterna, qui nobis ministris in prædicatione uerbi sui utitur, in quo semper triumphat in uita & morte nostra. Adfectus pontificiorum non agent ferias, sed consolabitur nos qui Christo credimus, quod res eorum ad triarios, ne dicam ad restim, rediit. Nos ergo Christo firmissima petra nixi immoti stemus, & constantiam eorum seu uerius pertinaciam fortiter feramus, impetu eorum sustinētes, donec caput conterant, nos enim conuellere non possunt. Pugnant quidem, sed ut uincant impossibile est, extra telorum enim iactum Christus in excelsis regnat, quem attingere non possunt, etiam si pluribus machinis bellicis abundant.

Manete, & principes, in dilectione dei, manete in eius gratia, proculdubio & ipse in uobis manebit, ipse pro uobis pugnabit, ipse consiliū & robur suppeditabit, ut unus mille, & duo decem millia in fugam uertent, Deut. 32. Tantum manete in ea libertate, qua donauit uos Christus, nec patiamini ut antichristus uestras conscientias iugo seruitutis suæ premat, Gal. 5. Cætera 39. articulo sunt explicata.

ARTI

## ARTICVLVS XLIIIIL

Veri adoratores inuocant deum in spiritu & ueritate, cora DE ORA  
deorantes non clamore coram hominibus. TIONE

**A**ntea de isto articulo satis dictum puto, nullā uidelicet orationem deo esse gratam, quām eius qui deum uere cognoscit, & syncero ac indubie tato corde inuocat, non hypocrisi, sed uera confessio ne. Sic Moses Exod. 14. anxio corde ad deum clamat, nec labia mouens. Sic Anna mater Samuelis, 1. Reg. 1. à qua nullus auditus est clamor. Sic battologiam & multiloquium uerat Christus Matthei 6. Rursus uero adorationem in spiritu & ueritate fieri docuit, Ioan. 4. simul liberans nos à seruitute loci, nam ubique locorum deus præsens est, nec in uno 5. plus quām in alio uult inuocari, sed ubi cunq; in spiritu & ueritate inuocatur, præsentē se fore promittit.

## ARTICVLVS XLV.

Hypocritæ omnia opera sua faciunt ut uideantur ab homi nibus, propterea mercedem suam hic recipiunt.

**H**unc articulū superiori opposui, ut cognoscatur hypocrisy, quę se pro deuotione & religione uenditat. Sunt aut̄ ipsissima uerba Christi, quę ad phariseos & scribas loquitur Matthi. 23. Omnia ope ra sua faciunt (inquit) ut uideantur ab hominibus. His coloribus pingit eos Christus, non ego. Quum ergo Christus Mat. 6. docet, ne in eleemosynis, ora-

tionibus & ieunijs ijs similes fiamus, qui istis in locis potissimum orant, ubi frequentes conueniunt homines, sed oraturi cubiculum nostrum introeamus occluso post nos ostio, & illic precemur patrem nostrum in abscondito: consequitur eos qui preces suas in propatulo faciunt, hypocritis, quos ibidem taxat Christus, similes esse. Consequitur deinde eosdem hic recipere mercedem suam, nam Christus illic subiungit: Amen dico uobis, receperunt mercudem suam. Qui ergo opera sua in gratiam mundi faciunt, ut uideantur uel laudentur ab hominibus, hypocritæ sunt, nam opera sua in hoc faciunt, ut ab hominibus non solum spectentur, sed etiam laudetur. Opera eorum ut sunt hypocritica, ita hic mercudem suam recipiunt.

**D**e cœtu eccl<sup>ie</sup> Nihil hic proderunt obiectiones quas de cantu celestastico. Psalmorum publico adferunt, nam uix centesimus eorum qui quotidie canunt Psalmos intelligunt, multo minus Nonnæ, quæ in uniuersum eorum quæ canunt nihil intelligunt. An non hoc bonum est (inquiunt) ut in laudem dei hic psallamus? Sed tu ostende quod bonum sit, & ego bonum esse credam. Solus deus bonus est, et unicus fons bonitatis. Si ergo obmurmuratio Psalmorū bona est, ex Deo sit oportet. Iam demonstrandum uobis erit, ubi deus hanc hypocriticam Psalmorum murmurationem instituerit. Sed hic cum pudore abibitis. Nam potius contrarium reperietis, iustit enim Christus, ut ingresso cubiculo, occlusoq<sup>ue</sup> ostio, oreis patrem cœstem in abscondito, qui preces sit uisurus, exauditus

rus

rus & remuneraturus. Si tibi uera deuotio cordi es-  
set, solus es̄es, nam deuotio multitidine læditur & 1. Cor. 14.  
uinitatur, nisi conuentu publico ecclesia coēat, & uer-  
bo dei doceatur, & alter alteri de rebus diuinis col-  
loquatur, quemadmodum Paulus Col. 3. dicit: Ser-  
mo Christi inhabitet in uobis opulente cum omni  
sapientia: doceteq; & commonete uos inuicem can-  
tionibus, & laudibus, & cantilenis spiritualibus cū  
gratia canentes in corde uestro domino. Non boas-  
tum & uociferationē quæ fiunt in templis, hic Pau-  
lus docet, sed cantionē ueram indicat quæ deo pla-  
cet, ne scilicet uoce, quemadmodum Iudeorum can-  
tores, modulemur, sed laudes deo in cordibus no-  
stris canamus. Hoc autem tum fieri, dum de Psal-  
mis, quos olim prophetæ in cordibus & cubiculis  
suis meditati sunt, inter nos differamus, inuicem ex-  
hortantes, docentes & consolantes. Velim ergo ut  
loco demur murationis Psalmorum non intellecto-  
rum, lectio & interpretatio Psalmorum sacrorum sub-  
stituatur, ut patefiat sensus spiritus sancti qui in illis  
latet. Hoc idem de cæteris scripturis censeo. Hoc pa-  
etro quotidie aleretur homo, docerenturq; qui ad of-  
ficium prædicandi destinati sunt, ne sic illotis pedio-  
bus in scripturis sacris uersarentur.

## ARTICVL VS XLVI.

Cantiones ergo, seu uerius boatus, qui in templis sine deuota-  
zione promercede fiunt, aut laudem aut quæsum ab homini-  
bus querunt.

**F**requenter uanam aucupantur gloriam, qui si ne deuotione in templis boant, & uerba non intellecta obmurmurant. Volunt enim tum maxime deuoti uideri, quum indeuotissimi sunt, oculo interiori ad nummum quotidianum respiciente: sed hæc uota nō tam uana sunt quam impia. Hoc uero pessimum est multo, quod præterquam quod impium est, aucupium sub prætextu religionis proponitur populo, idq; magno uendit, quo animæ imperitorum quasi aues uisco implicitæ pereunt.

**N**on omnes  
quod deuo-  
te sit, bonū  
est.  
Hic obiciunt: Quum sit deuote, malum esse non potest. An non iam dudum audisti, tuum non esse, ut opus aestimes, & de bonitate eius pronunties?

- 1 Nam hoc si daretur, tanti opera nostra iudicaremus
- 2 ut uix deus rependere possit. Quod opus bonum sit, à deo est, ab hoc solo pendet iudicium operis.
- 3 Tertia deuotio non clamat coram hominibus (ut infani amatores faciunt) sed secreum suum introiens, dulciter cum Deo colloquitur, ubi nec uisus nec auditus à meditatione abstrahit. Pugnat contra omnem rationem & communem sensum, ut aliquis infrequentia tumultu & strepitu deuotus sit. Ad hæc hominis deuotio tam breuis est, tamq; uelox, ut nō possit uerbis simul & corde diu deuotus esse, quum meditationibus internis deuotionem diutius producere possit. Quos ergo huius publici cantus in templis hactenus habiti adeo pœnitent, eos aut stultos esse, aut pueros adpareti. Stultos uoco, quod ueram animi deuotionem adhuc non didicerunt.
- 4 Nam si hanc essent experti, haudquam ferre possent,

possent, ut ab ea boatibus istis abstraherentur. Pueros uero, quod pueris similes libenter canunt & canere audiunt, etiam si nihil eorum intelligunt quæ canuntur. Quin ausim cantiones istas mercenari. 3  
 as pronunciare non solum non bonas esse, sed peccata. Nam quid faciunt pueri minus qui in foro circumeunt, canentes & se incuruantes, & diducto ac incuruato ore insolentia quædam uerba proferentes, quæ nec ipsi nec alij intelligunt? Ita bona pars monachorum & sacrificorum canunt, quæ non intelligunt, sed non canunt nisi magni spe præmij. Satis supra probatum est, nos non operibus nostris, sed misericordia domini gratuita seruari, qua & hi qui totis diebus boant, seruantur non suis operibus.

Sed aliud obiciunt. An non, inquiunt, prestat in tēplis canere, quam otiali & in alea occupari? Gratia uobis quod hactenus estis in religione progressi, ut religionē uestram tam speciosam maioris non aestimetis, quam ut eam otio & ludo aleæ æquetis, aut paulo prestantiorem dicatis. Si sic in deuotionis negotio colligere licet, colligam ego, fusum ex penso ducere melius esse, quam otio indulgere & aleæ operam dare. Quid ergo, o patres religiosi, si fila ex penso traheretis, aut rota orbiculari circuacta cōglo baretis: sed minus robusti estis ad hoc operis. Quid ergo si ligna finderetis, aut stiuvam teneretis, quū omnino ad uitandum otium aliquid agendum uobis est? Sic enim communia onera ferretis cum cæteris, estis enim pingues & bene curatae. X. An igitur tam

care tempus uobis redimendum: Legite caput 1. Corinth. 14. ubi Paulus manu[m]t quinq[ue] uerba cum sensu loqui, alijs mempe ad doctrinam, quam lingua tantum decem millia. Tum nimirum operam dabis, ut sensa scripturæ eruatis, & non intellecta mitetis.

**Quod si omnino exultari spiritu libet, non durabit hoc diu: tandem ergo huic insistite, quandiu mēs uerbis consonat. Sed lingua & mens in oratione diu ius non consonant, ergo minus vox & mens in canendo.** Ex praedicto capite, si diligenter perspicatur, discimus summum officium in ecclesia esse, prophetiam, id est, interpretationem & enarrationē scripturarum, ut ædificetur ecclesia.

Summū in  
eccl[esi]a of-  
ficiū pro-  
phetiae est.

**Amos 5.**

In ueteri adhuc synagoga Amos huiusmodi cantiones rejicit. Aufer à me tumultum (inquit) carminum tuorum, cantica lyrae tuæ non audiam. Quid faceret nostra tempestate agrestis propheta, quū tam uariam & diuersam musicam in templis personare audiret, maxime tum quum delicati canonici sericis superpellicijs induiti ad offerendum deuote procedunt? Tunc enim potissimum uarij generis carmina organa intonant, ut uix quis sibi à choro ducendo temperet. Certe et iam clamaret, ut mundus eum uix ferret.

Sed hi pueriles ludi magnis & expensis & laborebus in ecclesia cōstant, adhuc tamen nemo est qui corde hoc percipiat aut recogitet: adhuc reperias qui huiusmodi hypocrisim, ne dicam idololatriam, plant.

Neg

Nęq; hoc fieri potest sine magno peccato, nam  
aut gloria spectatur, aut uoluptas, aut quæstus. Nec  
est uerbum ullum in scripturis, quod pro firmati-  
one huius religionis adducere possis, quām illud  
unum: Dignus est mercenarius mercede sua, Lu. 10.  
Sed huc haudquaquam quadrat.

Nemo ergo horreat si audit è templis boatus i-  
stos tolli, maxime dum loco istorum succedunt pij  
& eruditu uiri, qui uerbum dei rite & fideliter enar-  
rant. Si quid superest pauperibus erogetur. Modus  
in his adhibendus erit per charitatem, quæ omnia  
moderatur, ne quid temere, ne quid per tumultum,  
nisi hunc moueant pertinaces serui templi. Valeant  
ergo templi murmura, ualeant precare& preces, quę  
nobis ut nihil officiant rogamus, certi enim sumus  
non prodesse. Sed salue ô pia, deuota & interna ora-  
tio, à uerbo prædicato excitata in corde credentiū,  
quiū breue suspirium ubi sese homo agnoscit, & de  
inde iterum audit quid sibi loquatur deus. Et tu cō-  
munis & publica oratio salue, quæ in toto orbe ab  
ecclesia siue in templo siue in cubiculo, modo absq;  
mercede fias. Vbi mutuis precibus alius alium iu-  
uat, ubi singuli pro omnibus, & omnes pro singu-  
lis orant. Scio enim te precationem istam esse cui do  
minus se daturum omnia pollicetur, nec unquam  
irrita eris.

## ARTICVL VS XLVII.

*Potius mortem eligere debet homo, quām Christianum of-  
fendere aut pudefacere.*

Scandalizat.

Prima scan-  
dali signifi-  
catio.

**S**Vb hoc uocabulo *σκανδάλισμα*, non solum offendere comprehenditur, sed & contemnere, & perfidacere. De posteriori primum. Matthæi 18. Christus non hoc docet, ut publice & enormiter offendentes, non publice pudefaciamus, quum aliter fieri non possit, sed ut eos è consortio fidelium excludamus. Suos uero non uult negligi, contemni, aut pudefieri, ob hoc quod humiles sunt. Quia doctrina Christianis supercilium & fastū adimit, ne quis se alijs præferat, ne quis alium contemnat, nam qui hoc faciat, præstare ut aquis suspensa mola submergatur.

1. **Sacrifico-**  
**rūm cœli-**  
**batus , pu-**  
**defacit crea-**  
**turas dei.**

2.

3

Vbi iam deuotissimi illi patres sunt, nempe episcopi, qui sacrificis scortatoribus coniugij interdicunt, deinde prolem quę potuit & debuit ab eis legitimo & honesto thoro nasci, naturalem & illegitimā censent. Quibus uero deus uitam corā mundo donare dignatur, hos illi in utero matris & nondum in lucem æditos, pudore & ignominia afficiunt.)

Omnes ferè culpā huius sceleris habent, nam ferè ab omnibus huiusmodi creaturæ dei contemnuntur, quæ tamē hanc norā turpitudinis à nemine habent inustam, quam à contemptoribus illis creaturarum dei, à deo non habent. Decet ergo ut uniuersi mortales in hoc sint, ut sacerdotibus coiuges dentur, ut mundus ex tam grauissimo scelere, quo creaturæ dei ignominia afficiuntur, tandem emergat. Quam graue uero huiusmodi scelus sit, Christus ipse Matthæi capite 18. docet his uerbis: Qui autem offendit aut pudefecerit unum de pusillis istis qui in

in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asina  
ria in collum eius, ac demergatur in profundū ma-  
ris. Væ mundo ab offendiculis. Necesse est enim ut  
ueniant offendicula, ueruntiamen uæ homini per  
quem offendiculum uenit. Hæc uerba Christi  
satis indicant quām graue sit, quenquam qui dei  
est contemnere aut pudore afficere. Atq; hæc iuxta  
primam huius uocis *oxardōnīdū* significationē, quē  
admodum & ante nos hæc uerba exposuit Chry-  
ostomus.

Possunt præterea hæc uerba Christi alio quoque  
sensu accipi, de offensione ea qua quis flagitia et tur-  
pi uita, manifestisq; & impudentibus flagitijs, cæ-  
teris causam lapsus & peccati præbet, aut uiolenti  
quadam tyrannide infirmas conscientias sic exa-  
gitat, ut à ueritate incognita tamen adhuc, abhor-  
reant.

Qui tam impudenter cum aliorum offensione  
peccat, initianis' que Christo, infirmis tamen adhuc  
& pusillis, à recto itinere deflectendi occasionem  
impudenti uita præbet, satius ei esset, Christo te-  
ste, suspensa mola in pelagus esse demersum.  
Quapropter eodem loci exclusionem docet ac in-  
stuit, qua impudens & flagitosus, ut nocens &  
morbidum membrum abscondatur, ne totum cor-  
pus sua contagione inuaderet, & inficeret.

Parcendum quoq; & donandum est aliquid in-  
firmis, ab omnibus qui Christū synceriter amant,  
in his maxime quę fidei non sunt, quū scilicet pecca-

Secunda  
scandalis  
gnificatio.

Parcenda  
est infirmis.  
Vbi tertia  
scandalis  
gnificatio  
exprimitur.

tum putant quod per se peccatum non est, nec pos-  
sunt tum aliter. Nec debet hi, qui probe edocti sunt  
& harum rerum certam habent scientiam, infirmos  
huiusmodi ferocia quadam uiolenter opprimere.  
Nam non possunt semper statim conceptum erro-  
rem & prauas longo tempore inolitas opiniones  
ex animo euellere.

Vide de hoc Paulum Rom. 14. Alius quidem cre-  
dit uescendum esse quibuslibet, quibus uesci uult  
quoties liber; alius autem qui infirmus est, oleribus  
uescitur, nec putat sibi quibuslibet quolibet tempo-  
re uescendum. Iam quum is qui scientiam habet &  
fimus est, coram infirmo, cibo, quem infirmus ue-  
titum censet, uescitur, offenditur infirmus, horrore  
quendam concipiens, uescentemq; iudicare incipit,  
ac firem illicitam & uetitam designasset. Hic de iure  
suo cedens firmus, donet aliquid illius infirmitati  
& ignorantiae, donec & ille plenius instituatur &  
firmior fiat. De infirmitate loquimur, non de desti-  
nata malitia & pertinacia.

Idem docet Paulus 1. Cor. 9. Si esca offendit fra-  
trem meum, haudquam uescar carnis in æter-  
num, ne fratri meo sim offendiculo. Hanc doctrinæ  
facto quoq; confirmat Apostolus, quum patitur ut  
Timotheus more Iudaico circuncidatur, Act. 16, ta-  
meti sciret circumcisionem ad salutem nihil prodes-  
se, donans tamen hoc infirmis Iudeis, ne, si resiste-  
ret, minus ad fidem conuerterentur, aut hoc pacto  
animos à Christi doctrina alienarent.

*Graecu[m] scanda[lo] T[em]p[or]e  
l[oc]u[m] venienti* Sic tria genera scandalorum habemus. Primum,  
quum

quum pudefacimus proximum immerito. Deinde,  
 quum imputa uita & horrendis sceleribus publice  
 designatis, alijs, ut idem designent, occasionem præ-  
 bemus, offensionem scilicet & lapidem offendiculi  
 in uia dei ponentes: hos excommunicatione coercere  
 debemus. Tertium genus est, quum infirmorum  
 in fide ratio nō habetur ab his qui adoleuerunt, in  
 his scilicet rebus, quæ ip̄si adhuc ex animo non pe-  
 nitus abiucere possunt, ut de esu carnis supra satis di-  
 etum est: item in reliquis rebus, ut de Missa, de indul-  
 gentijs papisticis, de coniugio sacerdotum, &c. quæ  
 nobis ab hypocritis pro cultu Dei præscripta sunt.

## ARTICVLVS XLVIII.

*Qui ex infirmitate aut ignorantia absq; causa uult offen-  
 di, non patiamur ut is infirmus & ignorans maneat, sed de-  
 mus operam ut rite edoc̄tus, firmus tandem euadat, nec pecca-  
 tum ducat quod peccatum non est.*

IN primo & secundo genere scandali nemo do-  
 cendus est, ut prober quod per se iniquum & iniu-  
 sum est, seu ut credat aliorum scelera non esse scele-  
 ra, sed ut summo studio caueat ne commercio illo-  
 rum coinquinetur, & ut flagitosus uitetur. De pri-  
 oribus duobus uidetur Christus Matth. 18. dixisse. De  
 tertio genere breuibus absoluemus. Quum frater tu  
 us infirmus est, peccatum esse existimans quod tu  
 peccatum non esse certo scis, leniter cum illo agas,  
 non ferociter, donec certius edoceatur id quod tu fa-

D

**Quomodo docendi in firmi.** cis non esse peccatū, alioqui enim scientia tua alijs offendiculo esset, 1. Cor. 5. Doce ergo eum, ne pecca tum existimet, quod peccatū non est. Id uero fiat nō argutijs aut disceptationibus, quæ infirmos plus im plicitos et curiosos reddunt, sed claris & disertis uer bis dei, ut habes Deut. 4. & 12. Nō addes uerbo dei, nihil deniales, & id tantū facito quod dominus iubet. Quod ergo deus non uerat, peccatum non est; quod nō præcipit, hoc coli non potest. Qui deū co lit alijs rebus quam quæ ipse præscribit & postulat, bifariam peccat. Primū quod putat deo placitum, quod ipse ex stulto capite suo excogitauit. Deinde, si quod ferè huiusmodi homines sua strenue agunt, omissis illis quæ deus iubet.

Dic ad eū: Hominis testamento nemo addit quid quam impune, dei ergo testamento cur homo addere quidquam audet? Hoc ergo solum peccatum est, quod deus uerat: hoc bonum, quod deus præcipit. Hunc docendi modum Paulus Ro. 14. tradit. Por rò eum, inquit, qui infirmatur fide, assumite, nō ad dijudicationes disceptationū. Alius quidem credit uescendū esse quibuslibet: alius uero qui infirmus est oleribus uescitur. Qui uescitur, nō uescentem ne despiciat: & qui non uescitur, uescentem non iudicet. Lege totum caput.

**Episcopo - rum est scā - dala per do - finā tolle - te.**

Episcopi igitur ubiq tollant huiusmodi scanda la, hoc est diligenter in sermonibus ad populū incul cent, quæ sint mandata dei, quæ hominū, nec patiā tur miseris conscientias perpetuō seruitute huma norum præceptorum excarnificari. Ita fieri ut uni uersus

uersus orbis soli uerbo dei audiet, solisq; dei operis  
 bus incumbet, tollentur carnificinæ animarum, cu-  
 ius loco iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto  
 succrescit. Digni essent quidam nuguenda, quos  
 publice irridiceremus, qui contrariū omnino faciūt,  
 pro publicis contionibus uociferantes: Proh deum  
 atq; hominū fidem, sacra quadragesima carnes ex-  
 dunt, sacerdotes coniuges habent, & missas insuper  
 celebrant, quorū tandem hæc? an non indignū  
 hoc? Quidam dum hæc tā tragice intonant, & miris  
 uerbis exaggerant, ab impuro concubitu scorti iam  
 iam surgunt, & impudico ore coniugia casta sacer-  
 dotum blasphemant. Sed non tractabo eos pro di-  
 gnitate, persuadeo enim mihi quosdam ex eis mo-  
 res mutaturos, ut aliquando Christum sint induitū  
 ri, ne semper aut sordeant aut nudi sint. Sunt quidā  
 præ properi qui dicunt: Quandiu ergo infirmis par-  
 cendum? Respondeo: Tantis per, dum eo adoleue-  
 runt, ut non amplius offendantur. Sed nihil pro-  
 dest, inquis, uerbo prædicato non credit. Iam ergo  
 alio remedio utendum tibi. Obserua num maior et Quid facil  
 sanior multitudinis pars factō tuo offendatur, tunc dum si infi-  
 cendum e  
 enim libertate tua non uteris. Quod si cordatissimi-  
 nolit,  
 qui que in populo libertate tua non offenduntur,  
 perge eadē frui, modo ex hac doctrinæ Christi ma-  
 ius periculum & damnū non nascatur. Sed in quo  
 tandem oculos intendam (inquis?) an satis est si eos  
 obseruauerō qui sunt in parœcia mea? Satis, mo-  
 do ne ecclesiæ tuæ erga alios officiat. Nam præter  
 hoc quisque in hoc diligenter intentus esse

debet, ut non solum à paruis rebus sibi temperet, sed ut parentes quoq; suos deserat, si uiderit hoc doctrinæ Christi profuturum. Non erunt uere pīj in hisce rebus anxij, ostendet enim spiritus sanctus, qui eos intus docet ac dicit, quo tempore utendum libertate Christiana, quoq; tempore iugum humanatum constitutionum sit perstringendum.

Quod uero non perpetuo sit cedendum infirmis, sed ad tempus tantum (nam alioqui nunquā libertatem assequeremur) docet Paulus Gal. 2, qui non permittit Titum circuncidi, quum tamen antea Timotheum circuncidisset, nimirum quod Timotheum à circuncisione sine graui scādalo & iactura doctrinæ Christi asserere non potuit, Titum potuit. Sic nobis quoq; faciendum erit, spectanda semper gloria Christi & multorum salus: ubi hæc laeduntur, cedendum nobis & donandum aliquid infirmis: ubi uero hæc illæsa manent, libertate nostra uendendum. Quod si unus aliquis summæ rerum præest, qui doctrinæ non cedit, nec possumus inoffenso deo & sine graui discrimine aut tumultu impērio eius eximi, arbitror huic semper esse cedendum in hisce rebus quæ per se mala non sunt, ut est carnium esus, ciborum delectus, feriz, &c. nam in his si quis cedit sua libertate, nihil periculi conscientiæ suæ imminet. In hisce uero rebus quæ præcepto dei sunt interdictæ, & quæ per se turpia sunt, tyranno, uicungi fremat & furiat, nihil cedendum puto. Potius enim moriendum quam uuni ex minimis sumus offendiculo.

## ARTICVL VS XLIX.

*Maius & grauius scandalum non puto, quam quod sacerdotibus matrimonio legitimo interdicitur, concubinas & scorta habere accepta ab eis pecunia permittitur.*

**S**ic ego quidem iudico, ex impudenti ecclesiastico  
scorum scorlatione grauissima in orbe scelera in-  
oleuisse. Oporteret enim episcopum & doctorem Tit. K.  
qui in cæteros dicere paratus est, omni criminе ua-  
care & irreprehensibilem esse, ne quis ei dicat: Meo  
dice cura te ipsum. Turpe omnino est doctori,  
quum culpa redarguit ipsum. Qui ergo censor alie-  
næ uitæ constituitur, honestissimæ uitæ sit necesse  
est. Quod si iste eisdem aut grauioribus quam plebs  
obnoxius sit sceleribus, an non merito huic dice-  
tur: Hypocrita, ejce primum trabem de oculo  
tuo, & deinde festucam ex oculo fratris eximere  
stude!

Vitia episcoporum hoc sunt grauiora, quod hi cæte-  
ris sunt praefecti, & eorum errata ab omnibus uidentur. Episcopo-  
rum uita gra-  
Deinde quod bona quæ docent ac faciunt, malis o- uiora sunt  
peribus ac uitijis eorum coinquinantur. reliquis.

Quare non abs te Paulus docet episcopū esse de-  
bere unius uxoris maritum. Præuidebat uir sanctus  
quantum scandalū oriturū in ecclesia Christi ex scor-  
tatione sacerdotium. Nec ignorabat impossibile for-  
re, ut continens quis ac celebs uiueret, nec omni-  
bus donum id darum esse.

Omnis ferè intuentur in uitam & mores epis-  
copum, cauere ergo uoluit Apostolus, ne quis eo-

rum malis offenderetur.

Pauci sunt qui in cœlibatu caste uiuunt: qui hoc donum à deo habent, ut caste uiuant, de illis nihil hic dico.

Qui se castū simulat, nec tamen caste uiuit, aut propriam habet, aut riualis est & alieno osse rodit. Si sum publice concubinā alit domi, quomodo aliquē ex grege scortatorē, & qui uxori suę non cohabitat, coget, ut deserto scorto uxorē recipiat? An nō ille dicit: Medice cura teipsum? quomodo in tuis lippus ac cæctiensi, in alienis tam acute cernis? Si militem increpat, mox fornicationē ei obijcit. Idem facit auras & fastuosus. Breuiter, omnes flagitiosi. Omnes enim hoc uno flagitio, scortatione scilicet, episcopi offensi increpiti ab eo obmurmurant. Sunt interim non pauci, qui uerbo dei nō illibenter crederēt, sed offenduntur impura uita sacerdotis, ut minus quæ recta audiūt & agnoscunt sequātur. Quū enim tam splendide de castitate, deq̄ cæteris uirtutibus disserit, ipso interim tam turpiter & inhoneste uiuente, multi in dubiū uocant ea quæ ab ipso recte & uere docentur. Si inferi essent, inquiūt, certe episcopus noster aliter uiueret: si uera essent quæ docet, ipse non tam turpis esset, &c.

Sic ergo deserta fide, in omnia scelera prontruunt, perspecta episcoporum suorum impietate.

Si domi propriā non alit, nihil tutū ab eo est, uix à matre sua & sorore abstinet. Sic ergo scelus episcopi flagitorum omnium patrocinium fit.

Sed

Sed quæ causa est, quod nec principes, nec res publicæ tam atrocia scelera è medio tollunt, & scortatores in ordinē matrimonij cogunt? Nimirū quod magni isti & personari episcopi in gens uectigal quotannis ex meriticio cōcubitu colligunt, quibus tam turpis quæstus nō est ingratus. Arbitrari enim cum Cœsare illo, lucrū ex qualibet re nō esse aspernandū. Deinde huius mundi potentibus consignationum episcoporum magno uendiderunt. Hic iam quisq; sibi meauit, ne si sacerdotes cōiuges fiant, sibi quid decedat. Quidam ueritatem adhuc non sunt edocti, quo sit ut minus eam tueantur.

Sed hoc edico uobis, cogite sacerdotes ut meretrices suas aut abijcant, aut ducāt, nam nisi hoc feceritis, culpæ & pœnæ eorum aliquando partem capies. An cœci estis? An non uidetis quid in causa sit, cur episcopi præceptum de castitate non tollant, quum tamen uideant uix centesimum quenque illud seruare? Sed ingens est numerus sacerdotum, inquis. Sine ergo ut in pace decedant, nec alijs in locum inutilium suorum sufficientur, sacerdota eo sum pauperibus seruant. Sed metus est, inquis, ne uxores eorum nobilium loco haberí uelint. Tantum ergo detur eis quantum necessitati & honestati publicæ satis est, ne superbiant, neq; cupiditati satisfaciant.

Omninō hoc curandū uobis, ô principes, ut turpissimū hoc scelus et atrox scandalū ex ecclesia Christi tollatur. Nam fabulæ sunt quæ de fœda castitate hypocritæ sunulant. Facile est castitatem præcipere,

hortatio  
admagistra  
tum ut scot  
tationē sa-  
cerdotum  
tollar.

sed continens esse nemo potest, cui donum tam excellens à deo negatur.

## ARTICVLVS L.

*Solus Deus peccata remittit, idq; per solum Christum Iesum dominum nostrum.*

DE RE-  
MISSI-  
ON E  
PECCA  
TORVM  
Leuit. 25.

T Solus deus  
peccatum res-  
ponsibilis.

**A** Vspicio quodam accmmodate fit, ut is arti-  
culus quinquagesimo numero cadat, habet  
enim typum remissionis peccatorum. Notum e-  
st ex libris Mosis quæ de quinquagesimo an-  
no tradit scriptura. Hic enim apud Israelitas re-  
missionem habebat ei uenditionum & seruitutum.

Quod solus deus peccata remittat, hinc patet, qd  
peccatum dici nec potest nec debet, nisi quod contra  
uerbum dei committitur. Solus ergo Deus peccatum  
remittit, quem nemo pro alio remittere quidquam  
poslit. Sed ex scripturarum testimonij rem claram  
faciemus.

1 Proba.  
Psalmo quinquagesimo Dauid sic dicit: Tibi, ô  
domine, soli peccavi. Quod si peccatum propter hoc  
tanti nocet quod contra deum fit, nemo illud po-  
test remittere quam solus deus. Nam solus deus hoc  
excellens est & summum bonum, quod nos ducit,  
alit, quod medetur, seruat, æternumq; beat.

2 Sic Deut. 32. Dominus solus dux fuit. Isaiae 43. per  
prophetam loquitur dominus in hunc modū: Ego  
sum, ego ipse sum, qui deleo iniquitates tuas pro-  
pter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

Reduc

Reduc in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes ut iustificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpres tui præuaricati sunt in me. Hæc prophetæ uerba tam undiq; sunt munita, ut expugnari neutiquam possint. Anadiplosi enim & repetitione pronominis (ego) quidquid extra se est excludit, ut nemo sit uel deorum uel creaturarum, per quem peccata remittantur, nisi per unicum & uerum deum.

Deinde, propter se remittit peccata, nō respiciens <sup>II</sup> nostra opera aut merita: & sic remittit, ut porro neq; peccatorū, neq; ueterum iniuriarum unquam <sup>III</sup> ministerit. Tertio iudicium cum homine subit deus, & quasi reus fit, ac dicam sibi scribi permittit, spaciū dans homini deliberandi & reminiscendi quæcumque causæ profutura putet: & ne se multitudine uerborum adobrutum queratur, iubet ut prior loquatur, actoris ei uicē concedens, ut producat si quæ habeat suæ iustitiae argumenta quibus niti uelit, nimis subindicans homini nihil esse quo se opponat deo. Quod planius facit quarto loco, quū origina- <sup>IV</sup> riā illam impotentiam et immunditiam, quam ex primis parentibus quasi per manus accepimus, ob oculos ponit. Nam quandoquidem Adā pater noster mortuus erat, nō potuit nisi mortuos ex se generare. Quibus etiam interpres adiungit, eos intelligens qui sequestri fuerunt inter deum & populum, qualis Moses, Aaron & prophetæ, nam & illi peccatores fuerunt.

Stat ergo sententia, nemine posse peccata remit-

tere præter unum deum, quum contra hunc unum peccetur. Nam quæ contra proximum fiunt, in hoc peccata sunt quod contra præceptum dei fiunt, qui proximum iubet diligere non secus ac seipsum, nam cuique de proximo mandauit dominus. Cōtra hanc

Papæ vero

Papæ remissionem tribuunt, quod successor sit Petri, cui claves regni cœlorum tum soluendi tum ligandi sint traditæ. Ut uero hanc falsam opinionem fulciant, uiolenter adeo torquent uerba Christi, ut ex doctis quidam & Christianis doctoribus in sententia clauium adhuc hæreant. Quidam qui sane de hac re nostra tempestate scripserunt, non satis (ut milii quidem uidetur) exacte quid claves sint demōstrarunt. Nos igitur scripturi de clauibus, primum scripturæ uerba à falsa interpretatione vindicabimus, & post hæc quæ de remissione peccatorum, de confessione, & pœnitentia controuertuntur, clausa & manifesta erunt. Matthæi ergo 16. sic scribitur: Quum uenisset Iesus in partes Cæsareæ eius quæ cognominatur Philippi, interrogavit discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dicebant: Alij quidem Ioannem Baptistam, alij uero Heliam, alij uero Ieremiam, aut unum de numero prophetarum. Discit illis: At uos quem me dicitis esse? Respondens autem Symon Petrus, dixit: Tu es Christus ille filius Dei uiuentis. Et respondens Iesus, dixit illi: Beatus es Symon Bar Iona, quia caro & sanguis nō revelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. At ego uicissim

Tractatus  
de clauibus  
Mat. 16

100.

uicissim dico tibi: Quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et portæ inferorum non ualebunt aduersus illam. Et tibi dabo claves regni cœlorum, & quidquid solueris in terra, solutum erit in cœlis: & quicquid alligaueris in terra, erit alligatum in cœlis. Hæc tam indigne tractarunt pontificij (uidentur enim prima facie ad eorū sententiam facere) ut ferè cunctis mortalibus oculos præstrinxerint. Sed non expenderunt ingeniuos uerborum tum Christi tum discipulorum.

Sæpe interrogat Iesus discipulos, quū nō sit ignarus eorum quæ ab ipsis sciscitur. Deinde omnes sæpe interrogat, uno tantum pro omnibus respondente. Hinc fit, ut sermo Christi quem eorū responsioni subiicit, non ad unum aliquem tantum, sed ad omnes simul, pro quibus suscipiens respoderat, pertineat. Scripturis hæc statim firmabimus, & luce clariora faciemus.

Deniqe hoc obseruandum, Euangelistis hoc in more esse, ut nō raro discipulis in cōmuni tribuant, quæ unus aliquis inter eos omnium nomine dixerit. Neqe enim uerisimile est omnes uno ore simul murmurasse, & confuse ita loquitos esse. Alius ergo euangelista deinde nomen illius exprimit, qui aliorum nomine loquutus est. Id usu quotidiano discimus, quum enim quis in senatu à consule seu alio quopiam, cui hoc committitur, sententiam accipit, dicit se à senatu accepisse, quum non senatus, sed consul sententiam dictauerit. Iam si quis se à consule dictante sententiam accepisse dixerit, nō mentietur,

Euāgelistæ  
nonnunquā  
omnii apō-  
stolorū uero  
ba uni tri-  
buunt &  
contra.

tamen si consulis non erat, sed senatus. Sed iam dicta probabimus.

i. Pro 4. Marci 6. legimus interrogantem dominum discipulos his uerbis: Quot panes habetis? Ite & uidete. Et quum cognouissent, dicunt: Quinque panes, & duos pisces. Hic scribitur omnes discipulos interrogatos esse, omnesque respondisse Christo, quum tamen Andreas prae ceteris hanc responzionem dedit, ut patet Ioan. 6. Marcus ergo nomine Andreae sat, Ioannes exprimit. Adparer ergo ex Ioanne Andream numerum panum & piscium aliorum nomine Christo indicasse, quum omnes tamen ire & uidere Christus iussent.

ii. Pro 4. Eodem modo hic omnes interrogat Christus, quod ipsa uerba indicant: Quem autem uos me esse dicitis? Petrus tamen pro omnibus respondet, nec tamen eius responso sic sua est, ut non sit simul aliorum omnium, qui per unum Petrum omnes loquuntur. Nam si quisque pro se loqui, ac seorsum singuli respondere uoluissent, nimirum ea forma loquendus esset, qua in cena ultima, quem de proditore dominus uerba faceret. Singuli enim dicebant: Nisi ego dominus? Atque id hic maxime factum oportuit, quum salutis negotium agitur. Nam quicunque credit Christum filium esse dei uiuentis, in deo est, & deus in eo. i. Ioan. 4. Consequens ergo est Petrum pro omnibus respondisse. Neque nos haec singimus, sed ipsa Petri uerba hoc clare ostendunt Ioan. 6. Quum enim Christus diceret: Vultis & uos abire? Petrus respondit: Ad quem iremus domine? uerba uitæ æternæ habes,

iii. Proba.

habes, & nos credimus ac scimus, quod tu es Christus filius dei. An non hic Petrus pluratio numero pro cæteris omnibus loquitur? Nō ergo soli Petro, sed & alijs discipulis omnibus (hoc est omnibus fidelibus in discipulis) claves promittuntur, quicūq; cum eis Iesum Christū filij dei uiuentis agnoscunt & confitentur.

De nomine Petri non nihil dicendum nobis est, Denominatio  
Petri.  
 quum ponitficij super Petrum ædificatam esse ecclesiām (quæ uera est idolatria) contendant. Ad Petrum sic loquitur Christus: Beatus es Symon, hoc est iuxta schema Hebraicum, bene tibi, nam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater qui in cœlis est. Ex quibus uerbis discimus, quod Christum conscripsi filium dei esse, non humanarum uirium est, sed diuinæ inspirationis.

Iam sequitur: Et ego dico tibi, quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quasi diceret Christus: Tu quidem omnium nomine dicis me esse filium dei, tibi uero filio Iona ego dico, quod tu post hac Petrus uocaberis (Petrus autem saxeus sonat) quod nomen à firma ista & solidâ confessione uenit, quemadmodum tibi antea sum pollicitus, Ioan. 1. Nam quum Andreas frater Symonem Christo adduceret, dicebat Christus: Tu es Symon filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod sonat, si interpreteris, lapis. Quod ergo Ioannis 1. pollicetur Christus, Matth. 16. præstat.

In nomine Petri autē pontifex bifariam peccat. Primum, quod ex pētra Petrum facit, dicit enim eccl<sup>a</sup> Pontificis rum duplē error in nomine Petri, 7

clesiam super Petrum & successores suos Papas ædificatam esse, quum tamen Christus se non super Petrum, sed super petram ædificaturum ecclesiam promittit, à qua petra Petrus nomen suum sortitur. Nō perstat in Petro Christus, sed reflectit sermonem in petram, à qua Petrus nomen mutuatur, super quam & Petrus ipse cum omnibus credentibus fundatus est. Nam si ecclesia Petro nixa fuisset, corruisset, dum tam grauiiter negaret & abiuraret Christum Petrus.

Sed absit ut ulli creaturæ hoc transcribamus, ut fundamentū sit ecclesiæ, hoc est fidelium. Hoc enim dicere summa est idololatria, & claris uerbis cum Christi tum Pauli pugnat. Nam Christus Matth. 21. quæ in psalmo 117. à Davide dicuntur de lapide angulari, ad se trahit. Nec potest quisquam dici lapis angularis quam Christus ipse, ut Petrus ipse docet. Solus Chri Paulus 1. Cor. 3. dicit: Fundamentum aliud nemo fuis fundans ponere potest, præter id quod positum est, nempe mentum ecclæsiae Christus Iesus.

Petrus ergo ecclesiæ fundamentum esse non potest, nam nemo aliud potest nec debet ponere, præter id quod à patre positum est, Isa. 28. Quum ergo Christus uera petra, in quam ædificata & superposita ecclesiæ domus nutare non potest, omnium creditum fundamentum est, consequi necesse est, ut quicunque agnoscunt & fatentur Iesum Christum esse filium dei (quemadmodum fecit Petrus cum cæteris apostolis) eosdem quoq; à uera petra Petros dici. Qnemadmodum omnes fideles cum Maria Magdalena optimam partem eligimus, si uni Christi fio

ño hæremus. Nec minus habet ob id Magdalena,  
quod Christus de ea testatur, quod optimam partē Matth. 12  
ipsa elegerit. Sic fratres suos uocat, sorores & ma-  
tres, quicunq; uoluntatem patris sui faciunt. Nec is  
qui uoluntatem dei facit, Mariæ matri Christi alia  
quid derahit, nihil eius gloriæ in hoc decedit, quo  
minus sit Christi mater.

Quicunq; ergo cum Petro & apostolis Christum  
filium dei esse credunt, in hanc petram sunt inædi-  
ficati & fundati, & Petri appellantur.

Hanc sententiam firmat Augustinus in Homi-  
lia, quam sacerdotes legunt passim in festo Petri &  
Pauli. Sed non tantum cordis habent, ut consyde-  
rent quomodo sanctus ille uir uerba de Petro &  
petra intelligat & exponat, sed inter legendum, ca-  
nendum & orandum, hæreticos uociferantur &  
pronuntiant quicunque Papam fundamentum ec-  
clesiæ non agnoscent. Et ipse Augustinus hæreti-  
cus eis erit.

Ex pluribus pauca hic recitare placuit, Christus Augustus  
petra, Petrus populus Christianus. Petra enim prin-  
cipale nomen est, ideo Petrus à petra, non petra à  
Petro: quomodo non à Christiano Christus, sed à  
Christo Christianus uocatur. Tu es ergo, inquit  
Petrus, & super hanc petram quam confessus es,  
super hanc petram quam cognouisti, dicens: Tu es  
Christus ille filius dei uiuentis, ædificabo ecclæ-  
siam meam. Super me ædificabo te, non me super  
te. Hactenus Augustinus.

Christus est lapis ille pretios. in fundamēto ecclæs.

constitutus super quem ædificat quicunq; fidem ille  
lius illibate custodit, quicunq; per dilectionem dei  
& proximi, per obseruantiam mandatorum dei ad  
sortem electorum peruenire festinat.

Super se ergo ueram petram ædificauit Christus  
ecclesiam suam, id est fidelium & sanctorum com-  
munionem, non super Petrum. Nec nominis com-  
mutatio quenquam moueat, quasi præstarius quid-  
dam Petro sit datum, nam & cæteris quoq; mutata  
sunt nomina, præsertim filii Zebedæi, qui Beneer-  
ges dicti sunt, tonitus filij. Quod nomine magis ad  
potentiam quandam alludit quam Petrinum, quo  
tonitru alijs rebus uehementius est, & petras quoq;  
findit.

*II. Error  
in Cephas.*

Iam in interpretatione nominis etiam errant, ut  
Hieronymus ostendit, & uerba ipsa Ioannis euangeli-  
stæ. Pontifex Cephas caput interpretatur, ut ca-  
put sit Petrus & successores sui Romani episcopi.  
Sed Euangelista dicit: Vocaberis Cephas, quod so-  
nat, si interpreteris lapis. Vox enim Syriaca est Ce-  
phas. Euangelista dicit lapidem significare, ponti-  
fex caput. Qui falsarius literarum apostolicarū de-  
prehenditur, à pōtifice flammis datur. Pontifex ueri  
bi diuini falsarius est, & eos uita priuat, qui id lo-  
quuntur quod Euangelista, ò antichriste.

*Portæ inferorum*

Sequitur in uerbis Christi: Et portæ inferorum  
nihil poterū aduersus eam. Dic tu Pontificie, quid  
refert pronomen (eam?) Certe, aut ecclesiam, aut pe-  
tram dices. Si petram refert, sensus erit: Portæ infero-  
rum nihil valebunt contra petram Christum. Si  
eccl

eccl esiam, sensus est: Portæ inferorū nihil ualebunt contra communionem sanctorum, aut fidelium qui super petram Christum ædificati sunt.

Per portas inferorum, uim & potentiam infero- Portæ inferorū  
rum aut dæmonis intellige: quæ portæ dicuntur, totum.  
quod urbes in portis munitissimæ sunt antemura-  
libus, uallis, machinis, alijsq; rebus. Sensus ergo uer  
borum est: Hanc petram, ô Petre, super quam eccl  
esiam meam ædificabo, nulla uis cōscendere, nemo  
expugnare potest, huum in me sit fundata. Nulla  
uis dæmonum nocere ecclesiæ potest. Nihil iuris,  
nihil potestatis in eos habet satan, qui Christo cre  
dunt, nec fidem ecclesiæ, hoc est omnium fidelium,  
quisquam labefactare ac delere potest.

Cōstantes ergo estote, ô fideles, nam etiam si dos  
minus uos adfligi permittit, ut uel in exilium uobis  
sit & solitudinem fugiendum, non potest tamen fi  
des extenuari aut minui, tantum abest ut extingui  
possit. Nam solus deus dat fidem, ob quam si multi  
interficiuntur, multi ad deum uenient. Tunc non  
titubabimus, tunc in petra fundabimus fixi & stabi  
les erimus, aduersus uentos, imbræ, flumina, tenta  
tiones scilicet huius mundi. Portas enim inferorum  
alij expositores uitia arge peccata intelligunt, mor  
tisera quoque hæreticorū dogmata, quibus impruden  
tes quoque illiciunt, & ad perpetuæ mortis damna  
tionem pertrahunt. Persequitorū etiā callida blan  
dimenta, siue aspera crudelitatis intentamenta, qui  
bus uel persuadendo, uel terrores incutiendo fide  
les à suæ rectitudinis statu deïscere, & æternæ morti

cupiunt obnoxios reddere. Sed & prauorum hominum opera atq[ue] inepta colloquia, quæ infidelibus introitum mortis aperiunt. Portæ utique inferorum omnia illa sunt, quatenus auditoribus uel sectatoribus iter perditionis ostendunt. Sed ex his uitiorum portis nulla præualet aduersus ecclesiam, quæ supra petram fundata est: quia quicunq[ue] supra petram, quæ Christus est, per fidem & bonam operationem firmiter fundatus fuerit, nullis temptationū insidijs à statu recte fidei deiici, nullis aduersitatibus ad casum impelli poterit. Qui uero temptationi in uniuersum succumbit, & à petra Christo recedit, hic non supra petram solidam, sed super arenam pendulam fidei domum ædificasse credendus est, quia nō Christi amore, sed alicuius temporalis utilitatis respectu nomen Christi assumpsit. Haec tenus ex homilijs quorundam ueterum hæreticorum, qui P[etrum] pars petram non esse sinunt. Iam claves aggrediemur: Et tibi dabo claves regni cœlorum. Hic inter se pugnant pontificij, pars Petro claves traditas contendit hisce uerbis: Pars contra nō traditas, sed promissas affirmat. Et recte quidem hi, sed quum omnibus apostolis parem facimus potestatem, hic iam frigent. Sed uerba Christi clara sunt. Dabo, inquit, non do: pollicetur ergo se claves daturum, non dat iam. Quemadmodū olim Petro nominis mutationem prænuntiat, causam uero mutationis iā recēset, tametsi antea discipuli Symonem Petru appellarint.

CLAVES.

Claves an. Vbi datq[ue] sint claves mox audiemus, sed prius cur dedicatur. claves dicantur dicendū. Metaphora ergo quadam claves

claves dicuntur, pro soluere & aperire, quod Christus & apostoli Euangeliū prædicatione homines à peccatis soluunt, deo reconciliant, & clausam beatitudinem reserant. Hoc est, docuerunt clare & certo uerbo dei, quod Christus datus sit nobis à patre salvator, ut quicunq; in hunc credant, soluti sint à peccatis, & uitam habeant æternam. Qui hoc non credunt, illis salus non reseratur. Regnum cœlorum Regnū cœla  
hic pro uerbo dei accipitur. Sic à Christo dicitur Lu  
cæ s. Vobis datum est nosse mysteria regni dei, hoc potius,  
est sauore patris cœlestis sit, ut uos uerbum dei clare  
intelligatis, ceteros parabolis allicit, nam mox dicit:  
Semen est uerbum dei. Regnum dei aliquando capiatur pro gaudio beatorū, quo iam defuncti fruuntur apud deum. Aliquando pro ecclesia, id est congregatione omnium fidelium qui adhuc in his terris uiuunt, ut Matthi. 25. & innumeris alijs locis. Aliquando pro ipso Euangeliō, id est pro doctrina qua nobis Christus seruator prædicatur. Et in genere pro uerbo dei, ut Matth. 5. Qui minimū mandatorum meorum non seruauerit, & sic homines docuerit, minimus uocabitur in regno cœlorū. Hoc est: Qui docet seruare mandata & præcepta dei sed ipse iuxta hanc doctrinam nō uiuit, contempsimus erit inter eos qui prædicant uerbum dei. Sic Luc. 8. & hic alijsq; in locis.

Est ergo prædictorum uerborum sensus: Tibi commendabo, ô Petre, uerbum dei, nempe Euangeliū, quod tu prædicabis: quod Euangeliū hominibus indicat & aperit quo sint seruādi. Hunc esse sensum mox clarius indicabimus. Quodcūq; ligaueris

Scotij.

super terram , ligatum erit in cœlis : & quodcumq[ue] solueris super terram , solutum erit in cœlis.

Quandoquidem uero antea claves promissas hic à Christo diximus , requirit ordo , ut quando & ubi præstite sint aperiamus . Sed prius indicabimus

**Math. 16.** quomodo ex ueteribus quidam hunc locum sine interpretati , ut notum fiat quomodo hunc tractarint pontificij , qui sese deos fecerunt .

**Veterum de  
elanibus  
sententia.** Hieronymus super hunc locum sic scribit : Istum locum episcopi & presbyteri non intelligentes , aliquid sibi de pharisæorum assumunt supercilios , uel ut damnent innocentes , uel soluere se noxios arbitrentur , quum apud deum non sententia sacerdotum , sed reorum uita queratur , &c. His uerbis Hieronymus nihil aliud docet quam ligare & soluere non in sacerdote esse situm , sed in peccante . Nam si peccator peccatum suum agnoscens dolet , & uitam emendat , ostendit ei sacerdos peccatum à deo esse remissum . Quod si haereticus est , qui dicit nec episcopos nec sacerdotes , sed unicum deum peccata remittere , Hieronymus uester , ô pontificij , haereticus erit , sed procul hoc à uobis sit .

**Ambrosius.** Ambrosius super secundum caput epistole ad Ephesios sic scribit : Vnde dominus dicit ad Petrum : Super istam petram ædificabo ecclesiam meam , hoc est in hac catholica fidei confessione statuo fideles ad uitam . Audis hic quo pacto peccata remitti censem Ambrosius ? Non ergo haeretici , sed sancti & p[ro]pij uiri sunt qui absolutionem à peccatis nō in manu hominis ponunt . Sed quero ex uobis , ô pontificij .

tificij, quandoquidem uobis hoc tribuitis, quo patet tandem ligatis homines? Fortasse excommunicationem adferetis, qua scelestum ab ecclesia arceris, nam de cæteris peccatis non potestis, quæ dominus iussit, ut septuagies septies remittamus. Neminem ergo nisi per excommunicationem ligare potestis, præter quam nec magister uester sententiarū aliam monstrare potest. Quod si de sola excōmunicatio-ne ligatio uestra intelligitur, solutio de eadem intelligatur necesse erit. Nam hæc in eodem sermone opposita aut potius composita, de diuersis non possunt intelligi. Sed hoc in loco potestas nulla datur, sed promittitur tantum. Et ego olim in ea fui sententia, ut uirung̃ ligare scilicet & soluere, Matth. 16. & Matth. 18. de sola excommunicatione intelligerem, quod à me in Architele indicatum est, sed tantum propter quosdam insidiatores quos tum habebam. Sed facile intelligere est & cuius obuium, hic promitti tantum claves. Sed Matth. 18. instituitur excommunicatio, de qua (cuius sit) superius abunde satis dictum est.

Ad hæc non legimus neq; Petro neq; alijs apostolis alias traditas esse claves, quām post resurrectionem. Tum enim discipulis omnibus, nobisq; in ipsis claves antea promissas dedit, ut est Ioan. 20. Quemadmodum uero soli Petro non est pollicitus, ita nō soli Petro claves dedit. Sed ostendemus uerbis Christi, Christum in claviū promissione fecisse, quod quisq; domi suæ facit. Fingamus patrem familias plures habere filios, uni autem eorū qui uel

Claves post  
resurrec-tio-nem Christi  
datæ sunt.

natū maior est, uel responsione pro alijs celerior & alacrior uisus, pollicitationem faciat pater. Requente enim ab eis patre, ut in rem publicam bene sint animati: isti respondendi prouincia natū maximo siue demādata, siue ex consuetudine permissa, pollicetur se omnia propter eam esse subituros: pater mouetur, ut Petro (tale enim nomen primogenito esse permitte) proprie cordatam, natisq; dignam responsionem spōdeat se uxorem bene moratam, formosam, nobilem, diuitiem daturum, qua posteritas sperare possit non degenerem. Quid: an alijs non idem præstiturus est? Nimur omnibus uxori dotemq; procurabit. Non præficitur hac promissione Petrus cæteris fratribus, nec queritur si & cæteris quoq; uxores à patre queruntur, nec ipse se cæteris præfert. Sic Cliristus Petro claves promittit, non tamē excludens aut priuans cæteros. Quum uero præstaret claves, nempe post resurrectionem, omnibus simul congregatis par ius dedit. Accipite, inquiens, spirinum sanctum, quorū remiseritis, &c. Nec Petro facta est iniuria, non magis quam mercenario summo mane in uineam conducto, quum paterfamilias postremo tantundem daret, & eum primo æquaret. Nam primo merces promissa dabatur, nec potuit liberalem patrisfamilias manum claudere, nec etiam debuit, quin cæteris daret quæ ueller, Matthæi 20. Hoc alijs quoque locis discitur: Luc. 5. dicit Christus soli Petro: Noli timere, ex hoc eris hominū piscator. Sed non solius Petri est ut reti Euāgelico hoīes ē mūdo ad salutē trahat, sed aliorū omnium

omniū, nam hoc Andreæ fratri Symonis, duobusq;  
Zebedæi filijs, Iacobo & Ioāni promissum est, Mat.  
4. Marci 1. Venite, inquit, post me, faciā uos pescato-  
res hominum. Quod ergo Petro soli dicitur aliàs,  
aliàs omnibus disertis uerbis dicitur. Sic Mat. 16. ui-  
dentur uerba Christi (si literam spectes) ad solū Pe-  
trum esse dicta (tametsi re uera omnibus discipulis  
dicuntur, nam omnes interrogauerat, & Petrus pro  
omnibus responderat; oportet ergo sequentia Chri-  
sti uerba adcommodare omnibus: tametsi hoc parum  
refert, nec cōtentione opus est, nechac defensione e-  
gemus) quū tamē claves Ioan. 20. omnibus discipu-  
lis dantur. Sed ut Petro nihil decedit quū pariter o-  
mnes accipiunt, ita Petrus non plus habet quū ei so-  
li fit pollicitatio. Nec est, quod ius primogenitorū  
causemur: Esto dominus fratrum tuorū. Hoc enim  
in Christo desijt. Is enim ut solus dominus est, et na-  
tura filius, omnē dominatum nobis ademit, iussitq;  
ut qui natu maior, sit sicut minor: & qui præcessor,  
sicut minister fiat.

Quod uero claves, de quibus hic loquimur, non apostolis tantum, sed omnibus pijs in apostolis sint datae, uerbis Christi Matt. 13. satis manifestum fit, dis-  
cit enim Christus ad discipulos suos: Quæ uobis di-  
co, omnibus dico. Si ergo discipulis claves promi-  
sit & dedit, omnibus credētibus & docentibus quo-  
que claves dedit. Nam Lucas qui & ipse 12. cap. hac  
eadem scribit, omisitis illis uerbis: (Quæ uobis dico,  
omnibus dico) Petri interrogationem indicat, ut cla-  
ra sint omnia, nempe quod Christus hæc uerba:

Claves cæ-  
sis fidel-  
bus datae  
sunt.

(Quæ uobis dico, omnibus dico) absolute de omni doctrina sua intelligit. Nam quidquid Christus unquam docuit, non in hoc docuit, ut soli apostoli id scirent, sed ut hæc communis esset omnibus. Nam quum Lucæ 12. similitudine quadam diligentis patris familias, uigiles ecclesiæ suæ exercefecisset (q & Matth. 13. facit) dicit Petrus: Domine, ad nos dicas hæc parabolam, an ad omnes? Quasi diceret: An nos solos iubes uigilare, an & reliquos homines omnes? Lucas responsum domini non nihil mutatis uerbis scribit, omissi tens quæ clare dicit Matthæus. Marcus uero clarissima uerba Christi recenset (Quæ uobis dico, omnibus dico.) Nam puncta Græcanica à fronte & fine secernunt, ut absoluta sit oratio. Consequitur ergo in apostolis omnibus credentibus claves datas esse.

**Claues q.d.** De clauibus uero quid sint, adhuc dictum non est. Iam ergo et hoc expediemus: Claves nihil aliud sunt quam purum uerbum dei, & Euangeliū prædicatio sincera. Qui enim prædicato Euangeliū credit, absolvitur à peccatis suis, & saluus erit: qui non credit, damnabitur. Quod uero sit Euangeliū uerbum, supra prolixè tractatum est, sed per epilogum hic repetemus breuiter.

**Summa E.  
vangelij.** Posteaquā homo didicit se nihil esse, nihil boni ex se posse, interim expendit sibi uia ad deū nō patere, nisi bonus sit & innocens, sentit nimirum impossibile esse, ut suo marte ad deum ueniat, & desperatio quædam salutis ac æternæ uitæ animum subit, nisi dominus manum porrigat. Iam mittit nobis filium suum

suum deus, ex ingenti charitate qua nos complectitur, quem fratrem nostrum facit, ut impotentiā nostram sarciat, ut iustitiae dei pro nostra culpa satisfaciat, ut pignus nobis esset salutis nostrae, quin ut iustitia nostra siet et redemptio, per quam nobis ad deum iter pateat. Quicunq; hanc dei effusam in nos bonitatem ac benignitatem agnoscit ac credit, is certus gratiae & benevolentiae diuinæ, misericordiae dei innititur & certo fudit, cuius gratia pignus est Christus, & is ab omnibus peccatis soluit. Qui huic prædicationi non credit, is adhuc captiuus iacet in peccatis suis. Nam seipsum iustificare non potest, nec efficere ut gratus et acceptus sit deo, nec interim gratia & misericordia dei nititur: huic minister uerbi certo denunciare potest, quod adhuc ligatus fit & constrictus in vinculis peccatorum suorum, adeoq; ad deum uenire non possit. Ut uero hæc magis clara fiant, uerba clavium diligentius expendemus.

Quum Christus à morte ad uitam resurgeret, & discipulis claves promissas præstaret, præmisit spiritum sanctum. Nam sic de hac re scribit Ioan. 20. ca. Quum uespera esset die illo, qui erat primus sabbatum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum, uenit Iesus, stetitq; in medio, & dixit: Pax uobis. Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus et latus suū. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterū: Pax uobis. Sicut misit me pater, ita et ego mitto uos. Hęc quum dixisset, flauit in eos, & dicit eis: Accipite spiritum sanctum, quorūcunq; remiseritis peccata, re-

Locus ex  
Ioannis 20

mittuntur eis : quorumcunque retinueritis , retenta sunt. Hæc uerba Euangelistæ Ioannis, primum penitus percurremus, ut in alijs quoque Euangelistis huius uerba planius intelligamus , nam hic certæ notæ sunt, quas & in alijs cernere & reperire licet, qui eandem rem describunt, alijs licet uerbis sententia manente eadem.

**I** Primum indicat Ioannes factum id esse eodē die  
**II** quo dominus à mortuis resurrexit. Secundo, stetisse Iesum in medio, & imprecatum fuisse eis pacem.

**III** Tertio, ostendisse ipsum discipulis manus & lams.

**III. V** Quarto, gauisos esse discipulos uiso domino. Quin

**VI** to, bis imprecatum fuisse pacem. Sexto, Christum amandas & misisse discipulos suos, quemadmodum pater ipsum miserit. Misit autem pater filium in mundum, ut mundus seruetur per ipsum. Mittit ergo & ipse discipulos suos in hoc, ut prædicent ipsum esse seruatorem mundi.

**VII** Septimo, ostendit Euangelista Christum insufflassisse in discipulos, eiusmodi adiunctis uerbis: Accipite spiritum sanctum, quorumcunque remiseritis peccata , remittuntur eis : quorumcunque retinueritis , retenta sunt. His notis ac signis euincemus Christi sententiam esse, ut ubicunque Euangelium prædicetur, & huic fidei habeatur, illic hominibus creditibus remitti peccata , infidelibus & incredulis non remitti , sed seruari.

Sexta nota docet, Christum misisse discipulos suos ut Euangelium prædicarent, quemadmodum et ipse in hoc uenerat, à patre missus, ut salutem prædicaret.

caret. Qui prædicato Euāgelio credit, liber erit à pec-  
catis; qui nō credit, is in peccatis suis manet. Suā mis-  
sionē clare ostendit in Luca ex cap. 61. Esaiæ prophē **Luc. 4.**  
tæ: Spiritus domini super me, eo quod unxit me, ad  
prædicandum mansuetus misit me, ut sanē cōrritos  
corde, ut prædicem captiuis remissionē, & cæcis uis-  
sum, ut emittam confractos per remissionem, ut præ  
dicem annum domini acceptum.

Sed iam Lucæ uerba audiemus & diligenter ex-  
pendemus, sic enim cap. 24. scribit: Dum aut̄ hæc lo-  
quuntur (loquebantur aurē de eo quod Petrus Chri-  
stum uidisset, & quod duo ex itinere narrarent, qua  
forma eis adparuisset euntibus Emaum, quū godē  
die Hierosolymam rediſſent) stetit Iesus in medio  
eorum. Hæc prima nota est in Ioāne. Deinde sequi-  
tur in Luca: **Dixit eis: Pax uobis.** Et hæc secunda est  
nota ex Ioanne. In Luca rursus sequitur: **Expauefa-** Cōciliatio  
aliorum e-  
vangelista-  
rum cum lo-  
anne.  
**Eti uero & conterriti, existimabant se spiritum uide-  
re.** Hæc quarta nota est in Ioanne: **Dicit autem Ioan-  
nes, gauisos esse discipulos uiso domino: quod ne-  
minem mouere debet, sæpe enim & metus & gau-  
dium simul cōcurrunt.** Lucas uoluit ostendere subi-  
tam domini ad partitionem apostolis horrorem in-  
cussisse: ut cum quis præter expectationē rem cupi-  
tam audit uel uider, sæpe horror ingruit, ut putet nō  
adesse quod adest, aut̄ metuit ne sit. Hoc creperum  
gaudium metu mixtū, exprimere uoluit Lucas hac  
dictione *n̄ tonbūris.*

Iam iterū in Luca sequitur: **Et dicit ad eos Iesus:** ✓  
**Quid turbati estis, & cur ascendunt cogitationes**

*in cordibus uestris? Hoc cū Marco habet Lucas cōmune, non cum Ioanne.*

*VII*  
Sequitur in Luca: *Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, ut me uideatis habere, &c. Hæc tercia nota est quam apud Ioan-*

*VIII*  
*nem indicauimus.*  
Iterum in Luca sic scribitur: *Adhuc autem illis nō credentibus præ gaudio, & mirantibus, dixit eis: Ha betis hic aliquid edulij? &c. Hic uides qualis metus fuerit in discipulis, cupidi enim Christi quem corā uidebant partim mirabātur, partim dubitabant, metuentes non esse eum quem magnopere desyderabant. Iam describit Lucas de sauo apiario & afflato pisce, de quibus Christus comederit, sed hæc præterimus, quum Ioannes non habeat.*

*Nihil uero mirandum quod quædam ab alijs omissa, ab alijs scribuntur, quin hoc magnam doctrinæ Christi fidem conciliat, quū inter dissimilia uerba & tempora, sensus utrobique tam probe quadrat.*

*Adhæc sæpe ab uno historia integra scribitur quā alius eodem loci omittit totam, alio in loco deinde prolixior. Ioannes enim cap. 21. scribit, multa alia esse eorum quæ fecerit Iesus, quæ si scribenda essent, mundum non posse capere.*

*Iam rursus sequitur in Luca: Hæc sunt uerba quæ loquutus sum uobis, dum adhuc essem uobiscum, quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosis, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit*

aperuit illorum mentem ut inteligerent scripturas, & dixit eis: Sic scriptum est, & sic oportuit pati Christum, & resurgere a mortuis tertio die, & praedicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, initio facto Hierosolymis, &c.

Hic sextam notā Ioannis deprehendimus, quod uidelicet praedicare mandat remissionem peccatorum in omnes gentes, quod Ioānes simpliciter mittere dicit.

Septimam notam, quæ apud Ioannem de spiritu sancto discipulis dato mentionem facit, Lucas alijs uerbis exprimit, dicens: Aperuit eis mentē. Nam solus spiritus sanctus mentem aperit, ut uerbi dei sit capax. In hac eadem nota, quæ apud Ioannem septima est, claves continentur, quas Lucas sic exprimit: Oportet in nomine eius praedicari pœnitentiam & remissionem peccatorum. Hic uides à Luca dici, prædicari pœnitentiam, hoc est resipiscientiam & uitę in nouationem, quod à Ioanne solui & ligari dicitur. Prædicatur enim per Euangelium, ut de ueteri & pristiina uita, nempe mala, homines doleant & desistant, agnoscant se peccatores, emendent uitam, crescantq; interim peccata eis per Christum remitti. Sic enim prædicauit Ioannes Baptista. Primum morbos asperis uerbis ob oculos ponit, agnito morbo, ad Christum animæ medicum mittit & grorios. Hunc modum & Christus ipse prædicando seruauit. Proinde à medio huius articuli ostendi, in primis necessarium esse, ut homo imbecillitatem suam & impo-

tentiam agnoscat & fateatur, simulq; in Christū seruatorem suum credat. Hoc idem Christus hic ostendit, quum aperit scripturas, quæ dicant, oportuisse Christum pati & resurgere.

*Soluerit & ligaverit.* Discimus ergo apud Lucam soluere & ligare aliquid nihil esse quam prædicare Euangeliū, nempe hoc, quod nostrapte natura simus impotentes ad omnne bonum. Rursus in Christo, qui iustitia nostra est, omnia possumus. Quicunq; hoc credit, huic in nomine Christi peccata remittuntur: qui uero non credit, is peccatorum nullam habet remissionem, ligatus ergo manet, funibus peccatorum constricetus.

Clariora hæc fient ex Marco, cuius iam uerba ex capite decimo sexto adscribemus: Post hęc adparuit duobus ex his euntibus Iesus, sed in alia forma. Et illi abierunt ac renuntiarunt reliquis, nec his illi crediderunt. Marcus breuissimis uerbis comprehēdit historiā, quā Lucas multis & prolixis explicat, nempe de duobus euntibus Emaum. Deinde deprehēditur hic nota quæ apud Ioannem prima est, nempe historiam factam esse ipso resurrectionis.

Sequitur iam in Marco: Postea discubentibus illis undecim apparuit, & exprobrouit illis incredulitatem, & cordis duriciem, quod ijs qui se uidissent surrexisse, non credidissent. Hoc totum eodem ipso die factum est. Aduerbiū uero (postea) cōnectū sequentia superioribus: & est sensus: Posteaquā discipulis illis qui se uiderant surrexisse non credidērunt, adparuit illis Iesus, &c. Et hoc idem habet Lucas,

eas, ut supra est indicatum. Factum uero est in die resurrectionis.

Signa & circumstantias omnes tam diligenter exequor, ut quisque uideat ab Euangelistis omnibus eandem rem unius diei perscriptam esse, licet alijs alijsq; uerbis.

Iam iterum sequitur in Marco: Posteaquam egredii fueritis in totum mundum, prædicate Euangeliū omni creaturæ. Hæc sexta nota est in Ioanne: Sicut misit me pater, et ego mitto uos. Pater misit me ut læta nuntiem mundo, Esaiæ 61. hoc idem uobis iniungo, ut lætum hoc nuncium omni creaturæ nū cieris, nempe quod deus generis humani misertus, per me filium suum unigenitum impotentiaē eoru succurrere statuit.

Mox sequitur: Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit: qui non crediderit, condemnabitur. Hæc septima nota est apud Ioannem: Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunque retinueritis, retenta sunt. Sed Marcus clarissime hæc uerba expressit, illis scilicet peccata remitti qui credunt, illis seruari qui non credunt.

Nec est quod moueantur simplices sacerdotes, qd Marci uerba in die Ascensionis in templis legūtur, non enim statim cōsequitur eodē die facta esse quo leguntur. Nam breuissime unus omnium Marcus totam historiam colligit. In qua (ut uides) quatuor per ordinem tempora indicantur.

Ab eo enim loco qui incipit: Discubentibus illis,

- II** usq; Receptus est in cœlum , factum in die resurrec<sup>t</sup>tionis, simulq; quadraginta dies in quibus ap<sup>p</sup>aruit discipulis Iesus, cōpleteatur: & hæc duo sunt  
**III** tempora. Tertium tempus incipit ab ascensione, quū dicit Christum ab eis receptum esse in cœlos. Quar  
**IV** tum deinde tempus incipit: Illi uero egressi prædicauerunt, &c. quod post Pentecostes festum factum est. Nam mādauerat dominus ne Hierosolymis discederent, donec promissum patris reciperent, nēmpe spiritum sanctum, Act. 1.

Illud ergo quod Marcus dicit: Postquam dominus loquutus est eis, nō ad diem resurrectionis, sed ad tempus inter resurrectionem & ascensionē intermedium referri debet.

Ex his firmissime probatum putamus uerba Iohannis: Quorumcunq; remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorumcunq; retinueritis, retenta erunt, idem pollere quod uerba Marci: Prædicate Euangeliū omni creaturæ, qui crediderit et baptisatus fuerit, saluus erit: qui non crediderit, condemnabitur. Hoc est, quicunq; Christum filium dei suam salutē & pignus gratiæ esse credunt, per quem sibi aditus ad deum pateat, illi seruantur: quicunq; id non credunt, damnantur.

Quomodo soluāt apostoli.

Sed quomodo apostoli soluerunt, inquis? Respō deo: Verbo dei: qui ore cōfessus est Christum suam salutem esse, huic certo promiserunt peccata remis̄sa esse, & insuper baptizarunt. Sed quomodo ligarunt, inquis? Quum Euangelio non crediderunt, abeentes puluerem pedum, iuxta præceptū Christi, excusse-

excusserūt in incredulos, testātes Sodomis extremo Luke 10;  
die mirius fore quām illis, quod regnum dei, id est,  
uerbum dei, oblatum respuerint. Sic fecerunt Pau-  
lus & Barnabas in Antiochia Pisidiæ, quum Evan- A&. 13;  
gelium prædicatum Iudæi non reciperent. Opor-  
tebat (inquiunt) uobis primum loqui sermonem  
dei, sed quoniam repellitis illum, & indignos uos  
iudicatis æterna uita, ecce conuertimur ad gentes.  
Quumq; extimularent Iudæi mulieres religiosas,  
& honestas, & primos ciuitatis, & excitauerūt per-  
sequitionem in Paulum ac Barnabam, et eiecerunt  
eos de finibus suis, illi excusso puluere pedum suo-  
rum in eos, abierūt Iconium. Ex his adparet excus-  
sionem pulueris à pedibus præcipuum fuisse signū,  
quo damnarunt incredulitatē, manentib; interim  
incredulis in peccatis suis.

Neg̃ mouere hoc debet quenquam, quod hæc  
uerba (Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligas-  
tum & in cœlis, &c.) Matthæi decimo sexto, postea  
in capite 18. quum de exclusione agitur repetuntur,  
quum tamen claves rem talem esse oporteat, quæ  
omnes conscientias liberet ac soletur, non tantum  
cas quæ perficta fronte palam ausæ sunt peccare.

Quod si quis querat: Quur igitur Christus ipse  
hanc legem Matthi. 18. de excommunicatione agens,  
claves profert? Respondemus, Christum ea oratio-  
ne hic ueluti maxima quadam uti, ac descensum,  
quem Logici uocant, facere. Sæpe enim generali- Christus fæ-  
bus sententijs aliter atq; aliter uitetur, ut quum dicit: pe generali  
Nemo lucernam accendit, & sub modium ponit. bus senten-  
tij s varie  
uitetur.

Hanc conclusionem & maximam, ab usū hominū  
receptam, deinde ad uarios usus adcommodat, ut non  
semper eodem sensu proferat, ut patet Lucæ 8. & 11.  
Matth. 5. Non dissimili ratione Proverbio uulgaris:  
Nihil opertum quod non reueletur, uarijs modis  
utitur. Potest ergo, non incommode & excommuni-  
catio sub uerbis soluendi & ligandi comprehēdi.  
Quum enim uerbo dei conscientiæ soluantur & li-  
gentur, quæ se non impudenter prostituerunt, mul-  
to magis eæ quæ se impudentibus sceleribus & fla-  
gitijis prostituerunt, ligandæ, id est uitandæ sunt:  
& rursus, quum uidemus pœnitentiæ dolore mu-  
tatas esse, in pristinum consortium recipiendæ.  
Probatur ergo ista impudentium abiectio, abstensio,  
uel excōmunicatio, Christo authore iuste posse  
inter Christianos fieri ui ac tenore legis clauium,  
quarum sit incredulos uitare posse. Nihil minus er-  
go, qui se ore Christianos esse constentur, & factis  
negant. Similiter quum clauium sit impium ab im-  
pietate soluere, & in fratum numerum admittere,  
nihil minus manifeste delinquentem, si mores mu-  
tet, recipi posse. Evidem ecclesiam decet flagitiosos  
& inobedientes nō minus uitare, quam uitant p̄r-  
dicatores uerbi incredulos & impœnitentes.

**Christus**  
suis tribuit  
quod sui  
solius est.

Hoc quoq; diligenter obseruādum est, Christum  
non raro discipulis suis tribuere, quod tamen ipse  
solus efficit. Sic Lucæ decimo: Sanate ægrotos. Sed  
ægritudines tollere & ualetudinem dare, solius dei  
est. Nam Acto. 3. Petrus hoc testatur quum inquit:  
Viri quid miramini super hoc, aut nos quid intue-  
mini,

mini, quasi nostra uirtute aut pietate efficerimus, ut  
hic ambularet Deus Abraham &c. Iterum dicit Lu-  
cas Act. 5. Per manus apostolorum fiebant signa &  
prodigia multa in plebe: & erant tamē signa illius,  
qui Marci ultimo dixit: Per nomen meum ejcire  
dæmonia. Per meū nomen inquit, non sua uirtute,  
Sed sic nos amat, sic nos fauore suo complectitur, ut  
nobis miseris tribuat, quæ sua sunt. Sed qui fideles  
sunt, sciunt opus dei esse, non ipsorum. Sic ergo ad  
apostolos dicit: Quorumcunq[ue] remiseritis peccata,  
remituntur eis: non secus ac si apostoli fidem pe-  
ctoribus darent, quam tamen nemo dat, quam spi-  
ritus dei trahens.

Postrema pars huius articuli, quod deus per Christum  
peccata remittat ac condonet, in 19. 20. & 21.  
articulis satis est explicatum. Ad hæc Rom. 5. Sicut  
per unius hominis (Adami scilicet) inobedientiam  
peccatores constituti fuimus multi, ita per obedien-  
tiam unius (scilicet Christi) iusti cōstituentur multi. Multi pro  
multitudi-  
ne.

## ARTICVL VS LI.

Qui remissionem peccatorum creaturæ tribuit, deum glo-  
ria sua spoliat, & idololatra est.

Fundatur hic articulus in superiori. Nam si solus  
deus peccata remittit (quod satis abunde proba-  
sum est) consequitur eum gloriæ dei detrahere, qui  
hoc creaturæ tribuit. Iudæi quū Christum non cre-  
derent esse deum, blasphemiam interpretabantur,  
quum paralytico diceret: Confide fili, remittuntur

tibi peccata tua, Marci 2.. Quod si Christus (ut illi malitiose existimabant) deus uerus nō fuisset, recte illi dixissent. Aut à Christo propter hoc uerbum reprehensi essent, ut etiam indicat Chrysostomus. Sed non dixit Christus : Erratis quod soli deo hoc tribuitis, homines quoq; potestate habent peccata remittendi. Non dixit hoc Iesus, sed ostendere uoluit se quoq; deum esse quem purum hominem illi existimabant. Propterea subdit : Ut autem cognoscatis filium hominis potestatem habere in terris peccata remittendi, dixit ad paralyticum : Surge, tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam. Is autem continuo sublata lectica surrexit, & domum petiit.

**Cur Christus se filium hominis dicat,** Filium hominis se uocat, quod uerus homo esse ab omnibus credatur. Adhuc miraculum uirtutis est diuinæ, quam uoluit Christus Iudæis sanatione paralytici notam facere.

Sequitur ergo, & peccatorū remissionem solum diuinæ uirtutis esse, alioqui sanatione ægroti se deū esse, & posse remittere peccata, non satis firme probasset. Sed utrumq; æque dei est, ægrotos curare, & peccata remittere: alterū ergo ex altero probat. Qui ergo peccatorum remissionem creaturæ tribuunt, deum blasphemant. Quanta ergo impietas, quam atrox scelus, pontifici aut alijs hominum peccatorum condonationem acceptam ferre, quod sæculis iam aliquot à pontificijs orbi persuasum fuit. Hinc factum est ut dei bonitas hominibus fuerit ignota & plane ignorata, quum misericordia non deo, sed homini mortali adscriberetur. An hæc non uera est idolo

**I**dolatria? Idolatria enim hinc nomen traxit, **I**dololatris  
quod dei cultum & honorem creaturæ adscribunt quid.  
homines, aut quod creature tribuit, quod solius est dei.

## ARTICVL V S LII.

**C**onfessio ergo quæ sacerdoti aut proximo fit, non pro re-  
missione peccatorum, sed pro consultatione haberi debet.

**H**Vnc articulum ideo posui, quod uidebam no-  
stra tempestate quosdam esse doctos qui tra-  
derent, necessarium esse ut peccator sacerdotem  
adeat, utcunq; peccata solus deus remittat. Causam  
ostendunt, quod adire sacerdotem & ab eo absolu-  
tionem recipere, signum sit quo certus fiat peccator,  
sibi remissum esse peccatum. Hoc quomodo uerum Confessio  
non est si-  
gnū remis-  
sionis pec-  
catorum,  
sit ego non uideo, quū hæc doctrina uerbo dei non  
sit suffulta. Baptismus quidem signū habet aquam:  
corpus Christi, panē & uinū: sed hæc signa Christus  
ipse instituit. Aditus autē ad sacerdotem, à Christo  
non legitur institutus aut præceptus, in hoc præser-  
tim ut peccata remittantur. Nam quod leprosos ad  
sacerdotes mituit Christus, confessionem non fir-  
mat, sed subuertit potius, & docet non adire sacer-  
dotem. Nam dum in luce ueritatis clare uidemus,  
peccatum à deo esse remissum, idq; per Christum fi-  
lium suum, & huius rei per fidem iam certi sumus,  
peccata uere sunt remissa. Ioan. 6. Qui in me cre-  
dit, habet uitam æternam. Ioan. 3. Qui credit in fi-  
lium, non iudicatur.

Christus, ut Lucas 17. scribit, mittit decem lepro-

**F**actum 10. vos ad sacerdotes antequam essent mundati, in itinere autem mundati sunt. Vnus eorum ut uidit sese mundatum esse, reuersus est ad Christum, glorificans & laudans eum magna uoce: & hic erat Samaritanus. Vides hic leprosum reuersum esse ad eum, qui author fuit sanitatis. Docet ergo hoc exemplū, ut potius deo pro peccatorū remissione gratias agamus, & huic uni acceptam hanc feramus, ad hunc unum configiamus quām ad sacerdotem. Id certe fiet, dum tanta sumus fide prædicti, ut certi simus peccata nobis à deo condonata esse per Christū, dumq; id ab eo in nomine Christi certa fide petimus. Remitte, ô misericors deus, mihi misero peccatori peccata mea, non mēcis meritis, nam si me respicis, culpam culpæ adiicio, sed propter meritū filij tui unicū & dilecti, qui mortem pro me est perpessus, ut is sit iustitia mea per quam ad te accedere possim, &c. His alijsq; huiusmodi uerbis interpellādus est deus.

Sed obiicit quispiam: Iussit eos ad sacerdotes ire Christus, uerisimile ergo est eos sacerdotes adiisse. Sed uerba hoc non indicant: hoc uero expresse indicant, unum Samaritanum rediisse ad Christum sanitate intellecta. Quid enim Samaritanus apud Iudaicos sacerdotes egisset? Nihil sacrificasset, nec quidquam illis debebat, nec enim erat religionis Iudaicæ: & abominabantur Samaritani Iudæos, nec couteabantur Iudei Samaritanis, ut est Ioannis 4.

Manifestum ergo fit Samaritanū ad Christum à

*R*emissio peccatorū, quo sanitatem acceperat rediisse. Ex hoc ergo facto  
*q*ui est deus, discitur, remissionē peccatorū apud unicum deum  
*q*uāren

quærendam esse, huic uni acceptam ferre, huic uni pro condonatis peccatis gratias agere. Et hūc Christus laudat, quod sponte gratias acturus ad eum rediit, simul ubi alij essent interrogans, qui hoc non fecerant, ob hanc causam nimis, quod inique facimus, si peccatorum remissionem alij quam Christo acceptam referamus. Tametsi allegoriæ huiusmodi nihil probent, quod disertis uerbis in scriptis sacris traditum non est.

Qui ex hachistoria sacerdotes adire docuerūt, eos qui lepra peccatorū immundi erant, hac ratione (ut mea quidē fert sententia) moti sunt, maxime hi qui nostra tempestate idem docent, quod multos uidet in populo simplices, qui inolitam consuetudinem uix relinquere possint, & qui maxime offenduntur si aditus ad sacerdotē eis præcluderetur. Consilium illorum non uehementer damno, tametsi præstaret fidē & spem in Christum firmare, in qua salutē certam obtinuissent. Sed nō omnes fidem tam cito amplectuntur, inquis. Nec peccata remittuntur illis qui fidem non habent, etiā si centies sacerdotem adirent & confiterentur. Stat immota conclusio, Solus deus remittit peccata per Christum Iesum dominum nostrum. Quid ergo sacerdos? Sed ne uideamur ministros dei cōtemnere, putamus aditum ad sacerdotē ob id fieri, ut consilium ab eo petatur.

Sunt enim non parum multi, qui conscientijs suis Quare sacerdos posse adiri. torquentur & discruciantur ob peccata, ignorantes qua cum deo in gratiam redeant, qua uia peccata ei remittantur. Hi non iniuria sacerdotem adeunt,

ut ab eo audiant & discat, quo remedio eis succurrif possit. Sic enim scribitur Malachiæ 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirant, quia nuncius domini exercituum est, &c. Sed hic sacerdoti magnopere uidendum est, ut eo remedium & malagmate utatur, quod peccatori mentem ac conscientiam excarnificatam tranquillet & refri geret, quod morbum animi tollat, hoc est, ut doceat, omnem fiduciam in solum deum per Christum locandam esse, hunc peccata & scelera nostra in corpore suo super lignum pro nobis percusso, hunc pro peccatis nostris crucifixum & mortuum esse, hunc pro peccatis nostris patri iustissimo satisfecisse, per hunc nos cum deo rediisse in gratiam, per hunc nobis ad æternam uitam aditum esse, huius sanguine nos ablutos, & filios ac heredes dei factos, &c. huic uni toto pectore & indubitate fidat, & peccata sua esse remissa. Per hanc enim fidem ab omni mente conscientia asseritur, per hanc fidem tranquillitas & pax redditur.

Hic uidemus iam quid sit soluere, quid ligare. Si catechumenus (hoc est, is quem doces) credit uerbo Euāgeliū, quod a te audit, iam solutus est & liber ab omnibus peccatis suis, hoc enim certo promittere potes. Quod si uerbo Euāgeliū quod ei de Christo annuntias non habet fidem, & in hac incredulitate abiens perseverat, potes ei certo denūtiare, quod frustra ad te uenerit. Et hoc ligare est.

Quod si quis antea fide certa & indubitate (de qua multa iam diximus) per spiritum sanctum imbutus

butus est, nihil opus est ut ad sacerdotē eat, sed quotidie cubiculum suum ingressus confitetur deo suo peccatum suum, huic morbos suos agnoscit, detegit & ostendit, ante illius conspectum doler, lachrymatur & pœnitit, certus & indubitatus per fidē, quod quicunqz nomen dei inuocauerit, hunc salutem im petrare per Christum Iesum, Rom. 10.

Confessio ergo libera esse debet, nec quisquam ad hanc cogendus erit. Qui infirmi sunt & imbecilles, hi adeant episcopum suum et pastorem, consiliū petant, aut consolationem, aut aliud quo egēt. Qui firmi sunt in fide & satis docti, sacerdote hac in parte nihil opus habent. Hac libertate permitta, non rato & firmi accederent consulturi sacerdotem. Nam nemo tam firmus est, qui non admonitione egeat. Venirent autem sponte, ut quem quis fratrem in rebus dubijs adit, & aliquando etiam delictum fatur proximo cui fudit, querens qua peccatum effugiat (Nam quisqz suis in rebus cæcus est) utqz pro ipso deum interpellat, ut peccatum remittat, & fidē augeat. Atqz hæc confessio est, de qua Iacobus dicit: Confitemini alterutru peccata uestra, & oreis pro inuicem ut saluemini.

Quod ex capite 11. Ioannis obiciunt, Christum mandasse discipulis ut soluant Lazarum, nihil virium contra nos habet. Est enim allegoria, non sensus genuinus, sed alienus. Atqui allegoriæ nihil probant, quod nō alias in scripturis firmamēti aliquid habet. Allegoriæ similes sunt falsamentis auribico<sup>De Allego</sup> rum condimentis, quibus delicatores aliquando tijs.

utuntur, nam hæc solis nemo uescitur, nō cibi sunt, sed condimenta obsoniorū, cibos condidunt, & gratos faciunt. Gratæ sunt allegoriae & iucundæ pijs, si adsint quæ scripturis fundātur. Exempla sunt Gal. 4. & Gen. de Lea & Rachele. Sic enim allegoriceluditur in Christo unitam esse ecclesiā et synagogam.

*Typus ecclæsiæ et synagogæ in Lea & Ra chele.*

Sed hæc alias in scripturis clara sunt. Alluditur autē duabus uxoribus Iacobi nō ineleganter. Lea imbecillibus erat oculis, maior natu & morosior, quā minus Rachele diligebat: nam hæc ut natu minor, ita elegantior erat forma & animo alacrior. Lea Iudeorum typum gerit, qui cæcutientibus oculis legē legunt, nec introspectiunt penitus, propter uisus imbecillitatem, Christum uerā mundi lucem non ferūt, attamen à priscis temporibus utcunq; deo hæserūt. Rachel diu sterilis, ecclesiam ex gætibus adumbrat, nam aliquot sæculis deum gentes non agnouerūt, postremis temporibus turmatim per fidē in regnū dei irruperūt. Sed hæc alias in prophetis & alijs scripturis prædicuntur. Si ergo cōfessio auricularis scripturis manifestis firmari & probari posset, iniucundum non esset allegoria de soluto Lazaro alludere. Quoniam uero hoc nusquam reperietis, solutione Lazari nihil probare potestis.

*Obiect.* Nec quidquā hac obiectione efficietis, quū sic quī ritamini: Si cōfessio peccatorū tollitur, omnibus sceleribus scaretur mundus, & reddētur homines multo pessimi. Hoc quidem uerum diceretis, si confessiōne auriculari homines redderentur meliores. Sed eos consyderate qui quotannis bis sunt confessi, rur sus

*K. T.*  
2

fus eos qui nunc per fidem Christi credunt & sciunt salutem sibi per Christum partam, utri meliores euaserint. Fides iustificat hominem, non clancularia ista confessio in aurem sacerdoti facta. Nam iustus ex fide uiuit. Hoc ausim affirmare, foeneratores, usurarios, raptore, latrones, homicidas, & hoc genus hominum pessimos, plerique audentiores & confidentiores hinc factos, nam nullus illorum a flagitio suo destitit, nullus uitam emendauit. Sed quomodo is emendaret uitam scelestam, cui is qui audit confessionem uerbum salutis non annunciat ac promittit, sed ceremonias quasdam sibi imponit, deinde iubet ut rapinae partem sibi impartiatur? Insuper persuadens pudorem, quem confitens coram eo concipiat, esse qui peccata deleat, & huiusmodi nugas friuolas. Iam se miser purgatum & purum existimans, eadem via qua prius incessit pergit, nihil in uita emendans, nihil mutans. Qui uero fide iustificatur, quotidie deo patri suo confitetur in corde suo, quoties cadit pudet huius coram deo, quem omni tempore secum circum fert, quem semper praeculis habet & intuetur, in quem certa spe & fiducia respicit, quem in omnibus dictis, cogitatibus & factis spectat, hunc semper ueretur ne usquam offendat.

Sed dicet aliquis: Sic fieret, ut in dubijs casibus tantum consilium sacerdotis quis petat, peccata vero omnia non confitebitur ei: quid hoc aliud erit, quam fenestram aperire omnibus sceleribus? Sed si non secus loquitur, ac si is qui omnia sigillatim

3

Confessio  
peccatores  
facit confi-  
dentiore.

G. L. 7.

recenset, à flagitijs hac recensione terreatur, quo nihil, aut saltem minus peccet. Sed uehementer errat, qui sibi hoc singit, nam propter confessionem nemo sibi à peccatis temperat. Sed hoc certum, quod hi qui grauia designarunt, sæpe tacent in confessione & dissimulant, quæ maxime erant dicēda. Quod si is Papæ doctrinæ fidem habet, non remitti scilicet peccata, nisi ex integro omnia & singula recensentur, desperata conscientia à sacerdote abit, & sese satanæ mancipium ducit, de misericordia Dei desperans. Hi fructus sunt confessionis auricularis.

Pericula  
sec confessi  
one papisti  
ca.

Nihil iam dicam, sacerdotes quosdam male tacitos esse, qui omnia effutiunt, plenos rimarum ut pertusa dolia. Quidam non nihil tumoris et animi consipiunt ex reuelatis flagitijs. Confitetur præses aliquis aut consul flagitia sua sacerdoti, quæ clam haberi cupit, mox ansam captat sacerdos, aut ut metuat eum consul, aut ut ei offam in os iaciat si quid petat. Taceo sacerdotes seruos esse pontifici & episcopis, sic, ut in quibusdam casibus non audeant absoluere, qui casus deinde priori, præposito, aut episcopo reuelandi sunt. Factum est aliquando, ut non raro confitentes in capitib[us] discrimin hoc pacto uenerint.

*Vera regula* - Omnino nihil euinces, si confessionem auricularem bonam & animæ salutarem dicas, nisi manifestis scripturis hanc à deo institutam & præceptam probes. Nihil enim bonum esse potest quod à Deo doctum non est. Hoc uero tibi facile concederim, multos

multos hinc factos esse hypocritas. Quid enim putat: quo spectarint filij & filiae confessionis (quos uocant) quum tam docte, tam solerter ac eleganter confessionem meditarentur, adornarent ac recenserent, nec id sine aromaticis odoribus, quos uel secum olfactoriolis aureis ferrent, uel recensentes ore commanducarent? quum tam diserte & discriminatim singulas peccatorum species distinguerent ac explicarent, etiam eas in quibus nihil designassent?

Quid hic captant, inquam? Volunt uideri iusti et boni, uolunt tales uideri qui solcite ambulent cum deo suo, qui anxie curent ne conscientiam usquam commaculent, &c. In summa, facile est, ut aliquid se bonum esse simulet, bonum autem esse nihil potest, quam quod ex deo est. Ad haec frustra colimus deum præceptis & mandatis hominum, Math. 25. Nihil hic nostra commenta, nihil fabulæ nostræ procedunt.

Docebo te ueram confessionem. Christianus est <sup>Vera cœles</sup> nimirum credis in dominum Christum. Quid est ergo in Christum credere, quam ipsum propitiationē nostram esse coram patre, id est in perpetuum? Si peccasti, peccatum agnosce. Nam confessio aliud nihil est quam sui ipsius accusatio. Dic ergo cum propheta Dauide: Domine turbata est anima mea, quādiu abes à me ô domine! Reuertere domine & eripe animam meam. Remitte mihi peccata mea propter Iesum Christum, in quo te daturum promisisti nobis omnia. Ab his clamoribus ne cesses, donec te certum in corde tuo reddat deus remissum esse peccatum

per Christum. Noli desistere à cōcepto, donec certe  
credas, & cum gaudio dicas: Scio mihi deum nihil  
posse negare, qui dedit filium suum pro me: dedit  
autem eum in mortem, ut peccata mea expiaret. Nō  
faller ergo, quin peccata mea per ipsum remittat,  
nam uerax est deus, mentiri non potest. Quod si se  
subducit Deus longius, nec tranquillitatē sentis,  
quārē consilium apud eum qui uerbum dei est edo  
ētus. Is claves adferet & docebit te Euangelium,  
hoc est, ut totam fiduciam in Deum coniicias,  
nihil autem docebit, quām uerbum Dei, cui fi  
credis, saluus eris: si non credis, ligatus es in pec  
catis tuis.

Sed audi breuiorem adhuc confessionem. Singu  
lis diebus subinde repete uitam tuam turpē & pec  
catricem, & quum hæc desperationem suggerit, dic  
cum publicano: Domine, propitius esto mihi pec  
catori. Hæc breuis oratio præstat (meo quidem iudi  
cio) omnium Nonnarum & Beguinarum multilo  
quio & battologia.

### ARTICVLVS LIII.

Opera satisfactionis à sacerdote imposta, humanæ sunt tra  
ditionis (excepta excommunicatione) peccatum non tollunt,  
sed alijs in terrorem imponuntur.

**P**rima pars huius articuli ex eo clara est, quod  
non legimus Christum ulli hominum, quos ta  
men multos à peccatis liberauit, talia unquā iniun  
xisse.

xisse. Deinde si hoc manifestum ex uerbo suo, nihil enim quam fidem requisuit. Cōfide fili, remittitur tibi peccata tua. Item: Fides tua te saluam fecit.

Quum ergo nos miseris peregrinationes, precias multas & prolixas, aliasq; ceremonias imponimus, à nobis hæc ueniāt necesse est, nā huius rei exē plum in Christo nullum habemus. Discamus ergo nihil posse nobis ab homintbus imponi, quod peccata tollat aut expiat, sed frater cui nostra pandimus ad salutē & emendationē uitæ horrabitur. Doceat insuper, non præcipiat, ut iniuste ablata aut parta (si quæ sunt) restituamus, aut in bonos usus conuertamus. Nam si fidem non habes ut sponte hęc facias, nihil efficiet iubendo.

Excommunicationē excepimus quod hæc à deo instituta & docta est, si hac iuxta regulam euangeli cam utamur. Sed an opus sit pœnitentiæ & satisfactionis? De hoc sic cape: Corpori iniungitur ut satus sit spiritus, quum ergo hanc quis patienter fert, ab ecclesia soluitur & recipitur, apud deum quoque solutus. Si pœnitentiam, quam uere non habet, simulat, deus non fallitur, nec sibi imponi patietur, nam simulationem disciplinæ odit, Sapientiæ primo. Non ergo (si proprie loqui libet) excommunicatione opus est satisfactorium, sed à peccatis cessatio, & à malis operibus uacatio, quę non nisi per fidem remittuntur.

Quod opera, quæ satisfactoria uocant, peccata non tollant, superius satis dictum est: nam si operibus peccata expiari potuissent, Christus frustra

Opera pos  
nitentie cor  
pus domat,  
& spiritui  
morigerum  
reddunt.

mortuus esset, Galat. secundo.

Quod uero in fine dixi hæc in terrorem imponi pœnitentibus, propter publicam pœnitentiam dixi. Hæc apud ueteres olim cœpta nonnihil armorum pontificis subministrat, quibus se fortissime pugnare existiment. Dicunt enim: Nihil noui singimus, ueteres hæc usi sunt. Respondemus nos illis, utcunque his usi sint ueteres, peccatum tamen collere non potuerunt. Deinde nemo unquam tam antiquus fuit, tamq; uetus, ut bonum facere possit quod à deo non uenerit. Si omnino ueteribus à fide deficientes punire collibuit, merito excommunicatione suo modo usi essent, quemadmodum Paulus scismaticos apud Corinthios punit, 1. Corinth. 5.

Videtur autem à publica pœnitentia olim à ueteribus indicta fluxisse, quod in clancularia deinde confessione hominibus quædam imponerent, qua in re impostores illi malitia sua abunde satis ab usi sunt. Quòd enim iniuste parta quam in suum marsupium imponere iusserunt sed his uerbis: Tantum nummorum ad templi huius sarta tecta dato, tantum Missæ legantur, tantum ad hanc fraternitatem contribuito, tantum pro uigilijs canendis, offer tantum ad aram, & ne quid collegijs & magnis illis episcopis decederet, tantum ad sarta tecta templi Mariani, tantum monasterijs singulis. Nam multum scabunt muli. Nihil est ergo quod prebono uendites quod intus & extra putidum est & primum. Velum fuit confessio clancularia, qua omnia scelera

scelera uelerūt nequissimi hoīes, η τὰ τῶν φόρων κρέπτω. πρὸς αὐλαία

## ARTICVL VS LIII.

*Christus dolores nostros & omnes labores nostros tulerit.  
Qui uero operibus pænitentialibus tribuit quod Christi solius  
est, errat & deum blasphemat.*

**H**ic articulus toties iamdudū tamq; firmissimis argumentis ex scripturis firmatus est, ut ultiori probatione non sit opus. Nemo potuit tollere morbos nostros ex peccato Adæ in nobis subnatos, quām is qui ab hisce liber erat, passus tamen pro nobis ac si haberet; liuore enī eius sanati sumus, Esa. 53. Sic Ioannes dicit de Christo: Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi, Ioan. 1. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita, Ioan. 6. Quasi diceret: Cibus animę quē ego hominibus dabo, nihil aliud est, quām quod tradam me in mortem pro eis, quæ mors uiuificabit totum mundum.

Altera huius positionis pars ex priori sequitur, quod scilicet hi uehementer errant, qui operibus tribuunt quod solius Christi est, quin deum ipsum blasphemant & iniuria afficiunt, quū gloriam operibus & gratiæ dei adimunt, & eam creaturis adscribunt: & quod ipse gratis donat, hoc illi uendunt, similes Giezi, neque seruant uerbum Christi: *Gratis accepistis, gratis date.*

## ARTICVL VS LV.

*Qui uel unicum peccatum pænitentiū remittere negat, is nō  
Dei nec Petri, sed diaboli uicem tenet.*

Casus reser-  
uati.

**H**Vnc articulum posui, ut refellam casus, quos  
huocant, reseruatos. Seruant enim magni illi  
episcopi peccata quædam sibi remittenda, nec ius  
absoluendi in his faciunt pastoribus gregis. Mox  
vero ut nummos aliquot Bohemicos quis dederit,  
talem illi (ut perhibent) absoluunt.

Hic clauium abusus magnam nequitiam conti-  
net, & tantam, ut reprehendi satis non possit. Ali-  
quot iam sæculis episcoporum quidam tantam hic  
admiserunt fraudem, tanta abominatione & blas-  
phemia usi sunt, ut ab illorum commemoratione  
propter conscientias piorum mihi hic temperem,  
fieri enim non posset, quin illorum commemora-  
tione uehementer læderentur. Quod si blasphema-  
re perrexerint, & ab hac abominatione non cessa-  
uerint, fieri non poterit, ut hanc in templo dei aspi-  
ciamus aut feramus diutius.

Quæ sint peccata quæ remissionem nō habent,  
ex uerbis Christi discimus Matth. 12. Omne pecca-  
Conuictum  
in spiritum  
sanctum.tum & conuictum remittetur hominibus, at conui-  
tum in spiritum non remittetur hominibus. Hæc  
uerba Christus ipse mox exponit, dicens: Quicunq;  
dixerit uerbum aduersus filium hominis, remitte-  
tur ei: qui autē dixerit aduersus spiritum sanctum,  
non remittetur ei, neq; in præsenti sæculo, neque in  
futuro. Ex hisce uerbis domini discimus, omnia pec-  
cata, omniaq; conuicta remitti hominibus quæcūq;  
tandem sint, exceptis his quæ aduersus spiritum san-  
ctum committuntur. De hoc magna est inter theo-  
logiæ professores qæstio, quod nam sit peccatum  
in

in spiritum sanctum. Sed hac de re (quod pace eorum dixerim) ut cæci de coloribus iudicant.

Peccatum quod nunquam remittitur, incredulitas est, hoc unicum peccatum est, quod deus non remittit, quod ex uerbis domini satis clare colligi potest. Peccatum in spiritum sanctum quid sit.  
test Lucæ 12. Quicunq; me negauerit coram hominibus, negabitur coram angelis dei. Et quisquis loquitur dictum in filium hominis, remittetur illi : ei uero qui in spiritum sanctum conuictum dixerit, non remittetur. Hic clare perspicitur, negare deum, aut deo non credere, peccatum illud esse, quod deus nō remittit. Nam Lucas priorem sensum (Qui me negauerit coram hominibus) per sequentia uerba (Qui in spiritum sanctum conuictum dixerit) probat & explicat.

Hoc idem Ioannis 3. Christus docet : Sic deus dilexit mundum, ut unigenitum suum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Qui credit in eum, non condemnatur: qui uero non credit, iam condemnatus est, quod nō credidit in nomen unigeniti filij dei.

Eodem capite Ioannes Baptista ferè eisdem uerbis idem exprimit : Qui credit in filium, habet uitam æternam : qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum.

Sed cur incredulitas peccatum vocatur in spiritum sanctum? Quod ex spiritu sancti tractu fides Omnes trahit deus, uenit : qui enim non trahitur non credit, in ira ergo dei est, uas contumelie in quo deus suam exercitat iustitiam. sed quidam renuntiantur.

De peccato infidelitatis, perfidiæ, abnegationis aut defectionis sic cape. Si quis in perfidia impoenitens manserit & persistiterit, super hunc manet ira dei: si credit per pœnitentiā, iam infidelis & abnegator non censetur. Hoc Petrus probat, quem peccati sui pœnituit, pro quo quū amare fleret, remissum est.

Locus ad  
Hebræos  
10. Quum  
uolentes  
peccaueri-  
mus &c.

Hoc pacto uerbum Pauli ad Hebræos 10. cap. intelligendum est: Quum uolentes peccauerimus, hoc est, si à fide ultiro & sponte post agnitionem ueritatem defecerimus, non reliqua est nobis pro peccatis hostia, &c. Pauli sententia est, nullo sacrificio, nulla hostia peccata expiari, nulla re salutem parari posse, quam unica Christi morte, qui semel oblatus in perpetuum sanctificat credentes. Si quis ab hoc defecerit, huic aliam uiam salutis, aliud uitæ remedium, aliam expiationem pro peccatis nullam superesse. Hunc esse uerborum sensum, manifestū fiet, si præcedentia uerba probe expenderis. Quum igitur fratres, habeamus libertatē adeundi in sancta per sanguinem Iesu, ea uia quam dedicauit nobis recentem ac uiuentem, per uelamentum, hoc est, per carnem suam, quumq; habeamus sacerdotem magnū præfectum domui dei, accedamus cum uero corde, in certitudine fidei, &c. His ad finem usq; capitis diligenter & cum fide expensis, adparebit genuinum sensum esse quem dixi. Nam inter cætera locum ex 17. Deuteronomij citatum intelligimus, qui ad in=credulos & perfidos pertinet.

Contra No  
uarianos. Hoc tam diligenter inculco, quod quidam hunc locum nō satis expidentes, post baptismū relapsis remissio

remissionē peccatorū negant, freti hac Pauli autho-  
ritate, quum Paulus potius cōtrarium doceat, nem-  
pe, quod perpetuo nobis accessus ad deum pateat  
per sanguinem Christi, modo ab hac fiducia nus-  
quam descuerimus.

Sola ergo incredulitas & perfidia est peccatum  
hoc, quo constrictus & captus homo damnatur.  
Obiter hic nota quomodo claves promicent. Nam  
quod Ioannis tertio dicitur : Qui non credit in fi-  
lium, uitā non uidebit, sed ira dei manet super eum.  
Ecce uinculum. Blasphemia dei est, quū deo opus  
suum adimimus, & creaturæ aut hosti eius satanæ  
adscribimus. Quid autem est huiusmodi blasphem-  
ia aut conuitū, quam incredulitas? Ut dum Chri-  
stus dæmonem aliquādo ab homine obfesso eieces-  
rat, infideles hoc uirtute satanæ factum assueuerabāt,  
hoc iam conuitum erat in spiritū sanctum. Quod  
Marcus disertis uerbis exprimit, dicens : Qui uero Marc.ca.3.  
conuitum dixerit aduersus spiritum sanctum, re-  
missionem in æternum nō habet, sed obnoxius est  
æterno iudicio. Dicebant enim: Spiritum immun-  
dum habet: hoc est, uirtutem diuinam in Christo  
operantem, uirtutem dæmonis esse dicebant.

Firmum ergo est ex istis uerbis, uirtute clauī fi-  
delibus et pœnitentibus omnia peccata remitti, non  
à sacerdote, non ab episcopo, non à monacho aut  
Papa, sed per Iesum Christum, quū credimus eum  
pignus esse salutis nostræ, & quum deum in eius  
nomine uel per nomen eius inuocamus.

Dolus ergo est, negare hominibus quorundam

Incredulitas.

peccatorū remissionem, nisi deprehendamus adesse incredulitatem & perfidiam, aut negari Christum audiamus. Sub incredulitate enim perfidia, abnegatio Christi, defectio à fide, cōtemptus & blasphemia uerborum & operum dei & Christi eius, comprehenditur. Nam si credit homo, saluus est: si id minus, manet super eum ira dei.

Ad hæc Petro præcepit Christus, ut non modo septies, sed septuagies remittat & ignoscat, quo scheinante innumerū remissionis numerum ac modum docet, exhibendum esse ihs qui uera fide pœnitent. Nihil ergo est quod eum in sede Petri sedere dicamus, qui non omni tempore pœnitenti remittit, quemadmodum Petro mandatum est (etiam si daremus ei peccatorum remissionem) sed sedem satanæ potius occupare dicendus erit.

Forum columbinū in templo dei.

Sed desunt uerba, deest tempus ei, qui pro dignitate nundinas absolutionum & indulgentiarū pontificiorum, dispensationum merces, atq; harum rerum negotiationes et quæstum turpissimum describere perrexerit, ex quibus Roma plus auri corrasit, quam omnes incolæ Romæ (si simul in lancem appendantur) æquare possint. Nō ergo hic uerbosior ero, faciat quisque pastorum cum grege sibi commissio, sine pecunia (modo ne male offendat) quod alios pro pecunia facere uide, & gratior deo erit, quam si sic deglubere permittat. At uero antequam id agat, sana doctrina omnem offensionem (quæ suboriri possit) è medio tollat, ad pacem omnia & concordiam Christianam componat ac collimet, quantum

quantum quidem per deum fieri potest.

Omnis ex æquo id debemus ut alter alteri remittamus mutuas iniurias, si nos remissionem peccatorum nostrorum à deo expectamus. Si uero corde in Christum credit homo, remittuntur ei peccata, neq; ad hanc rem alio opus habet quā unico deo. Quod si in fide infirmus est aut uacillat, adeat fidelem ministrum, adeat pastorem ouis errabunda, & cibū animaliæ ut administret petat, hoc est, ut recte doceat et instituat. Verbo salutifero autem si fidem habet, illico purus est & à peccatis absolutus: hoc ei neq; Papa, neque episcopus intercipere potest, utcunq; multos sibi reseruent casus.

## ARTICVL VS LVI.

*Qui quædam tantū peccata idq; pro mercede aut pecunia remittiunt, Simonis & Balaami socij sunt, & ueri satanæ legati.*

**C**hristus discipulis suis præcepit, ut quæ gratui to accepissent, gratuito quoq; darent & expenderent, Mat. 10. sanarent languores & morbos, dæmonia ejacerent, etc. gratis omnia, quoniā gratis ab ipso omnia acceperant. Qui ergo uerbum Euangeliū non administrat, nisi data pecunia, peccat contra Deum & fœnus committit: gratis enim accepit, gratis ergo exponat. Ne abhorreatis ab his uerbis ò ministri domini, dominus curam uestri geret, & cibum parabit. Quid iam de his dicam qui soluunt, sed non uerbo Dei, qui uitæ & necis nostræ

potestatē in manibus se habere dicūt, imō nos mor-  
ti adiudicarunt, donec tot aut tot numarum da-  
remus?

**Simon magus.** Simon magus (ut est Actorum s.) ad fidem ue-  
nit, hoc est, fidē se uerbo dei habere simulauit, quūq;  
uideret ad impositionem manuum apostolicarum  
spiritum sanctum descendere in credentes, oblatā  
pecunia apostolis, spiritus sancti donum ab eis lice-  
tur, dicens: Date & mihi potestatem istam, ut cuicun  
que imposuero manus, accipiat spiritum sanctum.

**Contra Simoniacos.** Petrus autem dixit ad eum. Pecunia tua tecum sit in  
perditionem, quoniam donum dei existimasti pecu-  
nijs parari. Nō est tibi pars neq; sors in ratione hac  
&c. Ecce Petrus hunc damnat quod dona spiritus  
putat parari posse pecunijs, & pontificij nihil dono-  
rum (sic enim ipsi sibi fingunt) absq; pecunia largiū-  
tur. Impossibile est ut spiritus sanctus argento com-  
paretur, multo minus dona spiritus, qui aliud nihil  
sunt quam præsens spiritus Dei operans & omnia  
perficiens. I ergo & indulgentias eme, & certus sis  
te absolutum haudquam esse, nam hunc Simo-  
nem maledicit Petrus, quum putaret dona dei para-  
ri pecunia posse. Si tu credis pecunia remissionem  
peccatorū parari, maledicit te Petrus cum Simone.

**Balaam.** Balaam (ut est in Numeris cap. 22. 23. 24.) pecunia  
primum illectus ad iter euocabatur, ut se ad profe-  
ctionem pararet, & regem Balak adiret, neq; tamen  
induci potuit, ut ueritatem uel rāceret, uel uitaret,  
nihilominus à Petro in posteriori epistola capite se-  
cundo taxatur. In qua apostolus Petrus pontificio-  
rum

rum mores graphicē depingit, ut cunque isti uerba Petri in alios detorqueant, sed laterem lauant. Nam nemini mortalium hæc conuenire possunt quam pontificijs, ut à nobis in Architele firmiter probatum est.

Sed quid Petrus de pontificijs & Balaam dicat audiems. Relicta uia recta, aberrauerunt, sequuti uiam Balaam filij Bosor, qui mercedem iniquitatis dilexit, sed redargutus fuit de sua iniuritate, &c.

Quid nunc diceret Petrus, quum non solum uideleret à sacerdotibus & episcopis accipi pecuniam illexa ueritate, sed insuper ueritatem hoc pacto uitiori & extingui, & uim auri non solum à regibus, sed à pauperibus corradi?

Omnes ergo qui pro pecunia remissionem peccatorum (quod ipsi putant) uendunt, socij sunt et cōsortes Simonis & Balaam. Nam solus deus remittit peccata, nullus hominum, nisi Christus Iesus uerus deus & uerus homo, ut supra de natura intercessoris satis dictum est.

## ARTICVL VS LVII.

*Scriptura sacra purgatorium post hanc uitam nullū nouit.* PVRGA-TORIVM

**S**Acra dico scriptura & uera, ut excludam apocrypha. Mirabuntur uniuersi non solum pontificijs hæc paradoxa, sed ex doctis quidam qui nostra tempestate scribunt, & sacras scripturas magna cum diligentia ac summa cum fide tractant ac exponunt.

Distinguit  
inter sacra  
& apocrypha.

- 1 Necessarium ergo erit, ut ante omnia loca scripturæ dispiciamus, quibus isti qui purgatorium statuerunt nituntur. Posteaquam uero uim eos scripturæ facere probauerimus, deinde nostram sententiā exponemus. Nec morabor quod excellentes quidam purgatorium esse astruunt, hoc enim suis, non diuinis scriptis faciunt.

**Argumen-**  
ta eorū qui  
purgatoriū  
asserunt.

2. Mat. 12.

Qui purgatoriū incendunt, primū pro firmamento suæ opinionis ex Mat. duodecimo adducunt, q[uod] Christus ad pharisæos loquitur: Quicunq[ue] coniunctum in spiritum sanctum dixerit, non remittetur ei, neq[ue] in hoc seculo neq[ue] in futuro. Ex his uerbis colligunt, peccata ergo quædam esse, quæ in futuro sæculo remittantur, eo quod peccatum in spiritum sanctum propter enormitatem neq[ue] hic neque alibi remittatur. Sed isti qui sic colligunt, obliti sunt eius artis in qua se maxime excellere arbitrantur. An ignoratis quod ex Dialetica omnibus est notum, ex prisis negatiuis ac particularibus nihil sequit? Prima autem propositio negatiua sic habet, Peccatum in spiritum sanctum non remittitur in hoc sæculo: altera, Peccatum in spiritum sanctum in futuro sæculo nō remittitur. Ambæ uero sunt particulares, utraq[ue] negat, quid ergo ex eis colligitis? Quod si maxime uobis donaremus affirmatiuam, tamen nequaquam colligetis. Nam hoc tali regula cautum est, si una priorum fuerit negatiua, conclusio erit negatiua.

Non ergo licebit uobis sic colligere: Peccatum in spiritum sanctum neq[ue] hic neq[ue] alibi remittitur, ergo aliquod peccatum isthic remittitur. Sed sic: Pecca-

Petrum in S. Sandu[m] non remittitur  
hoc scilicet.

Petrum in S. Sandu[m] non remittitur in finem  
hunc scribi - go.

rum in spiritum sanctum in hoc saeculo non remis-  
titur: peccatum in spiritum sanctum in futuro sae-  
culo non remittitur, ergo peccatum in spiritum sanctum  
nunquam remittitur. Est enim a sufficienti diuisio-  
ne locus, partibus satis expressis uniuersum tempus  
comprehendens.

Exemplis rem magis declarabimus. De eo qui ue-  
hementer ægrotat, sic uulgo solemus loqui: Is neq;  
die neq; nocte quietem habet. Hic diem & noctem  
audis, partes temporis uniuersas. Nam quid tempus  
aliud est quam uicissitudo, cursus & recursus diei et  
noctis? Qui iam dicit ægrotum neq; die neque no-  
ctu quiescere, is nihil aliud dicit quam ægrotū nun-  
quam quiescere, hoc est nullo tempore. Sic, qui dicit  
peccatum in spiritum sanctum neq; in hoc saeculo ne-  
que in futuro remitti, hic nihil aliud uult dicere, q;  
peccatum in spiritum sanctum nunquam remitti. Fal-  
luntur ergo stulta quadā & peruersa opinione: qui  
hinc colligi contendunt, peccatum ergo aliquod es-  
se quod isthic remittatur, nempe in purgatorio. An  
non stultus ero si sic colligam: Carnē morticinam  
neq; mas neq; fœmina comedit, ergo aliquis carnē  
morticinam edit, propterea quod lupi et canes hanc  
carnem edunt. Sed quid hoc ad propositam propo-  
sitionem? qua comprehensim dicere uolui, nullum  
hominem esse qui morticina edat, hominem diui-  
dens in suas partes, nempe, marem & fœminam.  
Et quum possem dicere: Nullus hominū edit mor-  
ticinum, dico: Neque mas neque fœmina mortici-  
num edit. Aegpollēt em̄ huiusmodi propositiones,

Nullus homo edit, & Neq; mas neq; fœmina edit.  
Sic(ut ad propositum nostrum redeamus) & hæ æ-  
quipollent, Neq; hic neq; isthic, id est nunquam re-  
mittitur.

**3.** Similes loquutiones in scripturis reperiuntur.  
Psalm. 112. Sit nomen domini benedictum ex hoc  
nunc & usq; in sæculum: tantum ualeat ac si dixisset:  
Nomen domini sit semper & perpetuo benedictū.

**z. Argumē** Iam uerbum Christi Matt. 5. ad purgatorium su-  
um detorquent, quum dicit: Esto consentiens cum  
aduersario tuo cito dum adhuc in itinere es cū eo,  
ne te aduersarius iudici trādat, & iudex ministro, &  
conijciaris in carcerem. Amē dico tibi, illinc nō exi-  
bis, donec persolueris extremum quadrantem. Hic  
uiam pro uira hac exponunt, ex carcere faciunt pur-  
gatorium, ex quo non fit exitus, donec peccata om-  
nia satis sint excocta & expurgata. Sed manifeste er-  
rant, quum Christus hic aliud nihil agat, quām qd  
suos ab ira, ab odio, & à contentione auocare sata-  
gat, ut tota oratio ipsa præ se fert & ostendit. Deter-  
ret autem à contentione & litibus, periculo quod li-  
tigantibus immineat. Nam non raro fieri ut qui se  
aduersarios uiicturos in iudicio sperant, ab aduersa-  
rijs uiicti causa sua cadāt, & à iudice damnati ac mul-  
tati abeant. Quin capti aliquando in capitib; pericu-  
lum ab aduersarijs adducantur, idq; non immerito,  
quod eos contentione irritarint. Consequi ergo ut  
nec aduersarij illis quidquam parcant, nec uel tan-  
tillum remittant, cogātur itaq; uiicti corpore exol-  
uere quod ære non possint. Huiusmodi uero peri-  
cula

cula nobis ab aduersarijs expectanda.

Porro quod ad iudicem attinet, non erimus absque periculorum metu. Nam fieri potest ut iudex uel causam non intelligat, uel muneribus corruptus sit, aut ab aduersario stet: an non iam in discrimine uenit, qui uel iustissimam habet causam? Et hæc qui dem Christus Matth. 5. docet, suos à litibus uel periculis istis absterrens.

Hanc esse Christi sententiam, uerba Luc. 12. clarius explicant, ubi Christus sic dicit: Cur autem & ex uobisipsis non iudicatis quod iustum est? Quum enim uadis cum aduersario tuo ad magistratum, in via da operam ut libereris ab illo, ne forte pertrahatur te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, et exactor te coniiciat in carcerem. Dico tibi, non exhibis inde, donec ultimum etiam minutum reddas. Hæc uerba si recte consyderentur, omnibus circumstantijs probe expensis, manifestum fiet, Christum suos hisce à litibus & contentionibus auocasse. Huius sententie Paulus quoque est 1. Cor. 6. illic enim docet, pijs & fidelibus potius dolos et damna ferenda esse, quam ut iure ac lite cū iniuriantibus contendant. Sic Christus quoque docet Matthæi 5. ut tollentibus tunicam, & pallium cedamus potius, quam ut contenedamus.

Porro aliud adducunt quod Matt. 18. de duobus est debitoribus. Quum enim creditor dominus unius eorum, à quibus rationem exigebat, decem millia talentorum remisit, quod scilicet eum supplex rogasset, is uero egressus à conseruo centum denarios

<sup>3. Argumētum aduersariorum.</sup>  
Matth. 18.

tam duriter & crudeliter extorsisset, dolentibus ac re-  
ferentibus id cōseruis, herus iratus accersitū illū gra-  
uiter increpuit. Serue sceleste, inquit, totū debitum il-  
lud remisi tibi, quū obsecrass̄. me, non' ne oportuit  
& te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus  
eram? Et iratus dominus eius tradidit eum tortori-  
bus quoadusq; redderet totū quod debebatur sibi.  
Iam subnectit Christus: Sic et pater meus cœlestis fa-  
ciet uobis, si nō remiseritis quisq; fratri de cordibus  
uestris delicta illorum.

Hic iam clamāt pontificij: An nō hic audis, quod  
& nos in purgatoriū carcerem detrusurus est domi-  
nus, donec omnia persoluerimus? Audio Christum  
loquentem, sed de purgatorio ne uerbum quidem.

- 1 Idem docet Christus quod Matthæi sexto, nempe  
hoc: Si remiseritis hominibus peccata, & uobis re-  
mittet pater cœlestis uestra peccata. Sic Marci 11. Dū  
sterneritis ad orandū, remittite si quid habetis aduer-  
sus aliquem, & pater uester qui in cœlis est, remittat  
uobis uestra uestra. Tribus itaq; istis locis Christus  
nihil aliud docet, quām: Si uolumus habere placar-  
tum & benignum deum, qui nobis peccata nostra  
remittat, opus est ut & nos proximis nostris remitta-  
mus. Hactenus seruit parabola Matth. 18. à Christo  
narrata, nihilominus similitudinem iuxta morem  
humanū ad finē usq; persequitur Christus. Sic rem  
ape. Christus docet remittendū esse, quod si feceri-  
mus, remitteretur & nobis: si minus, neq; nobis re-  
mitti. Hæc quidem satis probata erat prima parte si-  
militudinis hucusq; Dominus iratus seruo iussit eū  
tradi

Scopy c̄tvi.

tradi tortoribus . Quod deinde sequitur , à more hominum sumptum est, qui obsidibus & corporalibus damnis eos torquent & uexant qui in eorum manus incident, donec satisfiat . Sic ergo Christi propositum cum similitudine proposita quadrat, sed non usque ad finem per omnia, in quibus docet Christus aut indicat, quantum malorum & periculorum nobis nostra culpa aduocemus.

Remitte nobis debita nostra, quemadmodum & nos nostris debitoribus remittimus. Si remittimus, & nobis remittetur. Hanc sententiam et is sequutus est qui Canones super quatuor euangelia conges- sit & assignauit.

Quare & hoc obiter notandum hic , quod non Similitudi-  
omnes similitudines per omnia & in omnibus si-  
ne exceptione, & in omnes partes aut angulos ( ut  
aiunt) comparatis quadrant. Omnes enim claudi-  
cant, & aliqua parte mancæ sunt, adhuc tamen  
tam probe docent, ut Christus hisce pluribus in lo-  
cis usus sit. Matthæi decimo octauo cap. dixit: Ni-  
si conuersi fuerimus, & efficiamur sicut pueri, non  
ingressuros in regnum cœlorum . Non hoc agit  
Christus, ut per omnia pueris similes fiamus, nam  
sic bacillis innixi inequitare, de Deo plane om-  
nia nescire, deberemus: innocentia & facilitate  
duntaxat, humilitate & modestia uult nos pue-  
ros. Quod Paulus in prima epist. ad Corinthios  
cap. decimoquarto exponit, dum inquit: Malitia e-  
stote pueri. Quum Christus 18. Lucæ iudicem ini-  
quum inducit ita loquentem intra se: Quanquam

deum non timeo, nec hominē reuereor, tamē quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne tandem ueniēs sugillet me: strenuos & indefessos uult nos esse in precationibus, ne scilicet usquam cesseremus, ne defatigemur, sed quemadmodum uidua si ne intermissione precemur. Nec interim docet, ut deum blasphememus, si non statim præsidio & ope adsit, si non statim quæ precamur præstet, quod tamē in similitudine exprimitur, aut saltem contineatur: nam uerisimile est uiduam hanc sæpe de iudice iniquo conuestam esse, & querimonias atq; adcussationes contra eum effutisse. Sed hactenus nō pertinet similitudo.

Atq; horum multa sunt ubiq; in uerbis Christi, quæ non per omnia & in omnibus conueniunt ac consonant, nam tunc non similitudines essent, sed res ipse. Sic non potest hic sequi purgatorius, eo q; Christus morem humanum in similitudine ad finem usq; persequutus est. Nec probant quidquam allegoriæ (ut supra est probatum) quod in scriptura aliàs non est clare expressum. Quod si purgatorius in scripturis sacris manifeste expressus esset, certe nō ineleganter alluderetur ad hunc in finem usq; similitudinis. Quum uero hoc non sit, maneamus apud sensum primarium & præcipuum, nempe: Si remiseritis, remitterur & uobis.

4. Argumē  
tum adver-  
fariorum.  
Lib. 2. Ma-  
chab.

Quod de Iuda Machabæo ex libris Machabæorum legitur in templis, apocryphum (quod est) existimo, incertum quo authore scriptum, nihil ergo probare potest. Quin credo authorem huius libri non

non recte animatum fuisse. Nam si recte fuisset animatus, historiā persequens à dogmatibus sibi temperasset. Historiæ enim scriptor non dogmatistes esse debet. Quod dum facit, suspicuum se reddit, etiam si in canone esset liber iste. Nam quid hoc ad historiæ scriptorem dicere: Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur & quum præmisser ante a quo drachmas Hierosolymam miserit Iudas Machabæus. Qui iam hanc suspicionem eximet, avaritiam hæc scripta sapere?

Sed nihil opus tot uerbis, non plus probat mihi secundus Machabæorum liber, quam Ioannis de Monteilla aut Hilebrandi. Confer ad hunc librū Iosephum, qui & ipse Iudæorum gesta non indiligerenter scripsit, quem & Hebræi, Græci & Latini habent (tameissi extra canonem) uidebis auaro fabularum poetæ quantum fidei habendum siet, qui librum Machabæorum confinxit.

Quinto purgatorium firmant ex uerbis Pauli 1. Cor. 3. ubi Paulus dicit sic: Ut sapiens architectus fundamentum posui, aliis autem super illud ædificat. Porro quisque uideat quid superstruat. Nam fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Quod si quis superstruit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fœnum, stipulam, cuiusq; opus manifestum fiet. Dies enim declarabit, quod in igne reuelatur, & cuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus quod superstruxis

*f. Argumentum  
tum aduersariorum.  
1. Cor. 3.*

māserit, mercedem accipiet. Si cuius opus exustum fuerit, damnum patietur, ipse uero saluus fier, sed sic tanquam per ignem.

Hæc uerba Pauli elegantia & pulcherrima ad purgatorium suum, & ad bona opera deorsum sunt pontificij, sic docentes: Si quis bona opera fecerit, hæc eadem esse aurum, argentū, gemmas. Mala uero opera stipulas esse, scenum, lignum, atq; hæc per ignem purgatorium excoqui & expurgari, interim saluus euadat per ignem qui hæc opera fecerit, atq; hunc ignem purgatorium esse affirmant.

*Inferius ponit Sed hunc Pauli sensum nō esse ex ipsissimis Pauli fīeg error.* Uerbis probare ac demonstrare conabimur. Prædicauerat Corinthijs Christum Paulus, simplicissimis & minime fucatis uerbis. Qui mos est hominibus qui pueros à cunis enurientes nō solido cibo alunt ac educant, donec eō adolescent, ut solidis iam uesti possint. Absente uero Paulo, ueniebant in Corinthum doctores quidam Christiani, qui tamen fide & animo sinceri non erant, interim prudentia seculari, uafacie, & artibus uarijs etiā eloquentia instruētissimi, hi prudentia sua & eloquentia laudem & lucrum uenabantur. Hinc factum est, ut simplex & pura Pauli doctrina ab ostentatoribus istis & elegantibus (ut sit) contempta sit. Nam qui fastum spē etat mundi, huic pauper Christus cum cruce sua & simplicibus ac rusticis discipulis plane sordet. Hinc sit ut pleriq; sermonis splendorem ac ornatum, deinde uerutiam & eloquentiam tantum spectem ac mirentur, & sic à uera doctrina per huiusmodi hy-

pocritas seducantur. Hoc pium Pauli pectus non fert, nam non ignorat fucum istum non ex sententia Christi esse, & uitam Christianam nō tam sitam esse in splendidis uerbis, quām in synceritate & innocentia, quæ tamen nihil sint, nihilq; utilitatis habent, nisi ex fide in Christū plantata. Qui in deum fundatus sit, is doctrinam recte teneat, hunc nulla tempestate deiīci & deturbari posse. Qui uero uerborum tantum lenocinium, & splendorem carnis sapientiæ tantum miretur ac spectet, eum firmiter haudquaquā stare, maxime perseguitionis tempore, tum enim innoscere quale quisque sit opus. Istam uero sententiam pulcherrimis, commodissimis ac decentibus uerbis sic exprimit.

Cooperarij sumus, hoc est instrumenta dei, uos seges estis & ædificium dei, non quod ego uos ædificarim, sed gratia dei, quæ milii data est à deo id fecit. Ego quidem non secus feci, quām quod ingeniosus aliquis & prudens architectus solet, qui operam dat, ut fundamenta prima recte iaciat, ut deinde in ædificet. Ita ego petram illam, in qua uniuersa fides nititur fundamentum ieci. Fundamentum autem illud & petra Christus est, hunc ego uobis praedicaui, quis sit, & quid sit inter nos operatus. Absente uero me & cæteri huic fundamento superstruunt, quos in præsentiarum, nec laudo nec uitupero. Hoc uero admonitos uolo, ut quisque apud se dispiciat, quid fundamento tam pretioso superstruat: nam quod ad fundamentum attinet, scio, non posse quenquam aliud fundamentum ponere.

Expositus  
locus Pauli  
1. Cor. 3. pa-  
raphrasis  
cōs.

quam quod positum est, nempe Christus Iesus. De superstruzione uero hoc dico: Si quis huic fundamento superstruit aurum, argentum, lapides pretiosos, non potest huiusmodi superstructio ab igne laedi. Nam igne aurum & argentum excoquuntur & expurgantur, lapides pretiosi explorantur & probantur. Quod si quis super hoc fundamentum lignum, fœnum & stipulam imponit, ignem ferre non possunt, tametsi is qui talia superstruxit igne consumi non possit, modo non sit ipse lignum, fœnum & stipula. Patietur tamen hoc damnum, quod ædificium eius igne absunitur, ipso interim saluo, modo in igne perster, nec cedat, nam omnino in igne omnia exploranda uenient.

*Opus cre-  
dentes.*

*ignis perse-  
quutio.*

In his Pauli uerbis ædificium aut opus pro ipsis creditibus ponitur, ut paulo ante dixerat: Vos agricultores dei, uos ædificatio dei estis. Igñis uero adfiscio est Paulo & persequutio ex Isaiae 43. cap. Quū per ignem transieris, non combureris. At in igne tribulationum et persequitionū manifestum fieri quid quisq; huic fundamento superstruxerit. Prædicamus certe omnes, sed dissimiliter multum. Qui gloriam duntaxat, quæstum & splendorem spectat, is temporarium & caducum quiddam ædificat. Nam ad imperium tempestatis & procellæ fugit, & nusquam adpareret ac si nunquam fuisset. Quemadmodum uero ipse inconstans est & nutat, ita & hi quos ædificauit. Ingruente enim persequitione à fide deficiunt, mox ut lignum, fœnum, & stipula ab igne absuntur. Si uero is qui docet, tanta fide est prædictus, ut ne  
digatum

digitum latum persequutione appetente discedat, ipse ignem persequutionis saluus euadit, etiam si omnes qui ab eo sunt docti igne absumentur. Om nino tamen ignis sustinendus est semel, hoc est, omnino persequutio constanter expectanda & ferenda. Nam hoc Christus prædictus fore, ut incrementum doctrinæ Euangelicæ persequutiones comitantur Matth. 10. Rursus, si quis fideles in fundatum, Christum nempe, sic ædificat, ut nullis aduersitatibus, nullis persequutionibus cedant, uerum multo firmiores euadant, similes illi sunt auro, argento & gemmis, quibus nulla uis ignis nocet. Opus ergo idem est quod superstructio aut ædificium: ædificium autem fideles sunt qui per prædicationem apostolorum in Christum uerum fundamētum & lapidem angularem sunt ædificati.

Hunc esse sensum uerborum Pauli, ex sequentibus fit manifestū, quum eos submonet, ut à sapientibus huius seculi caueant, fore enim, ut deus ipse sit perditurus eorum ædificium.

In summa autē taxat pseudoapostolos, quasi diceret: Volumus quidem uideri omnes architecti Christi esse, uolumus uideri omnes ædificasse ad gloriam eius, sed in igne, hoc est tempore persequutionum & tribulationum, in ipso opere, id est in his qui se fideles iactant, facile deprehendemus quid quisq; superstruxerit. Si Christum negant in persequutione fideles, & à fide deficiunt, ædificium sunt stramineum: si persistant & perdurant in igne, aurum sunt, argentum, gemma. Iam qui lignū, fœ-

num, stipulam superædificauit, huic nihil periculi  
aut damni meruendum, si opus suum, hoc est quos  
doctrina ædificauit, & qui per doctrinam eius fi-  
deles facti sunt, cedunt, modo ipse igne non per-  
moueatur ut cedat, sed ignem transeat. Huius sen-  
tentia ferè Hieronymus quoque est super Ezechie-  
lem cap. 3.

Sed manifestum est negotium, si Pauli uerba re-  
cte & diligenter expensa fuerint. Nam quod quis-  
dam hic dicunt, opera ex fide facta, aurum esse, ar-  
gentum & gemmas: extra fidem uero facta, lignū  
esse, fœnum & stipulam. Recte quidē illi, sed Pau-  
lus hic de istis operibus non loquitur, sed de ædifi-  
cio & structura loquitur eorum qui docent. Sed le-  
gat quis ipsa Pauli uerba, dispiciat & expendat, &  
deinde iudicet.

Hos locos aliosq; permultos, qui tamen huius-  
modi nihil præ se ferunt, ad purgatorium uel inuis-  
tostrahunt, ut probe calefiant, sed uim scripturis fa-  
ciunt. Paratus autem sum id contra eos ut euincam,  
non in angulo aliquo, sed propalam coram uni-  
uersis fidelibus, nempe quod in his Pauli uerbis nō  
plus purgatoriū sit ignis, quam est sapiētiae in incude.  
Quod si ignem perseguitionis, aduersitates, tribu-  
lationes ac molestias huius uitæ purgatorium ad-  
pellare uolunt, hoc quidem ipsis per me licebit.  
Quod uero alia uia quam per unicum Iesum Chris-  
tum aditus & accessus ad deum pateat, impossibile  
est. Nam ipse solus ostium est, per quod nobis  
eundum

eundum, neq; nostra opera salutem merentur, solus Christus meretur. Huic uni gloriam hanc transcribamus, ut supra satis probatum est. Nos uero retrostantes cum publicano, nihil nisi meritis nostris, sed in memoriam reuocantes peccata nostra, & tundentes pectora nostra, dicamus: Domine propitius esto nobis peccatoribus. Et, Ne intres in iudicium cum seruis tuis Domine, &c.

Cætera quæ isti de igne purgatorio fabulantur, nempe, quām cito aut quandiu purget, fabulas esse finit. Nec me mouet quod dicunt: Sanctus iste patet tale ac tale quid uidit. Et, Spiritus isti qui tā horrende aliquando adparent loquuntur, & Missarum præsidijs leuantur nonnunquā. Ad hæc sic respondemus: Satan decepturus homines in angelum lucis sese transformat. Interim non nego quin dæmō multa loquatur, quum homines aut terrere aut decipere parat.

De falsis  
spectrorum  
apparicio-  
nibus.

Quod uero animæ loquantur impossibile est, ut mox probabimus. Nam si diues ille qui apud inferos cœnitabat, cum fratribus suis loqui potuisset, nō tam supplex interpellasset Abrahamum, ut Lazarū ad eos mitteret.

Ad hæc qui potuisset satan Missarum abusum cōmodius profetre, quām si personatus ludificans animam se esse simularet, & hoc pacto opem imploraret. In summa, qui somniorum figmentis & uentis permouetur, nondum in Christum firmam petra fundatus est.

Zwingli Sed iam meam sententiam indicabo, & cur cre  
sententia cōdam purgatorium, qualem illi fingunt, nullum es  
ermatur.

1 se. Primum & fortissimum argumentum, quod de  
hoc deus in scripturis sanctis nihil prodidit. Quin  
diuersum docuit quo scilicet purgatorium euerti-  
tur. Nam post hanc uitam nihil superesse docet, quā  
uel cōlum uel inferos. Hoc ex cap. 16. Lucæ disci-

Lazarus, ubi formā hinc discedendi p̄f̄figit, diuite quo  
dam homine, & paupere Lazaro. Lazarus, si uocem  
ad Hebraicam ueritatem expendas, eum significat,  
cuius auxilium dominus est, uel qui opem apud de-  
um querit, qui auxilio dei fretus omnia fert. In per-  
sona autem Abrahāmi respondet dñiti; Inter nos et  
uos ingens hiatus firmatus est, ut iſ qui uolunt hinc  
transire ad uos non possint, necq; inde huc transcen-  
dere. Quid ultra hæc expēimus? An non clare audi-  
mus eos qui in sinu Abrahæ sunt, ad nos haudqua-  
quam uenire posse: nec eos qui in sinu Abrahæ nō  
sunt, illuc posse ascendere? De mortuis uero ac uita  
functis loquitur hoc in loco Christus, ut ad alios de-  
torquere non liceat,

3 Nec est quod quis reclameret, duo genera defun-  
ctorum recenseret, alterum eorum qui in cōlo sunt, al-  
terum eorum qui apud inferos, de purgatorio ne-  
uerbum quidem. Tu purgatoriū fingis, quod Chri-  
stus nusquam indicauit. Antequam ergo hæc obij-  
cias, probandum prius tibi erit, idq; claris scripturæ  
uerbis, purgatorium esse, & post hæc hinc excipere.  
Sed nihil fragmentis tuis respondeam, sed sequar cla-  
rum Christi uerbum quod in persona Abrahāmi lo-  
quutus

quutus est: Qui inferne sunt, ad superos non possunt ascendere: qui superne sunt in cœlis; descendere non possunt.

Deinde purgatorium, de quo theologi loquuntur, aduersarur uirtuti fidei. Nam qui credit, saluus iam est, nullam damnationē porro expectans. Qui uero non credit, saluus esse non potest, quin impossibile est ut seruetur aut deo placeat, si in perfidia perdurat, Hebr. 11. Si quis in fide hinc decedit, saluus et æternum beatus est; si in incredulitate moritur, damnatus est. Inter haec medium nullum cadere potest. Nec est quod hic sic obijcias: Concedo quidē quod qui in fide moritur seruetur, sed posteaquam in purgatorio satis fuerit expurgatus. Respōdeo, hanc expurgationem & expolationem ex scripturis adferre necesse erit. Quid adfers? Quid ais? Deus misericors est, inquis, sed iustus simul, satisfacere ergo eius iustitiae in purgatorio debemus. Ergo tu non Christianus iam es, sed pontificis Romani calefactor, incendis enim ei ignem purgatorium. An nondum audiisti, iustitiae diuinæ per opera aut afflictiones quæ in nobis sunt non posse satisfieri? Nam huius temporis afflictiones nō sunt pares futuræ gloriæ, quæ in nobis reuelabitur, Paulus ad Rom. capite 8. Quomodo enim quod finitū est (etiam si supra modum sit ingens) æternum mereri potest? An non audiisti neminem diuinæ iustitiae satis facere posse, nisi eum solū qui culpæ sit exors? quis ille est quā Christianus Iesus? Quomodo enim mortuus sese uiuificaver? Si per purgatorios ignes uia pateret ad superos,

non fuisset opus Christum in terras descendere.  
Nam expurgasset omnia ignis uester, si hoc esset,  
quod uos perhibetis.

- Sed & hoc ignoratis solum Christū nostrā esse iustificationem, 1. ad Cor. 1., & quod non alia uia nobis aditus ad deum patet quam per Christū: Ioā. 14.
- An ergo Christus, aut mors Christi, aut ostiū illud Christus per quod ingrediundū fidelibus, in quem credendū est, cui fidendū, per cuius sanguinem redemptionem habemus, uobis purgatoriū appellatur? Videte quo uosipso tandem figuramentis uestris ducitis. Abducitis uos à fide, euacuatis & aboletis uirtutē crucis Christi, blasphematis inexhaustā gratiam & uim mortis Christi. Si Christus pro omnibus peccatis satisfacit, quid faciet purgatoriū? Si purgatoriū uiam ad deūparat & aperit, quid opus fuit Christo? Vae uobis qui blasphematis Deum, & omnem subuertitis ueritatem.

Vt autem hanc sententiam, quod credentes mox à morte ad deum, impij & increduli mox ad inferos sint deducendi credatis, testimonia ex scripturis adducam.

**Scriptura testimonia, que purgatorium negant.**  
**Ioā. 3.**

Ioā. 3 sic loquitur Christus: Sic deus dilexit mundum, ut unigenitum suum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam aeternam. Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut mundus saluetur per ipsum. Qui credit in eum, non condemnatur: qui uero non credit, iam condemnatus est, quia non credit in nomen unigeniti filij Dei. Dispicie mihi haec uerba Christi

Christi uos, qui animas in frixorio et farragine qua  
si torretis. Sed excæcati estis à lumine, immo fuligine  
huius ignis quem uos figmentis uestris incendiis,  
digito ergo uobis singula indicabo ac commonstra  
bo. Primum, auditis deum non misisse filium suum  
in mundum, ut iudicer mundum, id est, ut puniat e-  
um iuxta commerita. Vbi iam opinio uestra de iu-  
stitia dei? Et Dauid dicit: Si obseruaueris iniquita-  
tes nostras domine, quis sustinebit? Secundo, audi-  
tis Christum uenisse ut nos seruet, idq; ex mera ac  
pura gratia. Nam si uenisset iuxta rigorem iustitiae  
suæ nostra cōmerita iudicaturus, celebrare eius gra-  
tiā & misericordiam non possemus. Quum ita-  
que uenit non ut condemnet, sed ut seruet, meram  
gratiā & misericordiam esse consequi necesse est.  
Tertio, auditis quicunq; Christo misso à parte fidit,  
quod is non condemnatur. Credens non condem-  
natur, an hoc non auditis? Sed quid purgatorium  
uestrum aliud est quam iudicium aut condemna-  
tio? Nam sic docetis, hic tanto, alius tanto tempore  
diuinæ iustitiae satis facere debet. Quarto, auditis e-  
um qui non credit in Christum, iam condemna-  
tum esse. Ecce hic cœlum auditis & inferos, salutem  
& damnationem, uitam & mortem, nec ultra illa  
aliud quidquam.

Sed hæc sententia ex cap. Ioannis adhuc clarior si Ioan. 5.  
et, ubi Christus sic loquitur: Amen amē dico uobis,  
qui audit uerbum meum, & creditei qui me misit,  
habet uitam æternam, & in iudicium non uenit,  
sed transiuit à morte in uitam. Hic audis quod

credens in iudicium non uenit, sed in pura grātia uiuit, & transit, ut Latina interpretatio habet, sed Græca diserte habet, transit à morte in uitam. Sed iam de iudicio : & quām uarius in scripturis sacris huius uocis sit usus, uideamus.

**Iudicare & iudiciū usurpat aliquando pro uincere**, dicere, asserere, ulcisci, ut Genes. 15. Gentem cui seruent ego iudicabo. Secundo pro iudicio & sententia capit, quam ferunt inter litigantes, qui iudicijs præsunt, nempe iudices. Sic Exodi 18. Constitue tribunos, centuriones, quinquagenarios, decanos, qui iudicent populum omni tempore. Tertio capit pro condemnatione, ut ex capite tertio Ioannis super patuit. Quarto, pro statu qui cuique post hanc uitam destinatur. Sic ad Hebreos nono: Constitutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudiciū &c. Post mortem enim mox iuxta iudicium latum agere incipiunt, & in eis quasi executio fit iudicij lati: sine corpore quidem hoc ferunt iudicium, donec ultimus ille dies domini adueniat. Hunc esse genuum huius loci sensum, si præcedentia & sequentia diligenter expenderis, intelliges! Quinto accipiatur pro ultimo illo & uniuersali iudicio, quo colligit Deus omnes homines qui ab initio mundi ad finem usque fuerunt, sunt, & erunt, ubi unusquisque pro meritis digna recipiet. Aeterna enim præmia pijs, aeterna supplicia impijs irrogabuntur, Matth. 25.2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisque ea quæ fiūt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum, siue malum.

lum. Sexto, iudicare discernere significat, & quasi unum ab altero separare & segregare, quemadmodum turpia ab honestis, & deformia à pulchris ipsa luce separantur, hoc est sese aperiunt ac prodūr, & turpia ac deformia esse adparent. Sic Ioannis 9. inquit Christus: Ego iudicium ueni in mundum, ut qui non uident uideāt, & qui uident cæci fiant, &c. Aliq quoq; sunt huius uocabuli acceptiōnes, sed prædictæ ad propositum satis sunt.

Hæc in hunc usum indicaui, ut uerba Christi ex cap. 3. & 5. Ioannis citata facilius intelligamus. Neque enim Christus hoc uult, quod nemo in iudicio illo extremo sit apparitus, (nam si dissimiliter ad parebunt, pij cum gaudio ad gloriam dei, impij cū calamitate & dedecore infidelitatis suæ & prauorū operum) sed quod credentes hic incipient per certā & incorruptam fidem & spem salui esse, nec deinde à morte corporis in condemnationem aut pœnam sint uenturi, sed mox defuncti hac uita, in uitam æternam ingressuri, possessuri reipsa quod hic per in dubitatam spem expectarant & meditati sunt.

Deinde ut discrimen habeamus inter iudicium extrellum, & inter eum statum qui mox à morte incipit usq; ad iudicium ultimum. Audio enim quosdam esse, qui nos à morte anima & corpore ad extrellum usque diem dormituros affirment, tunc resuscitandos & ingressuros esse in gaudium & gloriam dei, aut in æternam miseriam. Cum quibus ego haudquaquam sentio: nam quod scriptura de dormitione memorat, ut 1. Thess. 4. alijsq; in locis, nō

*Anime nō dormiunt.*

ad animam, sed ad corpus referri debet, ut ex posteris  
oribus liquebit. Petro quæ de præmijs aut pœnis  
extremi illius diei dicuntur, debent intelligi, quod  
tum toti homini contingat, nam tum tandem uni-  
uscuiusq; hominis iudicium manifestum fiet, quin  
omnium hominum qui ab initio mundi ad finem  
usq; sunt, nam usq; ad hoc tempus multorum iudi-  
cium nobis incognitum est. Hæc ratio tum clara erit,  
quum probauerimus felicitatem ac uitam eternam mox  
a morte incipere, quod sic tentabimus.

*Vita uerbi  
moy in eis  
a morte*

Christus primitæ est dormientium & nostræ re-  
surrectionis, 1. Cor. 15. Quod si nos sumus resurre-  
cturi quemadmodum Christus resurrexit, non dor-  
miet anima nostra à morte, nam nec Christi anima  
dormiuit, sed ut est in Canticis cap. 5. Ego dormio,  
cor autem meum uigilat. Nam tametsi iuxta corpus ue-  
re sit mortuus Christus, cor tamen eius uigilauit, nā  
ad mortuos uenit, quibus salutem annunciauit, 1.  
Pet. 3. Iuxta carnem mortuus est, sed iuxta spiritum  
uiuificatus, in quo etiam abiit, & spiritibus qui erāt  
in carcere prædicauit, qui inobedientes fuerāt quon-  
dam, &c. Audis Petrum in ea esse sententia, Chri-  
stum à morte sua captiuis gaudium redemptionis  
annunciasse. Quod si illi tum fuerunt uiui, multo  
magis fidelium animæ à morte uiuunt. Qui enim  
in charitate manet, in deo manet, & deus in eo, 1.  
Ioan. 4.

*2* Aut quomodo id fieri possit, ut deus qui in nobis  
est donec hic uiuimus, dum in ipsum credimus, dū  
in eum speramus, dum eum diligimus, post mortem  
sele

se se à nobis ab alienaret & nos desereret? Quomo-  
do uero hi qui in summo bono hic incipiūt gaude-  
re & lætari, post hanc uitam desinerent gaudere?

Consequitur ergo, quod quemadmodū Christus  
à morte sua æternus & uiuus deus, nec anima quo-  
que humana dormiuit, sed ex deitate quam clare in-  
tuebatur immensum & ineffabile gaudiū habuit, et  
nos si in fidē hinc decedimus, apud deum gaudebi-  
mus usq; ad ultimū mundi totius iudiciū. Nam na-  
tiuitas, mors & resurrectio Christi, typus est nostræ  
natiuitatis, mortis & resurrectionis. Ipse ex spiritu  
sancto cōceptus est: sic & nos per spiritū sanctū cre-  
dentes simus. Ipse pro nostris peccatis mortuus est,  
sic & nos in ipso morimur. In morte ergo & post  
mortē uiuemus cū eo, ultimo tempore corpore et an-  
ima resurrecti quemadmodū ipse resurrexit, nā  
ipse primitæ nostræ resurrectionis.

Porro Luc. 20. Christus sic loquitur: Filij huius sa-  
culi ducunt uxores, & nuprum dant: illi uero qui di-  
gni habebuntur sèculo illo (scilicet æterno) & resur-  
rectione ex mortuis, neq; ducunt uxores, neque nu-  
prum dant, neq; enim ultra mori possunt, æquales  
enim angelis sunt, & filij sunt dei, quum sint filij re-  
surrectionis.

Hic uidemus Christum ipsum statum animarum  
post hanc uitam futurum gemina uoce exprime-  
re, nempe futuræ uitæ, & resurrectionis, et clare de-  
monstrare, quod in futuro sacerculo angelis Dei si-  
miles futuri, nempe, quod filij simus Dei, Angeli  
autem uiuunt, sic & nos uiuemus, nam filij Dei

non possunt tandiu mortui manere , quod deus est  
deus uiuorum, & non mortuorum, Matth. 22. Do-  
nec hic uiuitur uicissitudo mutua est somni & uigi-  
liarum,in futuro seculo uigiliæ sunt perpetuae.

Nec est quod quis sese huiusmodi argumētis op-  
ponat. Tempus post hanc uitam futurum, non me-  
tiendum est iuxta rationem huius temporis, nam quia  
apud nos diu uidetur aut procul, spiritibus præsens  
est, nec metitur annorum spatio. Respondeo: Intelli-  
go te, sed nec tu mihi iam de isthoc somno, quem iu-  
xta tempus usque ad ultimū diē metiris, dices. Quod  
si mihi ex hoc somnū facis, uitam eorum iuxta tem-  
pus nimirum metiris. Somnus enim requies est ea-  
rum rerum, quæ in hoc tempore laborant, & dunca-  
xat corpori post mortem competit, nō animæ. Nul-  
lus simplicium hac metaphysica speculacione offen-  
datur aut remoram patiatur.

**Luc. 23.** Lucæ 23.ad latronem dicit Christus : Hodie me-  
cum eris in paradiſo, hoc est, in pace aut gaudio ho-  
die mecum eris, idque propter fidē tuam. Nam quod  
me precatus es, ut memor tui sim, indicio est, te per-  
suasum esse quod deus sim. Vbi uero sunt iam qui  
purgatorium incendunt pontificis Romani calefa-  
ctores? Vbi uero aut quo uolunt hunc latrone pur-  
gare et torrere? Christus hunc ad se recepit, metus est  
ne pontificij hunc Christo eripiant. An non hic la-  
tro per fidem mox à morte in uitam transiuit? Si er-  
go hic latro mox à morte cum Christo gaudet, quā-  
to magis illi qui deo hic per fidem multo iam tem-  
pore seruierunt? Nam tametsi Christus ad inferos  
abijc-

abiit, nihilominus gaudium erat ex intuitu deitatis  
ubicunq; erat, ipsis nempe, qui ex tenebris corporis  
liberati erant, nam corporalibus oculis deitas uideri  
non potest.

Duo testimonia habemus in hoc latrone. Primū, 1  
quod dominus non ad eum dixit: Hodie tecum  
dormies, sed hodie tecum eris in paradiſo. Ex quo  
sequitur, statim post mortem, aut gaudium adesse,  
aut pœnam. Secundum quod ad hoc gaudium ne-  
que per opera, neq; per purgatorium peruenit, sed  
per solam fidem. Nihil morabimur quidquid hic  
obganniant sophistæ.

Huius sententiae Paulus quoq; fuit, quū Philip. 1. Philip. 2.  
dicit: Cupio dissolui, & esse cū Christo, & hoc mihi  
longe optimum est, cæterum manere in carne ma-  
gis necessarium propter uos. Et hic Paulus ostendit,  
nos per fidem sine medio ad Christum uenire.  
Quemadmodum idem docet 2. Cor. 5. quum dicit: 2. Cor. 5.  
Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus  
onerati, propterea quod nolimus exuī, sed superin-  
dui, ut absorbeat mortalitas à uita. Porro qui pa-  
rauit nos in hoc ipsum, deus est, qui idem dedit no-  
bis arrabonem spiritus. Itaq; bono animo sumus  
semper, & scimus quod cū domi sumus in corpore,  
peregrinamur à deo, per fidem enim ambulamus,  
non per speciem. Confidimus autem & probamus  
magis peregre abesse à corpore, & præsentes esse  
apud deum. Hæc omnia huc spectant, quod futu-  
rus status à morte mox incipiat, siue gaudium sit si-  
ue mœror. Et dormit quidem corpus usque ad iudi-  
I

cium extreum, tum incipiet uel gaudio frui cum anima, uel æternum cruciari.

**Compensatio operum.** Quod uero unicuique iuxta opera rependitur, non probat hoc meritum, nam opera ex fide prodeuntia deis sunt, non nostra. Coronar ergo deus (ut Augustini uerbis utar) sua dona in nobis. Quæ uero ex fide non fiunt, damnantur: nam quod ex deo non est, bonum esse non potest.

Ademptā puto pontificijs spem lucri uerbis scripturæ sacræ. Nam ex calamitate animarum in purgatorio existentium (quod ipsi finixerunt) innumeram pecuniam corraserunt. Sic in aliorum calamitate & miseria, hypocrisis gaudium & lucrum repetitio nouit. Quod si omnino persuasi sunt, & certo sciunt animas in purgatorio torqueri & cruciari, nebulones nimirum sunt pessimi, quod sine mercere opem illis non ferunt.

### ARTICVLVS LVIII.

*Defunctionum iudicium soli deo cognitum est.*

**L**azarus quattiduanus fuit in sepulchro, & à Christo ad uitam reuocatur. Iairi filia uita defuncta, à Christo resuscitata fuit. Filium uiduæ mortuum, Christus matri uiuum restituit. Vbi uero interim fuerint, quoque in statu, uerbo dei non fit manifestum. Hoc uero certum est signum, Dei uoluntatem esse, ut illa ignoremus. Nam quæ nobis suo uerbo non reuelat Deus, sibi soli reseruata esse sciamus.

Nemo autem fabulis, quæ de Lazaro feruntur, mouea

moueatur. Non enim reuelat nobis momentia & tempora quæ in sua potestate posuit pater cœlestis, Act. i. Audacia ergo est & temeritas hæc ex proprio capite configere.

## ARTICVL VS LIX.

*Quo minus de hisce rebus nobis reuelat deus, hoc minus nobis peruestigandæ sunt.*

**H**Vius sententiæ testimoniū aperiū est Ioan. 21. Quum Christus Petro significasset qua morte glorificaturus esset deum, et Petrus interrogasset qd de Ioanne futurum esset, respondit ei Iesus : Si uolo eū sic manere donec ueniā, quid ad te? tu me seque-  
re. Hic audimus nobis non curiose inquirendū esse in iudicijs dei. Nā si Christus Petro mortem Ioan-  
nis non uoluit notam facere, quanto minus nobis scire conuenit quæ iudicia dei fint post hanc uitam?

In cap. 16. Lucæ quæ de diuite (qui typum gerit defunctorū) dicuntur manifestū fit, quod Christus non permituit ut fratres diuitis defuncti, à mortuis quidquā rescant, sed contenti sint scripturis legis & prophetarū, docēs, nō conuenire ut plus de mortuis sciremus quam quæ de illis scriptura sacra prodit.

Vbi iam sunt impostores, qui singulis mortali-  
bus peccatis septem annos assignarunt, quam po-  
nam ex publicis pœnitentijis traduxerunt, potestati  
& iuri Christi quasi præscribentes, cui pater omne <sup>Ioan. 9.</sup> iudicium dedit. Obscurarunt deinde passionem &  
mortem Christi, quū hominibus uim & efficaciam

mortis Christi non indicarunt, quæ tam efficax est & pretiosa, ut in perpetuum satisfaciat & expiet, ut iam abunde satis probatum est.

Si scientes & prudentes hoc fecerunt, pessimis illis hypocritis similes sunt, quos increpat Christus Matthæi 23. Lucæ 11. Qui clauem scientiæ & regni cœlorum quum haberent, nec tamen ipsi ingressi, nec alios ingredi passi sunt. Si ignorantes hæc faciunt, heu quid eorū locum occupant, quos ex officio in primis hæc nosse oportuit? Sed illucescente iam Euangelij ac ueritatis luce, satis fit manifestum ex malitia faciant an ex ignorantia. Qui ignorantiam suam agnoscunt, ij audita & cognita ueritate ab errore absistunt. Qui uero in errore pertinaciter & contumaciter persistant, hoc ipso iudicium dant, se ex libidine & de industria errare et perperam agere, quorum finis perditio erit. Dominus deus illustrat eos, ne clara luce cæci esse pergant, Amen.

### ARTICVLVS LX.

*Si quis pro mortuis sollicitus, apud deum gratiam eis implorat aut precatur, non danno, sed tempus de hoc definire, & propter quæstum mentiri, non humanum est, sed diabolicum.*

**H**unc propter quosdam in fide infirmos & imbecilles posui, qui istis duobus cornibus non satis fidunt, nempe quod homo aut fide excedens ad deum uadit, aut in incredulitate abiens ad inferos detruditur, Marci 16. Hoc uero dono infirmis, non ut perpetuo infirmi mancant, sed donec firmo, certo

certo & solido uerbo dei ædificantur & firmi fiant.  
 Non raro tamē & isti dubitant (licet per se recte credant) animas suorum non recta, aut nō satis firma fide hinc excessisse, quæ ad salutem adipiscendam necessaria fuerit. Hisce hanc piam opinionem & solitudinem non uolui subito euertere, sed docere, quod cōtra deum nihil committerent, si iuxta hanc formam precarentur: **Tibi soli domine mortuorum** Oratio pro iudicium est cognitum, iussisti autem ut parentes pro mortuis honore prosequamur, anxie igitur precor, si potest uti possint.  
**quæ tempus definiunt, & quanto quæq; tempore patiatur pronuntiant.** Deinde diuini & arioli, qui certa quædam opera quibus liberentur prescribunt, fabulatores quoque qui animas hic aut alibi adparuisse perhibēt, nihil aliud agunt quam quod mundum (qui decipi uult) quam scitissime decipient. Dolus est, & doli pater dæmon, dæmoniacum ergo est quidquid harum nugarum fingitur.

Nec est quod dicant, ea ratione se precari, quam nos superius attigimus. Nam & antea satis probavimus, mercenariam istam religionē aut cultum in scripturis nihil roboris habere. Deinde si ob merces

Sacerdotū  
officium.

dem duntaxat preces funditis , deum labijs colitis,  
cor autem uestrum longe est à deo, Matth. 25. nam  
cor lucrum spectat, quum alter pro altero ut mutuū  
oremus præcepto diuino simus adstricti. Vestrū  
ergo officium erit, ô sacrifici, ô monachi, ut fidem  
pure, synceriter & constanter doceatis, ut torus mun-  
dus fide certus sit, nec semper dubius nutet & ua-  
cillet, sed ut quisque dicat : Scio patrem meum tam  
certa fidutia à deo pependisse, ut nihil dubitem eum  
felicem esse apud deum , tali quoque fidutia & ego  
deo nitor. Et nō dubito quin quicūq; tali fide præ-  
ditus est, seruetur. Hoc inquam officium uestrum, ut  
infirmos doceatis. Sed lucrum hinc fuit maximum,  
& ex amarissimo fonte latices dulcissimi. Si summa  
animi fide certam fiduciam in deum habere docti  
semper essemus, non tam formidabilis fuisset nobis  
purgatorius ignis, nec tantum illi tribuissemus. Sed  
quod mortales omnes fictitio hoc meru terruimus,  
diuitias extorsit. Et quemadmodum turpiter erant  
partæ, ita ad luxum & fastum rursus erogatæ sunt.

## ARTICVLVS LXI.

DE SA. De charactere, quem postremis hisce temporibus excogita-  
CERO runt sacrifici, nihil nouit diuina scriptura.  
TIBVS.

*χαρακτηρ.*  
*Etagen.*

**C**Haracter Græcanica dictio est à χαράτῃ descendens, quod sculpo, signo, imprimō significat; est autem χαράκη nota impressa, de quo caputati Theologi sic loquuntur. Imprimi perhibent in ani-  
ma sacerdotis inter ungendum aut ordinandū (hoc  
est,

est, dum initiantur sacris ordinibus) notam quandā quæ nulla ui, nulla arte excipi unquam poterit. Hic character in sacris literis nusquam exprimitur, præterquam in epistola Pauli ad Hebreos primo capite, sed longe aliter quām de eo loquantur theologi.

Quanquā uero apostoli ijs manus imposuerunt, Impositio  
manuum. quos ad prædicandi officium ordinarunt, ad morē hominum hoc ab eis factum est, qui fidem præstātā in contractibus manuum stipulatione quasi confirmant et ratam faciunt, sigillum quasi manus addentes. Sed illic non reperietis apostolos de charactere uestro indelibili quiddam locutos esse. Verum hoc reperietis, tēpore Hieronymi (qui & ipse diaconos quosdam increpat, & officio deponendos dicit) eos qui ad officium uel indigni uel inepti facti erant, ab officio delectos esse, ut amplius in sacro ministerio non ministrarent, de charactere uero nulla fit mentio. Ex quibus facile est colligere, sacerdotium ueribus officiū fuisse, nō dignitatē aut dominiū. Quē admodū quū quis est consul, in officio suo seruit rei publicæ, officium agnoscens quod gerit. Quod uero ciues eum honore prosequuntur & uenerantur, hinc est quod cum fide & diligentia officium suum administrat. Mox uero ut incipit ignauus esse & officium minus curare, aut uim facere ac tyrannidem exercere in ciues, exauthoratur, & in ordinem redigitur, ut consul amplius non sit. Sacerdotem ergo aut presbyterum esse, aliud nihil est, quām esse uenerandum & honestum prædicatorem &

Sacerdotiū  
non domi-  
niū est, sed  
officiū.

annunciatorem diuini uerbi, episcopum uigilantis sumum pro salute animarum constitutum. Qui huic Sacerdos diligenter & cum fide inuigilat, hunc proculdubio ab officio inepti ultro honor & gloria comitabitur: si minus, ab officio deponitur, nec amplius presbyter est.

Sacerdos ab officio deponitur, nec amplius presbyter est.  
Ut enim consule, qui otio indulgere & duntaxat dominari, nec pro iustitia & tranquillitate publica inuigilare uelit, nihil opus habet respublica: sic eccl<sup>esi</sup>as illis presbyteris nihil opus habet, qui quum honorificum nomen portant, aliud quam libidinari nihil faciunt. Nam Christus discipulos suos cum mandato amandauit & ut legatos emisit: quicunque hoc mandatum exequitur, & cum fide administrat, is apostolorum Christi uicem gerit: qui uero hoc non facit, nec apostolus est nec presbyter. Presbyteratus ergo officium est, non dignitas. Characteris nomen Matæologi confinxerunt. Nisi forte hunc habeant characterem quo signantur ministri monstrosæ bestiæ in Apocalip. cap. 13. & 14.

Nec pugnat nobis quod de epistola Pauli 2. Timoth. adducunt de impositione scilicet manuum. Nam loquitur Paulus de signo & more quem tum habebant qui cum manuum impositione ueluti signo spiritum sanctum dabant. Nec tamen spiritu sanctum dare apostolorum erat, sed solius dei, ut supra satis probatum est: tametsi deus propter ingenitem charitatem qua nos complectitur, nobis non raro adscribat quæ sua sunt. Adhuc tamen characteris indelibilis nullam mentionem facit.

ARTI-

## ARTICVL VS LXII.

*Scriptura alios presbyteros aut sacerdotes non nouit, quām eos qui uerbum dei annuntiant.*

**P**Resbyter proprius dicitur qui ætate senior est, *πρεσβύτης* antiquior & maior. *προσβύτῳ* primo ac præcipuo loco habeo, colo.

In omnibus ergo ecclesijs ætate maiores, matutiniores ac grauiores diligendi sunt, ut docet Páulus ad Titum 1. Quod uero apostolorum tempore diaconi septem electi sunt Act. 6. non ob id dicti sunt presbyteri, nisi simul etiam uerbum dei prædicauerint. Quod uero Paulus 1. Timoth. 5. dicit: Presbyteri qui bene præsunt, duplice honore digni sunt, probare non potest alios fuisse quām eos qui annuntiant uerbum dei. Nam ibidem loci de senioribus illis loquitur, qui ab ecclesia alebantur, illis scilicet deberti duplicem portionem, quod senectus ipsa imbecillis & inermis est. Deinde mox addit: Qui laborat in uerbo & doctrina. Libenter ergo hoc eis dono, presbyteros hice esse qui apud ecclesiam docent, qui uerbum dei annuntiant, qui Græcanica & Hebraica interpretantur, qui prædicant, qui medentur, qui pauperes inuisunt, qui eleemosynarij sunt, & pauperibus cibum ac demensum administrant. Hæc enim omnia ad uerbum dei pertinent.

Otiosos uero illos & fucos ignauos scriptura nulla nouit (quidquid ipsi garriat) quām ea que ad Philip. 3. dicit: Quorum deus uenter est. Fucis in aliueis isti sunt similes, qui in hoc nati sunt ut aliorum

labores consumant. Telluris (ut ille inquit) inutile  
pondus. Et fruges consumere nati.

## ARTICVLVS LXIII.

Illis uero presbyteris, de quibus diximus, qui uerbū dei prædicant, scriptura diuīna iubet, ut necessaria ministrarentur.

**C**hristus copiam facit ac libertatem, ut cum illos edant quibus Euangelium prædicant. Luke 10: In eadem domo manete, edentes & bibentes (*τὰ τρόφιμα*) quae dantur ab illis: dignus est enim mercenarius mercede sua.

Huius sententię Paulus quoq[ue] est, 1. Cor. 9. An ne scitis (inquit) quod qui in sacris operantur, ex sacrificio uiuunt? Et qui sacrario assistunt, una cum sacrificio partem accipiunt? Sic & dominus ordinauit, ut qui Euangelium annuntiant, ex Euangelio uiuāt. Ego tamen nullo horum usus fui.

Primam partem huius similitudinis Missarij suo quæstui seruire faciunt, dicentes: Hic uniuersi uidet nobis qui templo & aræ seruimus alimenta & necessaria ex ministerio deberi.

Sed ocularibus uobis uiendum erat, ô Missarij, & res acutius perspicienda, anser est, non cygnus. Prima pars ad uos omnino nihil attinet, sed prior positiō est similitudinis ex usu ueteris testamenti desumpta, Nam dum sacrificiorum titus apud ueteres adhuc durabat, aræ seruiebant sacerdotes, & in sacris operabantur, unde & suam partem præcepto domini

ni accipiebant. Hoc ex sequentibus uerbis manifestum fit, dicit enim: Sic & dominus &c. Nam qui dicit: Sic & tu facito, antea formam quandam præmisit & exemplar ad quod hoc fieri uelit, nec tamen in hoc formam illam præstitutam probat aut laudat.

Hoc & Christus uritur in parabola & typo uilici infidelis, qui quū præsciret se ab officio amouendū, de domini bonis amicos sibi fecit, idq; non sine per fidia & dolo. Hic non docet Christus ut dolo ma-  
lo cū proximo agamus, sed hoc, si homines tam pru-  
dentes sunt in rebus ad uitā temporalem spectanti-  
bus, ut sibi parent in posterum quibus uiuant, mul-  
to magis hoc fidelibus curandū, qui uitę æternę de-  
syderium habent, ne diuitijs inhiantes culpæ se faci-  
ant obnoxios & cœlestia amittant, quin potius eas  
pauperibus elargiantur eius nomine, ut tandem in  
æterna tabernacula recipiantur.

Sic Paulus hic nō docet ut missatores saginemus,  
sed per similitudinē à ueteri Iudæorū ritu argumen-  
tū firmat, dicēs: Perpendite Iudæos qui ceremonias  
legis adhuc habent, (quos postea 10. cap. carnalem  
Israëlem adpellat) iij suis ministris qui aræ seruiunt,  
necessaria ministrant: sic & Christus ordinauit (iam  
alterā partē similitudinis adcommodat) ijs qui Euangeli-  
o seruiunt, ut de Euangeliō uiuere possint.

Rursus 1. Timoth. 5. Paulus sic scribit: Presbyte-  
ri qui in uerbo & doctrina dei laborant, duplice ho-  
nore digni sunt, De quo supra . Sed pingues tau- Tantipin-  
tri Basan boues triturantes à præsepi eiecerunt, & gues Basan  
miseros tantum non macie ac fame confecerunt.

Id si non credis, consydera ditissimos episcopos, ab  
bates, præpositos, canonicos, & uerum esse compre-  
ries. Hi enim pastoribus gregis Christiani & episco-  
pis dei, omnes decimas & fructus tollunt, & cogūt  
eos à miseris agricolis cibum quasi emēdicare, qui  
eis uel nihil dant, uel tam parum ut suem hinc enu-  
trire non possis. Quid iam faciet miser ille pastor?  
(tametsi non raro conditiones tam turpes ab illis  
recipientur, qui a finis sunt rudiiores) anniuersarios  
dies, parentalia, animarum commemorationes, li-  
brum uitæ, meditatur, quantum ex peccatorum re-  
censione in confessionibus pecuniæ corrader pos-  
sit cogitat, uigiliæ ut instituantur & aræ docet, dedi-  
cationes, collectas publicas, Missas clamat, huc om-  
nis sermo eius dirigitur, huc omnia instituit, in his  
totus est ne quid usquam decedat, ex hisce enim pa-  
lustribus & limosis pabulum querit miser, quū fru-  
ctus omnes à tauris sint præcepti.

Hinc iam nobis tot ceremoniæ subnatae sunt. Qui  
non laborant saturi sunt & pingues, qui laborat ex  
mendacijs (nisi fame perire uelint) uiuere coguntur.  
Multus hic inter ecclesiasticos abusus est, quem si  
quis persequi uellet, iustum uolumen scribat neces-  
se est. Nam insolentes isti & feroceſ tauri nec sua iu-  
Incorpora-  
re.  
Deschrotæ ra seruant, sacerdotia incorporant (quod uocant) atque hæc impune ut fiat Papa & episcopi permittunt.

Sed uos, ô Christiani ciues, euangelistis uestris ne-  
cessaria ministretis, ne tam turpi quæstui inhiare co-  
gantur: nec dubium est quin plures ex illis istas nu-  
gas sint relicturi, & uerbum dei purum ac synce-  
rum

gum prædicaturi.

Sunt enim haud parum multi qui dicunt: Bone deus quid faciam? Si oblationes cessant, fame pereo.

Hoc dico, si pastores gregis Christiani necessarijs carent, non oblationes solum, sed uitæ necessaria debent, qui eum audiūt aut quibus prædicat. Quod si aliunde sarciri potest qd detur illi, nō sunt inducendi homines ad offerendum, quasi offerre per se opus quoddam sit per quod mereantur. Oblatio enim nī hil aliud est quam donum quoddam quod doctos quid: tibus datur. Quod si absq; oblationibus haberi pos fit, non debent laici in paroecia gemino onere de grauari. Videndum tamen ut in omnibus offendiculum caueamus, ne opus dei propter cibum et uitæ necessaria soluatur, Rom. 14. Et hæc de testimonijs sufficient.

## ARTICVL VS LXIII.

*Qui errorem agnoscunt, illis nihil damni inferendum, feruntur autem donec in pace decadant, deinde sacerdotiorū bo na iuxta Christianam charitatem ordinentur.*

**Q** Vandoquidem regnum dei hic & alibi nī hil est quam iustitia, pax & gaudiū in spiri tu sancto, Rom. 14. Christusq; quum uictor à morte resurrexisset, suis tam anxie pacem semper est imprecatus, exemplum nobis præferens, ut et nos quū per uerbum dei triumphamus in omni loco & eie- Etus Christus ubique terrarum reuiuiscit, non decet

Nihil agen-  
dum uiolen-  
ter.

ut quidquam temere & violentia tentemus. Nam qui hoc faciunt, nō Christiani sunt, sed audaces ho-  
stes doctrinæ Christianæ. Nam uiolenta prædatio sine tumultu non fit, Esaïæ 9. Qui ergo uiribus suis freris uiolentia quid tentat, is aleam iecit, & tumul-  
tum meditatur. Quid is aliud facit, quam ut doctri-  
nam Christi ubiqꝫ pulchre coalescentem in flore ex  
tinguat & odiosam reddat, ut homines non fecus  
ab ea quam ab aconito abhorreant. Caveant ergo,  
quicunqꝫ gloriae Christi sunt studiosi, à tumultu, nō  
fecus quam à nocentissima peste.

Scio quod Christus dicit, se nō uenisse ut pacē mit-  
tar, sed gladiū, Lucæ 12. Sed rursum scio & Christum  
hoc dixisse: Hæc locutus sum uobis, ut in me pacē  
habeatis, Ioan. 16. Dissensio quæ ex doctrina Chri-  
sti oritur, non propter res temporarias est, sed separa-  
tio quedā est aut abstentio, si parentes & amici nos  
à Christo auellere tentant. Christus non prædatur,  
non belligeratur, nō occidit, potius omnia fert quā  
ut aliquod illorum aggrediatur.

Dicis: Sed tamen ecclesiastici hoc faciūt. Respon-  
deo: Neqꝫ ecclesiastici sunt, nec spirituales, sed carna-  
les potius, imò diabolici homines: quod si tu illos  
imitaris, similis illis efficeris. Operā ergo dīt & ma-  
gistratus & resp̄publicæ, ut abusus omnes in ecclesia  
tranquille & cū pace aboleantur ac tollantur. Quū  
enim populus uidet maiore partiē spiriualiū, quos  
sic uocat, inutiles esse, interim uero magistratum &  
quorum interest nihil curare ut in pace mutari aut  
minuantur, longe tentata patientia tandem in indi-  
gnationē

gnationem & furorem erumpit.

Necest quod quisquam uel ex regibus aut principebus sibi hoc persuadeat, ut fretus potentia sua haec impedit aut caueat, nam posteaquam ueritas sincera omnibus innotuerit, citius regnum amittet, quam ut uertes istos pigros tueri possit. Quid enim regnum Vnde tumultus.  
aut imperium aliud est, quam eorum qui in regno habitant, cœtus & consensus? Quum ergo illi aliter animati sunt, quam rex aut princeps qui tutorem se uentrum & fucorum pollicetur, quibus tandem eos tuebitur?

Ex hisce rebus ergo nihil aliud sequi potest quam tumultus, in obediētia, cōtumacia & cumulus malorum omniū: nam omnino nō est consiliū contra dominum, & inutile est, immo impium deo repugnare.

Consilijs ergo & cum pace transfigantur res ab illis, quorum est sedare tumultus, & cauere ne ueniant. Vtcungz enim impatiens homo, ferox sit bestia, mox tamen ut metu dei, ueritate, iustitia, ratione & consilijs rem tentari uidet ac transfigi, mitescit ac curatur.

Quum uero hoc in confessio sit, in omnibus collegijs, monasterijs, & sectis spiritualium aut ecclesiasticorum (ut vocant) quosdam esse qui uerbo dei audiētes sunt, utcungz damnum in rebus sentiant, opera danda est, ut illi ipsi uerbum dei summa cum fide doceant, ad pacem & tranquillitatem omnes adhortetur: interim uero magistratus omnes intendat neruos, omnem moueat lapidem, ut abusus uel omnino tollantur, uel paulatim aboleantur, uel in-

meliora transmutentur. Hoc pacto omnia cum pace & tranquillitate publica fient.

**Apostolo -** Huius rei exemplum Actorum 15. habetur. Quum de abusu tollerendo exem - plum. quidam ex Iudæis ad Christi fidem conuersi, non solum ceremonias, sed & circuncisionem seruandā Christianis esse existimabant, restitit illis Paulus & Barnabas, mox hæc ad apostolos Hierosolymis cōuocatos referentes. Hi concilio super hac re habitō, decreuerunt, abstinentiam esse piis ab idolis, à sanguine, à suffocato & scortatione. Videmus hic apostolos parua quædā uetusse, in hunc nempe usum, ut maiora, qualia erant circuncisio, sacrificia & alia tollerentur.

Paruum dico de idolothytis edere, nam & Paulus id (modo sine offensione fiat, & edens neq; idolo neq; sacrificijs fide hæreat) permittit. Sanguinem edere paruum dico, nam & hoc præceptum erat Iudaicum. Sic de suffocato iudicandum. Duo tamen hæc à gentibus ad Christū conuersis obseruata nunquam fuerunt, nempe Iudæis in gratiam donata, ut pax inter eos coalesceret. Sic & hodie recte sit et pie, quum spiritualibus illis, quos uocant, pacis gratia quid donatur & ceditur, nempe si feramus eos donec à Deo hinc euocentur: modo id caueatur, ne in posterum abusus rursus irrepatur.

**De concilijs** De concilijs loquentes pontificij iurisperiti ranis sunt loquaciores. Qui scilicet concilium conuocare possit, quis in eo primas teneat, an errare possit, an orbis adea teneatur quæ in concilio decernantur et statuantur, num concilij decreta euangelicis præceptis

prisæquentur, &c. Hodie uero quum multa suorum uident aboleti, & hoc lucrum minui, clamant: Quis tam audax sit, ut uel tantillum absq; conciliij authoritate uel mutet uel abroget? Infra anni spatium concilium coabit.

Ad primum sic respondeo: Quis uobis conuocandi cōciliij absq; ecclesia potestatem dedit? Quod si in concilio conuocando ab infirmis ecclesijs ad summa capita usq; inceperitis, nihilq; in eo statuetis quam de humanis & sacerdotalibus negotijs, atq; illic concordes & unanimes fueritis, gaudebimus & nos de concilio. Quod uero uos nominetenus episcopi, re uera tyranni, in conciliabulis uestris coitis, imò concurritis & conspiratis contra uerbum dei (ut saepe factum est) statuientes pro uestra libidine, imò uiolenter uerbum dei adulterantes: id si ferant homines, deus non feret.

Ad secundum hoc dicimus, pontificios aliquantum iam tempore, nempe à conciliij Basiliensis, iuramentorum suorum (quod ad concilia attinet) parū memores fuisse. Subinde clamat ac pollicentur concilia, nullum tamen conuocant. Et metuendum, si maxime conuocent, talia futura esse, qualia hactenus semper fuerunt.

Satis ergo conciliorum est in toto orbe terrarum, nempe pura, sincera & incorrupta doctrina Christi, quæ nobis per gratiam dei tanto splendore coruscat, ut in mille annis non fuerit illustrior. Si hodie concilium conuocaretur, & illic statueretur contra uerbum dei, nemo seruaturus esset. Ipsiuero dicunt:

K

Quis cōtro-  
versiarū in  
ecclesia ius-  
dex esse de-  
bet. Quis contouersias & lites quæ sunt hodie in eccles-  
ia discutier? quis de illis iudicabit? quis pronuntia-  
bit? Respōdeo: Verbum dei, nec alium iudicem fe-  
remus. Exempli gratia. Missa à pontificijs pro sacri-  
ficio uenditur: qui Christi doctrinæ hærēt, Missam  
sacrificium esse negant. Quis hic (inquiunt isti) iu-  
dex erit? quis sententiam de hac contouersia feret?  
Vnicum (inquam) & solum uerbum dei. Tu affir-  
mas & doces Missam esse sacrificium, hoc illud uero-  
bo dei probes necessum erit. Quid hic pudefactus  
tremis & taces? Sed mox incipis clamare: Patres, pa-  
tres, nempe patres hoc tradiderunt. Non patres tibi  
refero, non matres, uerbum dei requiro, hoc unico.  
probatum oportuit, Missam esse sacrificium.

Videris hic, ô ciues Christiani, concilijs ad hanc  
rem nullis opus esse, in uerbo dei omnia non secus  
ac in sole clarescent. Quod si pontificij uim facere  
scripturis pergent, animā & uitam pro ueritate de-  
uouebunt omnes, qui in ueritate uerbum dei an-  
nuntiant & prædicant, imò qui uerbo dei uera fide  
adhièrent. Ministri in primis summa libertate uer-  
bum dei purum & syncerum ut fert natura sua præ-  
dicabunt, quidquid tandem dicturi sint Papæ, Cæ-  
sares, episcopi, reges, principes, magistratus. Quid  
ergo! nouissimus error priore peior fiet. An non  
uidemus uerbum dei passim feliciter increbescere,  
& ut Nilum inundare? An nō uidemus illud idem  
inter afflictiones & persequutiones, quas illi cident  
qui hoc extinctum cupiunt, immotum & inuictum  
stare? Qui concilia clamant, nihil facere uidentur,  
quām

quām uiam sternere, qua uerbum dei in ordinem redigatur, emergens demergatur, & in captiuitatem episcoporum istorum rursus redigatur.

Quisque ergo magistratus per se quod ad publicam tranquillitatem & pacem, quod ad iustitiam & ueritatem, quod ad uitæ innocentiam morumq; integratatem, quod ad gloriam dei, rerumq; publicarum salutem & incolumentem pertinet, ex uerbo dei sincero & puro statuat ac decernat, ac immensum falso spiritualium numerum recte metiat. In secunda huius articuli parte sic dictum est.

*Deinde sacerdotiorum bona iuxta Christianam charitatem ordinentur.*

Ab hoc quidam simplices abhorrebat, quod fibi ultimam fundatorū uoluntatem immutaret licere haud quaquam arbitrentur. Sed hic magnus se dolus, ut nusquam alias, occulit. Tu primum hoc perpende, quid uel quo spectarint, qui sacerdotia primū institerūt. Certū est eos hac doctrina falsa, quod Missa sit sacrificiū, seductos fuisse. Sed bona sua, quæ huic tā largiter contulerūt, pauperibus elargita oportuit. Posteaquam uero dolus innotescit (niempē missam sacrificiū haudquaquā esse, sed cibum duntaxat ihs qui eum fide & spirituali esurie edunt) præstat, ut huiusmodi bona pauperibus erogentur, quām ut tot uentreſ & ignaui alantur. Non hæc dico ut quis illis quæ iam habet ac possidet, uel fraudetur, uel spolietur, sed quod post illorum mortem huiusmodi bona in meliores usus conuertantur.

Hic rursus quiritantur : Videlis, ô ciues, quid isti tentent? testamenta infringunt, & ultimæ uoluntatis legata irrita faciūt. Respondeo: Hic latet anguis in herba. An non in omnibus rebus publicis leges sunt & consuetudines, iuxta quarum præscriptum testamenta & legata omnia transfigi debent? Quis aduersus testata quæ ex hæreditate obtingūt loquitur? quis aduersus hypothecas et emphiteoses? quæ tamen uos plus omnibus alijs uitiasis et infregistis. Ultimis enim uoluntatibus in omnium mortalium bona irrep̄sistis, & ad uos traxistis quod hæredum legitimorum erat. Hæc, inquam, omnia hypocrisi & uestra doctrina effecistis. Quod sacerdotes ius esse sinunt, uos diuinum ius fecistis. Nihil firmamenti ex scripturis diuinis uoluntas ultima habet, præser- tim quemadmodum uos de illa loquimini. Sed ex legibus humanis hac accepta, pro publicis sermo- nibus quantum sit peccatum uoluntatem ultimam instringere ebuccinatis. Quod quidem uerum est, si tam firmam ultimam uoluntatem quam testamen- tum esse magistratus censeret. Quādoquidē uero hoc nèc omnibus in locis nec in uniuersum obtinet, sed quod publicis legibus & senatus consensu non le- gatur, hoc irritum habetur : quid ergo opus fuit ut pro suggestu de ista diceretis? Quid enim ad uos hæc attinebat?

Sed audio quid hic obganniat: Fit sacerdum-  
eo ut iniuste parta ad mortem usq; serueret quis, qui  
uero uidet sibi hinc esse exeundum, tunc tandem ut  
reddantur, uel ut pauperibus erogentur iubet. Re-  
spon-

Pontificij  
testamento-  
rum uiola-  
tores sunt  
& hæredi-  
petæ.

spondeo: Hoc idem uos, ægrotos & morituros iam monere oportuit, cum essetis ad eos uocati, nempe ut male parta, si quæ essent, uel redderent possessoriis bus: uel si id fieri non posset, pauperibus elargienda mandarent hæredibus. Sed uos ex consilio hoc ius fecistis & legem, cui Voluntatem ultimam nomen imposuistis, quum ultimam uoluntatem ipsi immutaretis & uitiaretis. Quum male parta heris suis aut pauperibus erant reddenda, quæ iniquitas, ut uos ea templis, sacerdotijs, monasterijs uestris, uigilijs, Missis dari consuleretis? Neq; huius rei ullum uestigium ex sacris scripturis adferre potuistis, quo uestra firmaretis. Si hæredum erat legitimorū, quur uos ista estis furati? An non est furtum si absente & inscio hero sua rapis & tua facis? Hi ueri sunt testamento & ultimarum uoluntatum uiolatores & prophanaatores, qui salutem animarum prætexerunt, suum interim quæstum spectantes, & auariam exsatiantes.

Quid uero (inquiunt) si quis sua sponte nobis Non accedit honorum suorum partem testamento relinquatur? an plant faceret dotes ea nō licet accipere? Respondeo: Minime. Docendus que testamētum erat testator, ut errore hoc posito in uiam rediret, mentis legantur. nempe ut se non herum bonorum, sed procuratorem & administrum duntaxat agnosceret. Iam dominus abiens mandauit, ut pauperum curam sui gerant ubiq; ut illorum inopiam sarciant, in hunc enim usum diuitibus tantas opes dedit, non ut illis dent qui antea satis habent, quales sunt sacerdotes & monachi, Quid aurum in templo facit? an non

uidemus talia ad fastum & splendorem suspendi? Quid dico? ad libidinem & carnis uoluptatem sa- pe utuntur illis spirituales isti. Quapropter non ad saginandum pingues istos, sed ad iuuandos paupe- res dare iussit deus. Si quid ergo tibi superest quod abunde satis est hæredibus, pauperum gere curam, & manda ut illis detur quod uiuant. Hæc, inquam, inculcanda erant morituris diuitibus, nō ut tu onus stus hinc abires. Sed huc a uide ac turmatim aduola- stis, nō secus ac corui quā primū olfecerint, ad mor- tuæ bestiæ cadauer, uulturibus hac in re sagaciores.

Nemo ergo horreat, si ea quibus abusi sunt ha- ctenus illi, pauperibus posthac erogentur & distri- buantur. Nam si redirent hi qui testamenta uentri- bus istis reliquerunt imprudentes, è manibus eorū ea essent erupturi. Sed hoc non est hominis priuati, nam si quis hoc faceret priuatus, fur esset ac raptor. Magistratus est hoc officium, qui expectata morte possessoris, iuxta charitatis regulam summa cum fi- de & metu dei relicta administret. Hoc pacto publi- ca seruabitur iustitia, & nemini malefaciendi ansa præbetur.

### ARTICVLVS LXV.

*Qui errorem nō agnoscunt nec ponunt, deo sunt relinqui- di, nec uis corporibus illorum inferenda, nisi tam enormiter ac tumultuose se gerant, ut parcere illis magistratui salua publis- ca tranquillitate non liceat.*

**H**Vnc articulum in hunc usum posui, ut disca- mus dei uoluntatem nō esse, ut doctrina eius armis

armis propagetur. Nam Petro dixit, ut gladium re- Dei doctri-  
ponat in uaginam: quicunq; enim gladio percuti- na non ar-  
unt, gladio peribunt: Indecorum plane hoc cōmitte mis propa-  
gatur.

re, quod tu in alijs culpas. Hoc uero culpæ magnæ  
damus, quod hostes uerbi dei omnia ui tentant, nō  
scripturarum collatione. An non ergo turpe est util  
lorū hac in parte similes fiamus? A solo uerbo Dei  
pendendum est pijs, illo solo utendum, nec dubitan  
dum quin fructum ferat. Christus ipse hostem suū  
antichristum spiritu oris sui interficiet, 2. Thess. 2.  
Quod si alij nos propter ueritatem & uerbum Dei  
persequuntur, omnia nobis potius ferenda, quam  
ut ab agnita ueritate deficiamus. Nullus tamen ex Quid cum  
nobis (quod ad se attinet) uindictam uel meditetur  
uel moliatur. Interim magistratus officium est nihi  
lominus, ut hostibus ueritatis (posteaquā satis sunt  
auditi & uerbo Dei conuicti) silentiuū imponat. Nā  
sunt quidam pr̄efracti homines, qui etiā dum uidēt  
se ueritate uictos & superatos nec posse se tueri sa-  
nis scripturis, nihilominus tamen reclamant, & uer  
bum dei & doctrinā ueritatis, cum occulis & clan  
cularijs conſpirationibus ac dolis, tum manifestis  
calumnijs, blasphemis, actumultibus impedire ac  
laceſſere pergunt.

Quid cum  
contumacis  
bus agen-  
dum.

Sunt proh dolor, non pauci qui nec homicidijs,  
nec ueneficijs, nec proditionibus parcunt, si id inte  
gra pelle possunt efficere. Tales si commode & pa  
cifice tolli possunt & impediti, omnes nerui inten  
dendi sunt, nō em̄ hisce artibus illis pugnandū est,  
sed scripturis. Quod si magistratus illis hoc permis-

tar, ut hisce technis & dolis contrapios agere per-  
gant, totū orbē turbabunt, & omnem publicā tum  
ueritatem, tum iustitiam pessundabunt. Hoc in uo-  
tis habent, in hoc conspirant, in hoc toti sunt ut effi-  
ciant. Cura ergo magna magistratibus habēda, ne

*Qui sine quod moliuntur isti, tandem perficiant. Quidā cer-  
scripturis pugnant cōte eorū tam blasphemē, tamq; impie de deo, de ueri-  
tate, deq; scripturis sacris loquūtur, ut nihil mirū es-  
sei, si magistratus os eis cōprimeret, quandoquidem  
scripturis omnino nihil possunt, nec cessant tamen  
reclamare, et omnia ui tentare, nō ueritate. Pr̄staret,  
inquā, ut his, posteaquam auditi essent et edoc̄ti, Py-  
thagoricum imponeretur silentium.*

## ARTICVLVS LXVI.

*Humilient se illico quicunq; in ecclesia sunt praefecti, crus-  
cemq; Christi (non cistam) erigant, aut perditio eorum adest,  
nam securis radici arboris est admota.*

**H**Ac pia & amica admonitione hoc uolo, ut re-  
licta contentionē, cruci Christi sese omnes sub-  
mittant, hoc est, sese humilient, & uerbo Christi su-  
per omnia credant. Sunt enim qui subinde nouis  
mendacijs & figmentis se fulciant, ac consolentur  
ceteros quos primū seduxerūt, sed hi nō semper im-  
pune euadent, Proverb. 19. Nec proderit hic poten-  
tia uel summa. Nec est quod aliquis dicat: Sed prin-  
cipes nō recipiunt uerbum dei, nam hi plerung; in  
recipiendo uerbo dei ultimi sunt. Et uerbū dei nō à  
capitibus

Primates mundi non primi sunt in recipien-  
do Euange-  
lio.

capitibus summis descendit, sed potius ab infimis & simplicibus ad ipsos usq; ascendit. In quo uirtus dei nota sit, & sese efficacius exerit, dum scilicet mūdi huius potentes, quum hoc maxime moliuntur, doctrinam hanc non possint extinguere, semper enim cum pudore uictos abire oportuit, ut dei sapientia & uirtus enitesceret. Nihil proderit hic expone-re pecunias, & easdem rursus ex indulgentijs emen dicare, mentem receperunt homines, nihil pro indulgentijs exponent in posterum.

Securim radici arboris admotā esse, Ioannes Baptista Matth, 3. indicat. Adueniente luce & illucescēte, tenebrae diffugiunt; prædicata ueritate, mendacia euanescent. Vbi se deus reuelat, dēmon fugiat oportet; ubi se aperit uerbum ueritatis, quod omni fuso caret, hypocrisim fugere necesse erit. Omnibus ergo hypocritis uerbum dei minitatur. Nam ubi uerbum ueritatis discitur, māsuetissimus & mitissimus quisq; furere contra hypocritas incipit, & ut pellantur omnem mouet lapidem. Differre quidem tempus possunt, effugere omnino non possunt. His admonitos uolo hypocritas, ut imminenter iram dei pijs precibus, & uitæ emendatione declinent. Nihil efficient si ueritati perrexerint repugnare, nisi ut sese in periculum & extreum exitium coniçiant. Dominus aperiat eis oculos, ut coruscantibus radijs æternæ lucis non excæsentur, sed illustrati uideant solum Iesum Christum esse per quem nobis æterna salus contingit.

*Si cui libet differere mecum de decimis, redditibus, de infantibus non baptizatis, de confirmatione, non detrectabo colloquium.*

Census vel  
reditus.

**D**E censibus, quos vocant, aut redditibus, hic loqui uolui ex doctrina Christi, an inoffenso deo emi possint. Nec uolui probare (qd nulli possibile est) aut dicere, ut eis qui redditus huiusmodi emerunt non reddantur. Quandiu enim fœneratores à magistratibus feruntur, etiam fœnus dandum est cui se astrinxit debitor, quanto magis redditus? Sed prijs conscientijs indicare uolui quid eis in emptionibus reddituum faciendum, necubi Deum offendant.

Decimæ.

De decimis qui laicorum à laicis datae, non ab ecclesijs emptæ sunt, dicere omnino nihil uolui. Nam huiusmodi decimæ hinc ferè ueniunt, quod fundus ab illis sicut possitus, quæ pro decima parte frugum locarunt agricolis. Non solum autem partem hanc frugum darent, qui fundum colerent, sed & ferui eius essent cuius fundus erat proprius.

De decimis uero templorum, ecclesiarum aut monasteriorum respondere uolui, an scilicet hæ ex iure humano aut divino debeantur? Simul autem indicare uolui abusum decimarum, ut miseris episcopis & pastoribus, alimenta, quæ eis ui ablata sunt, restituantur, non summa uniuersa quidē, sed quod naturæ necessitatì & honestati sat esset. Nam plures illorum à ueritatis prædicatione auocantur, quod metuunt fame se morituros, si ueritatem publicitus profis-

profiteantur.

De pueris aut infantibus recens natis, qui sine baptismo hic decedunt, aliquando pro publicis conditionibus dixi, magis esse credibile ueroq; similius, eos non damnatos esse quam contrariū. Sed hæc cū præmunitione quadam locutus sum. Nam de his tantummodo loquor pueris, qui ex Christianis parentibus nati essent. Neq; certū quid asservi, sed credibilius esse dixi quod saluentur, quandoquidē iudicia dei nobis incognita sunt. Sunt uero audaces quidā & imprudentes plane, qui miseros parentes quibus hæc contingunt, nouo dolore turbant & execrificant, pronunciantes partum hunc damnatū esse, nec sepultura Christianorū hominum hunc dignantur. Insuper publicis pœnitentijs & pœnis parentes coram ecclesia pudefaciunt, super sententiam dei pronunciātes. De istis tribus ergo dicere hic non lui, quod alioqui præter opinionē liber iste in immensum excreuerit. Tempus igitur est ut aliquādo uelis collectis finiam.

## APOLOGIA ET PROTESTATIO.

**N**on ignoro acrē istum & increpatoriū sermonem multis improbatū iri, sed illis duntaxat q; correctionis & castigationis impatientes, uitā ne pī lum quidē emendant. Qui uerbo dei tantū mouentur quantum pharisæi uerbo Christi. Quorū contumax ac pertinax ignorantia, & fastus insolens, scribentes quosq; rapit, posteaquam eximiā & salutarē

Christi doctrinam, ab illis tam impudenter abiici et contemni intelligunt, ut uehementi ira & indignatione in impios & ingratos homines fetantur. Hoc idem si mihi cōrigit, quid mirum? Ego uero hostes illos Christi & aduersarios ueritatis, qui nec flecti nec circuncidi uolūt, quin potius sine cessatione dum blasphemare pergunτ, nunquam adhuc pro dignitate satis tractatos esse arbitror. Quod si q̄s uim se passum, aut iniuria adfectum istis meis scriptis existimauerit, indicet, cōuictus palinodiam canam. Nam ut nolim scripturis sacris, & Christi doctrinæ uim fieri, ita (Deo auspice) nemini scripturis sacris uim inferam.

## Protestatio

Porro quod ad dogmata aut paradoxa, quæ hic continentur, attinet, obtestor coram Deo & domino nostro Iesu Christo, me huiusmodi (quemadmodum cernere licet) sic scripsisse, quod mihi scripturæ sacræ sic sentire & loqui uideretur. Nec passus sum ut ullius hominis quantumuis magni & excellētis, uel commentum uel sententia me à ueritate scripturæ uel tantillum abduceret, mox ut uiderem aliud deum & uelle & loqui.


Quod si cui alicubi in sensu diuinæ scripturæ erat videor, idq̄ scripturæ locis unis aut alteris quibus probare nitimur, deprehenderetur, patior, imo offero me à quouis ut docear, modo id fiat non hominum doctrinis aut traditionibus, sed ea quæ *scripturæ* dicta est. Deinde scripturæ sensus, non pa-trum scriptis, sed scriptura sancta probandus erit. Nam & ego loca scripture obscura non ex proprio capite

## Adeo in-spirata.


## ARTICVL I LVII. 525

capite inanibus fabulamentis, sed sensum quē è scripturis adfero aut depromo ipsis scripturis sacris probare uolo, ut scriptura & me & cæteros omnes iudicet. Nec enim fero iudicem hominē in negotio ueritatis & fidei. Certam autem spem & indubitatam animo concipio, Christum, (qui ueritas est) non defertur esse suam ueritatem, non passurum, ut uerbum suum opprimatur, sed lumen gratiæ & gloriæ suæ nobis miseris peccatoribus subinde magis manifestetur. Cui cum patre & sancto spiritu uni Deo laus sit, honor & gloria in sæcula, Amen.

F I N I S.



TIGVRI EXCVDEBAT CHRI  
STOPHORVS FRO<sup>e</sup>  
SCHOVERVS.









<sup>6</sup>  
IV

